# ANIMOSO IVVENILI,
## ELABORATO SPIRITV DIRIGENTE,
# VISIONVM IVRIVM FEVDALIVM
## CVM SVIS ELVCIDATIONIBVS,
## PARS PRIMA, ET SECVNDA.
OPVS
SCHOLASTICO-FORENSE:
IN QVO
METHODICA SECTANDI RATIONE IVRA FEVDALIA
ferè omnia,& quidem ea, quibus recentiùs Neapolitani Regni in foro vtimur,
concinnè exponuntur, & controuerſiæ apud Feudiſtas omnes valdè
communi diſceptatione exagitatæ, facilibus rationibus re-
ſoluuntur, & quid in vſu obtineant, monetur.

*AVCTORE*

## NICOLAO CAIETANO AGETA
I. C. PARTHENOPAEO.

*Proponuntur*

Proœmium, & eiuſdem Auctoris Ecloga, ſiuè prælectio, in qua ordine rerum non
fortuito omnia feudorum iura breuiter diſplicantur.




NEAPOLI CAMPANIÆ,
Typis Hyeronimi Faſuli. Anno M. DC. LXX.

*CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM FACVLTATE.*

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI,

MAGNANIMOQVE HEROI

# DOMINO D. INNICO S. R. E. CARDINALI CARACCIOLO,

PARTHENOPÆO MERITISSIMO ARCHIEPISCOPO,

Litterarum integerrimo Patrono.

CIuilis inſtitutionis præcepta, nupèr admodùm adoleſcente elucubrata feſtinatione, feudis accomodata, ad exitum perducere tandèm, prætèr geſtarum rerum gloriam aliquam, nihil aliud cauſæ eſſe duco, quàm ſub noſtri Æui admirando patrocinio, *Mæcenatis* nomine decorato, vt humilis cliens viderer; Igitur nulli aptiùs, Princeps Eminentiſsime, quàm magno tuo nomini litterarium iſtud monumentum nuncupare dignum maximè fuit, vt propterea contrà detractorum calumnias, & labentis temporis inuaſionem, quemadmodùm potentium inſignia vetuſtas annectere conſueuit, tuum nomen contrà inuidiam, omnemque liuorem indicarem; Redeuntia etenim celeri motu ſæcula, complexum menſibus tempus quodcumque reuoluat; Ad exarandam vetuſtatem noua annorum veſtigia dierum torqueant lapſus; Si tuum nomen inſtaurare ſolet vias, ipſiſque labentibus curſibus, optimo faſtorum duce, eas propemodùm vices mutare nouit, quibus nimirùm nullus indè dubius fortunæ penderet fauor; Vndè:

*Omni nobilior luſtro, tibi gloria ſoli.*
——————— *Te cuncta loquetur.*
*Tellus, te varijs ſcribent in floribus horæ,*
*Longaque perpetui ducent in ſæcula faſti.*

Fixus inclytæ tuæ Familiæ, qua admirandus exiſtis, ità fuit honos, vt nihil admirabiliùs in ea exiſtimandum fore decernamus, quàm ipſam vetuſtatem, continuum gloriæ tenorem, ſimili plaudente lege, adhùc noſtro æuo ſeruare; atque ità nullum præſtabiliùs tuæ Familiæ inſcribendum eſt, quàm quod eius nulla antiqua ſit gloria, quæ præſtanti virtute virente, adhùc continuo fato prolem ſequatur optimè; Nàm:

*Per faſces numerantur Aui, ſemperq; renata*
*Nobilitate virent, & prolem fata ſequuntur,*
*Continuum ſimili ſeruantia lege tenorem,*
*Nec quiſq; procerum tentat, licet ære vetuſto*
*Floreat, & claro cingatur Roma ſenatu.*
*Se iactare parem* ——————————

Gratuito idcircò feruenti ſpiritu vellem; vt maiori merito decoratum hoc eſſet, aut ſpecioſiùs dignum tanti tui Nominis titulo munus. Itaque iure optimo prima hæc coguntur rudimenta, quemadmodùm flumina, finteſque Oceanum, hoc eſt tuæ celſitudinis ſinum adire; Illuſtra ergò tamen, ò innubilum, atque ſecundum Parthenopis ſydus, obſcurum opus iſtud, & fronte tua, ideſt hilari, nempè ſuauiſſima, hoc tenue tributum accipiendo, prò cætera tua dignitate, deuotiſſimi ſeruuli tui votum vnicum placeat, atque animum potiùs; quàm opus approbes, diù nobis fœlici omine valeas.
Datum Neap. VIII. kal. Auguſti M.DC.LXX.

Eminentiæ tuæ

Seruus, & Orator
*Caietanus Ageta.*

Siſte

S*ISte* Lector, paucis te volo, non de Authoris ingenio ſatis, vel ſuprà ætatem exculto, aut de ipſius conſpicua eruditione, iàm apud nos, vel inuidia plaudente vulgata; Sed de nomine, & partitione Tractatus, quod certè expedit, nè illotis manibus, vt à iunt, rem aggrediamur, ſum tecum alloquuturus, Theſes, quæ hìc examinantur, dilucidanturque, vt ex ipſarum examine, & dilucidatione, perfectam feudorum doctrinam, eiuſuè vſum integrum conſequamur: *Viſiones* inſcribere placuit, quippèque in hac eadem ſignificatione, hoc vocabulo vſos conſtat, *Vlpianum in l. ſed ſi lege 25. §. adeò 15. D. de petit. hared. in l. ſi fideiuſs. 29. § in omnibus 5. D. mandati, & Paulum in l. cum de indebito 25. § in omnibus, D. de probat.*; Itemque noſtrum *Iuſtinianum* in duabus ſuis *Conſtitutionibus*, nempè in illa *de confirmatione Digeſtorum ad Senatum, & omnes populos*, ſiuè *in l. tanta 2. §. ſi quid autem 14.*, & in altera *ad Magnum Senatum*, ſiuè *in l. dedit nobis, §. ſi quid*, in quibus locis, quod in Græcis exemplaribus ſcriptum θεωρίας fuerat, *Viſiones* à doctiſsimis viris verſum eſt, nàm vt *Anton. Aug.* & poſt eum *Barnabas Briſſonius de verb. ſign. lib. 19.* animaduertere, *Iuris Conſulti Viſiones* appellant, quod Græci, θεωρήματα, Optimè igitur vſitato, & ad rem ipſam accomodato vocabulo in hac inſcriptione vſus peritus noſter Auctor eſt, atquè ità cenſeo, inſimulque ſpondeo.

*Ego D. Hieronymus Borgia.*

Bal.

## Balthaſsar Piſanus Iuriſconſultus Parthenopæus,

CAIETANO NICOLAO AGETA IVRISCONSVLTO
Peritiſſimo feudalium Iurium optimo interpreti.

### EPIGRAMMA.

*CApta figuratur geminis Aſtrea pupillis;*
*Aſt tu iuridica Virginis Argus eris.*
*Iuſtitiam ſecta pinxit ceruice vetuſtas,*
*Tu modo Iuſtitiæ diceris eſſe caput.*

## Dom. D. Dominicus Torricella, Caietano Nicolao Ageta noſtri æui Iuriſconſulto feudalium iurium interpreti perito.

### EPIGRAMMA.

*IN folijs reſponſa dabat, calamiſq; Sybilla;*
*Tu reſponſa patrum das folio, et calamo.*
*Attamen illa ſuis dictis ſine lege furebat,*
*Tu feudi leges non ſine lege refers.*
*Vlterius ſuperari alijs dedit illa barathrum,*
*Ipſemet æternus vincis Ageta ſtygem.*

## V. I. D. Ioannes Antonius Baſile, Eximio Iuriſconſulto, ac feudorum Dilucidatore, Domino Caietano Nicolao Ageta.

### EPIGRAMMA.

*LVcida feudalis ſcribens compendia iuris,*
*Archimedis opus vincis, & ingenium.*
*Aſtra ſenex vitro clauſit, ſed mira tot annis,*
*Vix tandem obſcurum machina nomen habet.*
*Tu verò exculti tam magna volumina condis,*
*Iuris perpetuum, quod tibi nomen erit.*
*Sed ſi tantus puer, quid agis maturus in annos;*
*Qualis eris quiſquam diſcat ab vngue leo.*



Digitized by Google

# VISIONES IVRIVM FEVDALIVM,

## Cum ſuis Elucidationibus.

AVCTORE

CAIETANO NICOLAO AGETA

I.C. PARTHENOPÆO.

IN Congregatione habita ſub die 16. Martij 1669. fuit dictum, quod Reuerendus Dominus Canonicus Franciſcus Antonius Curtius reuideat, & in ſcriptis referat eidem Congregationi.

Metellus Talpa Vic.Gen.

*Antonius Caſilius S.T.Eminentiſs.Theol.*

Poſſunt imprimi.

D.Franciſc.Curtius Can.Dep.

*IMPRIMATVR.*

## Eminentiſsime Domine.

VT mihi, quod ab Eminentia veſtra iniunctum, mandatumque munus explerem, alacri, libentique animo luculentiſsimas feudalium iurium, cum ſuis Elucidationibus Viſiones legi, eaſque præſtantiſsimo voto perlegi, quas perſpicaciſſimo noſtra in ætate florentè calamo contextas, elucidataſque comperui; Conſultiſſimi inquàm huius noſtri æui I. C. celeberrimi ingenij acumine admirandi literaria hæc monumenta admiratus fui, & de eo præcipuè illud potiùs admiratione dignum eſſe expertus ſum, nimirùm, quod iuuenili ſpiritu dirigente opus admiranda methodi, ac doctrinę claritate inſtructum, ità ad lucem ederet, vt ad Athletas præcipuè forenſes omnes neceſſarium eſſe, inſimulque in ipſo nihil continere, quod impreſſionem non mereat, verùm pijs moribus maximè conferens, iudicare mihi ſit; Quamobrem nobiliſsima prælo ad communem vtilitatem, & diſciplinam accomodatum, Eminentiæque tuæ proindè auſpicijs, ſinuq; dignũ exiſtimo. Neap. die 26 Maij 1669.

*Emin. Veſtræ* *Humillimus Seruus*

Franciſcus Curtius.

IN Congregatione habita coram Eminentiſsimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Caracciolo Archiep. Neapolitano ſub die 10. Aprilis 1669. fuit dictum, quod ſtante relatione Domini Canonici Curtij Reuiſoris. *Imprimatur.*

Metellus Talpa Vic. Gen.

Ego

Digitized by Google

## Eccellentiſsimo Signore:

IL Dottor Gaetano Ageta, ſupplicando eſpone à V. E. come hauendo compliita vna opera appartenente à gli affari di legge Ciuile: intitulata: *Viſiones iurium feudalium, cum ſuis Elucidationibus* eſſendo pronto per dar quella alle ſtampe, ſupplica V. E. à farli gratia commettere di quella la reuiſione, à chi comanderà, il che tutto riceuerà à gratia, vt Deus.

*Magnificus V. I. D. Iulius Caponus.*

Videat, & in ſcriptis referat.

Galeota R. Carrillo R. Nauarra R. Capiblancus R. Ortiz Cortes R.

Prouiſum per S. E. Neap. die 3. Aprilis 1669.

*Villanus.*

---

## Illuſtriſsime, & Eccellentiſsime Domine.

CAietani Nicolai Ageta præclariſsimi I. C. Neapolitani, feudalium iurium viſionum, cum ſuis elucidationibus librum tuæ Excellentiæ iuſſu matura viſione perlegi, eumque vel inuidia plaudente rara eruditione adoleſcente in ætate, nec ſinè maxima omnium admiratione elaboratum comperui. Nouum ingenium inter Parthenopęos cōciues, vt ſydus fulgendo, ſtellarum in perito orbe eminet: Annum decimum nonum agens ſtudio, & induſtria, vtiliſſima ediſcere cupiens, omni laude cōdigno litterario iſto monumēto adhùc ſapiētibus diſcere proponit, in quo obſcuriſsimas quaſque cōtrouerſias iuris feudorū, acerrimo DD. ſtrepitu exagitatas, diligēter, & nouo titulo materię accomodato, editiſsimo ſtylo, ac ordinatiſsima methodo luculenta exponit, diſplicat, & quid vſus præcipuè hoc in Regno Siciliæ obtineant, monet; De eo igitur, vt Valerius Maximus de Terentio Varrone orauit, poſteris reſcribam (humanæ vitæ exemplum ætatiſque ſpatium nominandus, non annis, quibus æquauit, quam ſtylo viuacior fuit) lumine proinde, ſinuque Excell. tuæ foueri, per quàm dignum expertus ſum; et adhoc, vt ex tanta præclaris Iuuenis aptitudine, & iuris noſtri eruditione,

quid

Digitized by Google

quid ſpei ſit reliquū omnibus innoteſcat, ad publicam lucem compelli feruenti animo Excellentiæ tuæ imperio, & hoc quidem, quanto citiùs fieri licitum permittitur, etiam, atque iterùm etiam, exorando voueo, opus iſtud ità pulchrum, atque ità vtile omnibus Doctorum oculis, & omnium ætatum luminis fama valdè dignum probo, tantùm abeſt, vt Regiæ quicquam iuriſdictioni aduerſetur, imò eidem, & vniuerſæ litterariæ Reipublicæ maximùm confert, & ſi nullum eſt ſuauius, quàm benè rem gerere bono publico; Hilari igitur fronte Excellentia tua vna inſimul, cum prædita diſciplinæ voto, opus iſtud eidem pervtile illuſtret, vt quod omnibus, Reipublicæ ſuauiùs bonum publicum agere eſt, benemeritum locum apud te Principem Patrem patriæ obtineat.

Humillimus Seruus

*Iulius Caponus.*

Viſa retroſcripta relatione imprimatur, verùm tempore publicationis ſeruetur Regia Pragmatica.

Galeota R. Carrillo R. Capiblancus R. Ortiz Cortes R. Valero R.

# CAROLVS DEI GRATIA REX,

*Et Regina Mater Tutrix, & Gubernatrix, &c.*

DON Petrus Antonius de Aragona Dux Segurbi, & Cardonæ, Comes Hamburiarum Eques Clauicularius Ordinis Alcantaræ, Cameræ,& Conſilij belli ſuę Catholicæ Maieſtatis, eiuſque Guardiæ Alemanæ Capitaneus,Orator obedientialis apud Summum Pontificem, & in pręſenti Regno Vicerex,Locumtenens,& Capitaneus Generalis,&c. Magnifico Viro V. I. D. Caietano Ageta Regio fideli dilecto, gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Nuper ex ſui parte fuit nobis præſentatum infraſcriptũ memoriale tenoris ſequẽtis,vʒ. Eccellentiſsimo Signore, il Dottor Gaetano Ageta ſupplicando eſpone à V. E. come hauendo già con la debita licenza, e facoltà del S. R. Coll. Conſ. fatto ſtampare vna ſua opera intitolata, Viſiones Iurium feudalium, cum ſuis Elucidationibus,& vn'altra opera intitolata,Fori feudalis Epitome, cum ſuis aſſertionibus, à ſue ſpeſe, ſupplica perciò V. E. concederli Priuilegio, che per diece anni non ſi poſſano riſtampare nelli Regni della Maeſtà Cattolica, che Dio guardi, & in caſo che ſi riſtampaſſero in altri luochi non ſi poſſano vendere in altri Regni, imponendoſi pena in caſo di controuentione, vt Deus. Quo tenore ſupradicti memorialis per nos viſo,conſiderantes dictam operã intitulatam,Viſiones Iurium feudalium, cum ſuis Elucidationibus, & fori feudali epitomæ, cum ſuis aſſertionibus maximam vtilitatem afferre, veſtris propterea ſupplicationibus inclinatis tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum deliberatione, & aſſiſtentia Regij Collateralis Conſilij penès nos aſsiſtentis, ſtatuimus, quod nemini liceat per annos decem à die datę præſentium in anteà decurrendos,ſupradictam operã,vt ſuprà expreſsã imprimere, nec vllatenus imprimi facere in hoc Regno, nec alibi impreſſam,in Regnum ipſum immittere, nec immiſſam vendere, nec tenere, abſque ſpeciali permiſſione, & veſtra licentia, & veſtrorum hæredum, & ſucceſſorum dicto tempore, perdurante, & ſi aliqui contra noſtram ordinationem facere, vel attentare præſumpſerit, ipſo facto, ipſoque iure incurrant, & incurrere intelligantur ad pœna vnciarum auri quinquaginta vobis, & veſtris hæredibus,& ſucceſſoribus pro medietate, ac prò alia medietate Fiſco Regio applicanda, & opera taliter impreſſa, aut quomodolibet, ex qualibet parte in hoc Regno immiſſa deuoluatur, & ſit veſtra, vel veſtrorum hæredum, & ſucceſſorum, Mandantes propterea per præſentes omnibus, & ſingulis officialibus, & ſubditis Regi maioribus, & minoribus, quecumque nomine nuncupatis titulo, officio, authoritate, poteſtate, & iuriſdictione fungentibus præſentibus, & futuris ad quos, ſeù quem præſentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præſentatę,vnicuiq; in ſua iuriſdictione,quod vobis, ſeù alijs legitimis perſonis eſt,veſtri parte præſtent, & præſtari faciant omne auxilium, Conſilium, & fauorem neceſſarium, & opportunum ſuper conſequutione dictæ pęnæ pecuniariæ, ac dictorum operum impreſſorum in caſibus prædictis,vobis deuolutorũ, adeò quod de prædictis ad nos recurſum habere vobis neceſſe ſit, & ſi ſecus factum

fuerit

Digitized by Google

fuerit ſtatim incurrant in iram, & indignationem Regiam, ac pœnã ducatorum mille. In quorum fidem præſens Priuilegium fieri fecimus magno præfatæ Maieſtati ſigillo pendente munitum. Datum Neapoli in Reg. Palatio die 12. menſis Iulij milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo.

A el Duque de Segorbe,
y de Cardona.

V. Galeota Reg.
V. Capiblancus Reg.
V. Valero Reg;
In Priuileg. 26. fol. 1.

V. Carrillo Reg.
V. Ortiz Cortes Reg.

Nicolaus Villanus
Reg. à M. ſcriba.

SY-

Digitized by Google

# SYNOPSIS MATERIARVM,

## Ac Rubricarum, quæ in hoc opere examinantur.

*IN Proœmio, de Principe in genere, atque in ſpecie, vt puta Imperatore, Monarcha, Rege, cæteriſque Principibus Superiorem non recognoſcentibus, latè peragitur.*

*In Ecloga, ſiuè iurium feudalium prælectione, vel Elencho omnia ferè iura feudorum, tum vſuum feudalium, hoc eſt Longobardorum, tùm etiam francorum hoc eſt Regni huius, inſimul cum Regis noſtri Catholici Monarchæ auguſtiſſimi gratiis, Regni feudatariis elargitis, methodo dirigente concinnè exponuntur.*

*Rubricæ 1. & 2. partis viſ. iur. feud. cum ſuis elucid.*

*Prim. part. Rub.*

*I. De feudorum origine, fol. 1.*
*II. De iuris feudalis compilatione, & authoritate, fol. 8.*
*III. De feudi etymologia, fol. 22.*
*IV. De feudi definitione, fol. 27.*
*V. De feudi forma, fol. 36.*
*VI. De feudi eſſentialibus, ſiuè ſubſtantialibus, naturalibus, & accidentalibus, fol. 40.*
*VII. De feudo an ſit contractus, fol. 49.*
*VIII. De differentiis inter feudum, & alias dominii vtilis, ſiuè vſusfructus conceſſiones, fol. 51.*
*IX. De differentiis inter feudum, & cætera bona allodialia, fol. 55.*
*X. De feudi diuiſionibus, fol. 57.*

## Rubric. II. Part.

*Principalis II. huius partis rub. iſta inſcribitur omnium ſequētiū rub. ſtipes, vndè non ab re intùs in materia legitur, omnes rubricas conuenire in hanc vnam, quæ eſt hæc rub. de feudi conſtit. vt latiùs ex elucidatis in priucipio eiuſdem rubricæ, ſcribendi optima methodus patet.*

*De feudi cōſtitutione, Rub. I. f. 149.*

*De perſonis feuda conferentibus, & acquirentib. Rub. II. fol. 150.*

*De perſonis feuda acquir. Rub. III. fol. 175.*

*De rebus, quæ in feudum dari poſſunt, ſiuè in quibus feudum conſtitui poſſit, Rubric. IV. fol. 184.*

*Sub qua inſcribitur materia de regalib⁹, tā quā inter res, quæ in feudum dari poſſunt, & ideò infrà in tract. iſta legitur, fol. 206. Rub. de regalibus conuenire in numero cum antecedenti rub. de rebus, quæ in feudum dari poßunt.*

BAL

A

# BALTHASAR PISANUS I.C. PARTHENOPÆUS.

B

## LECTORI.

HOC *Viſionũ feudalium opus* per *I. C. Caietanum Ageta* integris vigilijs nuper elucubratum, ac prælo denique expeditum, in publicam edo lucem, tuæ (Lector) expectantiæ ſatis facturus. Illud enim ſe Auctor traditurum ſub *Arpocratis* ſilentio teſtabatur; ne
C hoc frequentiſſimorũ in iure Scribentiũ æuo cœtum concomitaretur. Verum Amicos legali peritia non ignaros conſulens, illorumque diù excogitato iudicio minimè reluctante, typis expoſuit. Exhorrebat ſanè in arenam deſcendere iuridicam, cum Inſciorum inuidia, quadam religione laruata decertaturus. Haud perperam exculta Virtutis ſculptro, ſublimiſq; ingenij penicillo elaborata expedit ſint volumina, vt nugas declinent, ne dedecoris ſubeant aleam, acerrimoſq; contemptus Irridentium in ore feſtinent.
D His igitur Auctor perterritus ambigebat in huiuſmodi irruere pericula, ac teatralem iurium Aulam atripere adeundam, adhuc adoleſcens. Attamen, vt clarius ſuæ perraræ virtutis iubar diradiaret, plauſumque ab ipſo liuore extorqueret, *Aſtrea* campum prodidit, ſcientiæ potiùſquam ætati oculos deflectens; cùm *vigiliarum*

*rudimenta , non capillorum canicies , faciat ad* A *doctrinis munitum hominem conſtruendum , Stobei* ſententia eſt. Et literarum cognitio minimè ex annorum cumulo, abſq; ſtudiorum excolentia, proficiſcit, in controuerſijs teſtatur *Seneca. Viſiones* librum inſcripſit, vt aliquid ſaperet nouitatis; longè enim à foro, *Allegationum Syntagmatum, Reſolutionum, Conſiliorumq;* titulus faſtiditur. Selectas controuerſias, frequentioreſque exagitandas ſuſcepit; nonnulla afferens exempla rerum ſimiliter iudicatarum, iuxta vtriuſque *Siciliæ Regni Conſtitutiones.* Nam rerum perpetuo ſimiliter iudicatarum auctoritas, in ambiguitati- B bus, quę ex legibus proficiſcuntur, vim legis obtinet, inquit *Calliſtratus in l. 38. & Vlpianus in l. 33 ff. de legibus, vid. Cic. in Topycis col. 369, vbi : Res iudicata partem iuris ciuilis facit , non ſecus, ac leges, & Senatusconſulta.* Circa inutiles interpretationum ſubtilitates non verſatur, nam ſatis vberè apud Doctores, huiuſmodi veſtigationes commiſcentur;& magis forenſibus Atletis, quam ſcholaſticis tyronibus ipſe ſcribit. Acuminatam verborum exquiſitionem effugit, vt ma- C terias diſcutiendas vſitatiori calamo accomodaret. Noſtri autem æui calamitas elocutionis artem, in quæſtionibus iuridicis pertractandis, ac blandè condēdi periodos interdicit. In alijs quidē opuſculis, quibus peritus Auctor in dies ſtudet, ad vltimum penè peractis, verborum concinnitatem, ac ſtyli ſimul ſubtiloquentiam admiraberis. Vale igitur, & ſtudijs noſtris perpetuo te ſerua fauturum.

D

IN

Digitized by Google

A

# IN VISIONES IVRIVM FEVDALIVM Cum ſuis Elucidationibus:

## *AVCTORIS*

B

## PRÆFATIO.

QVantò plura vitia exarſerunt,
tantò de pluribus dicendis le-
gibus neceſſitate opus fuit; Ete-
nim nulla maiori ratione, opti-
mæ leges exiſtimandæ ſunt, niſi
quod eis, malis moribus Reſpu-
blica expiatur, & inde verſum
C eſt, bonas leges ex malis moribus oriri. Ab ini-
tio namque Ciuitatis *Romæ*, populus ſine lege
certa, ſine certo iure primùm agere inſtituit: cum-
que ipſam Vrbem, à *Romulo*, *Regibuſque* cœpiſ-
ſe conſtet, omnia manu Regis, cum primùm flo-
ruit *Romulus*, gubernabantur; poſteà aucta ad
aliquem modum Ciuitate, improbatis Ciuium
moribus, ipſum *Romulum* traditur, populum in
triginta partes diuiſiſſe, quas partes curias appel-
larit, propterea quod, tunc Reipublicæ curam
D per ſententias earum partium expediebat, & ità
leges quaſdam curiatas ad populum tulit: Tule-
runt leges, quæ omnes conſcriptę extant in *libro
ſexti Papyrij*, qui fuit illis temporibus, quibus
*Tarquinius Demarati Corinthij* filius, ex princi-
palibus viris; Iſque liber (vt diximus) appellatur
*ius ciuile Papyrianum*, non quia *Papyrius* de ſuo
quicquã ibi adiecit: ſed quòd leges, ſine ordine la-

tas in vnum compoſuit; Vndè, vt Ciuium inemendati mores, potiùs corrigerentur, ab inſequentibus Regibus, etiam latæ ſunt leges, quas omnes *Regias* vocant; Is *Romulus* ex antiquioribus Ciuitatis centum viros elegit, qui ordo *Senatorius* dictus eſt, ad quem illud decernendi ius pertinebat, quæ ex toto Regno ad eum deferrentur: ſacra autem facere, ius dicere, magiſtratum gerere ſolis Patricijs datum erat: Quotiès verò, vel leges ſciſcendæ, vel magiſtratus creandi, vel bella decernenda erant, tum *Populus Rom.* ipſe conſulebatur, ad eumque huiuſmodi negociorum ius pertinebat; Exactis deindè Regibus, *Plebis* poteſtas multùm aucta eſt, cùm ſucceſſione facta à *Senatoribus* extorſiſſet, vt ex corpore ſuo *Magiſtratus* crearentur, qui *plebis Tribuni* dicti ſunt, hi, & ſacroſancti, & ſummæ poteſtatis habiti ſunt, vt qui Senatusconſultis intercedere poſſent, quibus iura ſanciendi auctoritas à plebe cùm primùm collata fuerit, *Lex tribunicia* inde cognita eſt, qua omnes Regum leges exoleuerunt: iterumque cępit *Populus Romanus* incerto magis iure, & conſuetudine aliqua vti, quam perlata lege: idque propè viginti annos 10; leges attamen *Tribunos* populo dediſſe, tunc conſtat, quibus, etſi à principio latis ab his legibus, quas plebiſcita vocant, *Patricij* non tenerentur, lege tamen *Hortenſia* conſtitutum deindè eſt, vt lege *tribunicia*, omnes, etiam *Quirites* obligarentur; vndè acerrimum telum *Plebi* aduerſum *Rom. Patricios* datum eſt; Et illud maximè controuerti cæpit, quod maiores *magiſtratus* ex plebe creari, *Patricij* prohibebant, donec iſtud obtentum fuit, vt alter *Conſul* plebeius eſſet; Poſtmodum *C. Sempronij* rogationibus iudicia cognita ſunt; Is enim equeſtrem ordinem in eorum poſſeſſione locauit, vndè turbulentę ſeditiones exortæ ſunt; Conſtatque *C. Marium*, & *L. Syllam*, qui eam *Senatui* demùm reddidit, vel hac de re præcipuè contendiſſe, vndè, & Ciuilium

10 *L. neceſſarium 2. D. de orig. iuris.*

A liumbellorũm, maxi ma incendia orta ſunt; De-
indè cùm pro *Senatu Pompeius* arma excitaret,
*Marianaſque* partes,quæ plebem tuebantur, *Cæ-
ſar.* ſequeretur; Oppreſsàque per eum, & deindè
*Triumviros* Rep. cùm in *C. Octauium Cæſarem*
omnia ceſſiſſent, nouo ipſe regimine vti placuit;
Neq; *Regem* ſe, aùt *Romulum*, quod odioſus ſu-
perbuſque is titulus eſſet 20 appellari paſſus eſt;
Verũ Romano veteriq; nomine 30 *Imperator*, &
*Auguſtus*, vocari voluit, ſumpſitque cenſuram,
& *Trib. Pot.* ius, & *Max. Pont.* ſe inſcripſit, *pa-
triſq; Patriæ* titulum à *Senatu*, populoque Roma-
B no accipere, & decorari meruit; Et hinc *Ro
manum Imperium* agnoſcimus: cuius tanta ma-
ieſtas, & magnitudo fuit, rerumque geſtarum
populi Romani gloria, vt propè infiniti precla-
ris ingenijs præditi viri, tùm noſtra, & auorum,
tum priſca illa in ætate fuerint, qui, vel omnes
eius res geſtas, vel earum partem monumentis
literarum conſignare ſtuduerint.

Vndè Romanũ quondam Imperium legimus, vnum
inquam, idemq; in toto penè terrarum ſuperioris,
C prę́ſertim hemiſpherij noſtri Orbe versùs orien-
tem, & occidentem Solem fuiſſe, & quanta vete-
rum Romanorum monumenta, adhùc noſtra
ætate in ſolo Romæ nomine perpetua, tùm extẽt,
cùm diù in Italia ſteterit, tùm etiam cùm in
Græciam, & quidem Thraciam, *Bizantium*,
ſcilicèt, quod noua Roma dicebatur Romu-
leum Imperium translatum fuerit, infiniti nu-
meri teſtimonia aduiuunt, vndè illud *Impe-
rium Greco-Romanum* vocari poſſet. Ibidem
tandem aliquando *Iuſtinianus Imperator* (quem
D falsò rudem, & imperitum Principem litterarum
expertem, & analphabetum vocant *Franciſcus
Floridus, Sabinus, Alciatus, Budæus*, & alij *Sui-
da* loco decepti, cum peritiſſimum eum pruden-
tia, & non modica animi felicitate decoratum
agnoſcamus, teſte *D. Franciſco de Amaya Hiſp. l.
C.*)

20 *Odioſus Regius titulus apud Romanos erat, quoniam Romani ſuos Reges odio habuerunt; Etenim Mithridates Ponti dicere ſolebat, Romanos ideò Reges odio habere, quia ipſi tales habuerunt Reges, quorum etiam nominibus erubeſcerẽt, aut paſtores aboriginũ, aut aruſpices Sabinorum, aut exules Corinthiorum, aut Seruos, vernaſque Tuſcorum, aut* (quod honeſtisſimum nomen fuit inter hæc) *ſuperbos*: Erat tamen apud Romanos auguſtum, ac ſanctum, Regium nomen, & maieſtas omni Sacerdotio conſecrata, cuius auſpicio Roma condita, & diutiùs aucta extitit; *ſed ſuperbi odium* (qui Regiam dignitatem in ſę́uiſſimam tyrannidem verteret.) *Cauſam dedit, vt Reges exigerentur, & Reſpublica conſtitueretur, nec filij eius regnarent, qui eandem ſę́uitiam exercerent, & paternas iniurias vlciſcerentur. Quin etiam in cærimonijs, ac ſacris, omnia Regio auſpicio initiabantur. Antiſteſque Sacrorum, Rex appellabatur. Sed poſtquam Reipublicæ pertæſum eſt, vt enim Comicus ille ait: Omnium rerum ſatietas eſt, Romani ipſi ad vnius hominis imperium rẽpublicam redegerunt. Qua ex re facilè intelligere poſſumus, ex Romanorum quoque ſententia, vnius Regis imperium omnes alios Ciuiles ſtatus, lõgè anteiere; verba ſunt Franc. Patritij lib. 9. de Regn. & Reg. inſt. t. 2.*

30 *Nàm in terris nomen* imperij id primum fuit, *Criſp. Salluſt. Bell. Catil. in princ.*

40 *B. Franc. de Amaya in præf. ad tres lib. C. in princ.*

C.) Omne ius quo ſuperiùs *Romani* vtebantur, & quodcunque nouum acceſſerat, opus inquam deſperatum recognouit, quod ſtatui vellet, retinuit, digeſſit, compoſuit, ſanciuit, promulgauit, itaque de veteri iure enucleando recitationem facere præbuit, ſuperfluis, atque etiam in deſuetudinem habitis, reſecatis, aboletis, & tunc primùm noſtræ *Iuriſprudentiæ ſcientia* valuit. A

Annis ab hinc octigentis, & quinquaginta, exacto Iuſtiniano, *Græco-Romanum Imperium* diuiſionem patitur, & quod versùs orientem, iſthìc dum Turcarum ſeditione occuparetur, ſuos conſequitur Imperatores, alterum quod in *Europa* versùs occidentem ſolem erat, ad *Germanos* peruenit, idque primò *Carolus* cognomento *Magnus* obtinuit, tenuit; vndè illud *orientale*, iſtud verò *occidentale* Imperium vocari conſueuit. B

Auctore *Irnerio*, vel, vt alij legunt *Vvernhero*, qui diù *Conſtantinopoli* vixerat Conſiliario, *Lotharius Saxo Imperator Germanico-Romanus*, annis ab hinc *quadringentis, & quinquaginta Iuſtiniani*, iam compilata iura, in hoc *Imperium Occidentale* introduxit, & Iuſtinianeo illi Cæſareo iuri, poſt *Lotharium*, paulatim alia iura acceſſerunt, vt *Feuda*, & *Extrauagantes* ſunt, & rursùs etiam aliæ leges in Germanico-Romano Imperio, neceſſitate morum poſtulante, poſtmodum introductæ ſunt. C

50 *Iacob. Cuiac. dedic. Comm. feud. in princ.*

Feudalia iura, quę iuris corpori acceſſiſſe cõſtat, vt digna, cõmẽdari, hìc minimè quidẽ poſſe experior, veluti in *Præfatione* à materia dignitate beneuolos *mihi Lectores* cõciliarẽ; cũ nulla ſit iuris pars peiori conditione, quàm illa, quæ de feudis eſt, ſi perito *Iacobo Cuiacio* credamus 50, nam qui eruditas cæteras iuris partes ſe tenere profitentur, iſtam quaſi barbaro vocabulo dictam reijciunt, & eam tantò magis nuper admodum hoc in *Regno* confuſam comperui, cùm præter iura feudalia in iuris corpore conſcripta, alia etiam lexerim, eáq; varietate commẽtariorum, & intellectuum numero D

incu-

incuſa tã ag nouerim; Licet ab ipſius attamẽ operis fructu, atque vtilitate, non *Auctoris* peritia inſtructa, commendationem ſortiri maximam prę monendũ ſit, tùm quia hoc in exẽplari illud omnibus ingenij votum maximum fuit, nempè, iura, quibus hodiè vtimur, cum anteà inſtitutis de materia noſtra legibus, optimo, & elaborato peruigili intellectu, vocabulo materiæ accomodato, exponere; Nec vereor clamoſi conquæſtus, altam librorum feudalium iurium ſcientiæ copiam incuſantis, & ingentem ſcriptorum molem præopponentis, itaque nouam librorum interdicendam editionẽ eſſe quidã inducunt, & quod ſatis ſuperq; de ea re conſultum tot ſcriptoribus ſit; Cùm conſideratio, imperitorum quidem iſta, præditæ ſcribentium Reipublicæ nihil tamen obſtet, nam ſcribendi frequentem neceſſitatem, id in prudentia præcipuè ſuadet, cùm mutata Reipublicæ, vbique gentium paſſim forma, & multis inde legibus antiquatis, opus ſit nouis rerum ſtatui adaptioribus 60, & ſubindè interpretum elucidationibus; Etenim etſi feudalia iura, vt cæteri omnes interpretari conabor, nihilò tamen minus diſſimili oratione, ac ſtylo (etſi imperitè) viſiones, & elucidationes iſtæ compoſitæ ſunt, quemadmodum de *Andriæ* Comedia, quam *Menander* quoque fuit modulatus, *Terentius* cecinit 70

*Poeta cùm primùm animum adſcribendum appulit*
*Id ſibi negotij credidit ſolùm dari,*
*Populo, vt placerent, quas feciſſet fabulas;*
*Verùm aliter euenire multò intelligit,*
*Nam in prologis ſcribundis operam abutitur,*
*Non qui argumentum narret: ſed qui maleuoli*
*Veteris poetæ maledictis reſpondeat;*
*Nunquam rem vitio dent, quæſo animum aduertite.*
*Menander fecit Andriam, & Perinthiam,*
*Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit;*
*Non ità diſſimili argumento ſunt: ſed tamen*
*Diſſimili oratione ſunt facta: ac ſtylo,*
*Quæ conuenere in Andriam ex Perinthia*
*Fatetur tranſtuliſſe: atque vſum pro ſuis;*

Id

60 *Nam vt pro ratione temporum leges mutentur, & flectantur conueniens dixit Aul. Gell. col. 2. lib. 20. Noct. Att.*

70 *Terentius in Comedia Andr. prolog.*

*Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant*
*Contaminari non decere fabulas.*
*Faciunt nè intelligendo, vt nihil intelligant,*
*Qui cùm hunc accuſant Næuium, Plautum, Ennium*
*Accuſant, quos hic noſter authores habet:*
*Quorum æmulari exoptat negligentiam,*
*Potiùs quàm iſtorum obſcuram diligentiam;*
*Dehinc, vt quieſcant porrò moneo, & deſinant*
*Maledicere, malefacta noſcant ſua;*
*Fauete, adeſte æquo animo, & rem cognoſcite,*
*Vt pernoſcatis, & quid ſpei ſit reliquum*
*Poſthac, quas faciet de integro Comœdias*
*Spectandæ, an exigendæ ſint vobis priùs.*

Digitized by Google

A

# CAIETANI NICOLAI AGETA

## I. C. PARTHENOPÆI.

## VISIONVM IVRIVM FEVD. cum ſuis Elucidationibus.

B

# PROOEMIVM.

*IN omnibus rebus animaduerto, id perfectum eſſe, quod ex omnibus ſuis partibus conſtaret*; verba ſunt *Cai. I. C.* (10) *Et certè cuiuſque rei potiſſima pars principium eſt*, vt idem *Caius* inquit: Feuda igitur, cum à Principe, ſcilicèt, beneficij nomine, à diuina eius indulgentia, vt plurimum (præcipuè quæ dignitatibus decorantur, & inſignita ſunt) proficiſcantur, ſiuè cum feuda omnia à Principe, tanquam à dignitatum fonte fluant. (20)

C

De Principe, tanquam feudorum præcipuo fonte, primò hìc videndum eſſe, haud ab methodo cenſui.

Itàque de Principe dicturus, breui foliorum numero, vt magis materia noſtra expetit, ſcripturum præmoneo, nam etſi in ea re peragenda omnia comprehēdere deſideriū inceſſerit, attamen, nè vel ad rem potiùs alienam (cum latè de ea peragerem) noſter feſtinaret calamus, breui verborum compendio de Principe hoc in procemio proponere mentis compos eſt.

D

Y (Principis vox, qui primus Vrbi, vel Regno præeſt, ſignificat.)

Ergò Principem (hìc, illum intelligimus, qui non lōgè ab eius vocabuli ſignificatu diſtat, nempè, quo-

10) *Caius not. in l. 1. D. de orig. Iur.*

20) *Ant. Fab. in ſuo C. l. 3. tit. 12. p. 193. c. 1. def. in all. 17. n. 6. Garcia de nobilit. Gloſſ. 48. §. 3. n. 1. Tiraq. de nobilit. c. 6. nu. 1. & c. 30. n. 7. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. c. 10. ex n. 99. & lib. 4. c. 13. ex n. 1. & præcipuè n. 99. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 284. n. 4. Barboſ. de appell. verb. nobilis 164. nu. 2.*



Digitized by Google

quoniam Princeps græca voce ἀρχὸν dictus, Regionis, ſiuè Ciuitatis primum ſonat, idcircò Principem hic dicendo eum, qui primus Ciuitati, vel Regioni præeſt, à vocis etymologia ſignificamus. (30) Cæteri verò, qui licet in vrbe Principis titulo decorari gaudeant, attamen primi in Ciuitate non ſunt, nec primum, vel aliquem locum in dicẽdis, præcipuè legibus obtinent, verùm alteri ſubduntur: hìc vt Principes improprij (40) de his ſermonem, recitationemque facere non intendimus. A

A Principis (autem voce, Principatus vocabulum verſum eſt, quod ſignificat primatum, ſiuè etiam imperium (50) & hinc rectè Principis nomen Imperatori adiudicatur. (60) B

Principis autem titulus, etiam Regibus, cæteriſque Superiorem non recognoſcentibus competit.

Publicæ (vtilitati, vt conferat, magis quam, vt proprio intereſſi faueret Principem Reipublicæ datum fuiſſe, ex *Platonis* teſtimonio conſtat. (70) Vndè poteſtatem, qua populos regunt, nulli magis referre debent, quàm ad iuſtum Ciuium incrementum, atque vtilitatem; Certè enim Princeps à Tyranno in eo diſtat, quoniã Princeps dicitur ille, qui vnum, quod publicum intereſſe eſt, tueri ſectatur, Tyrannus verò ad proprium commodum, poteſtate publica, qua fruitur, tantùm vtitur, proprium nempè, non publicum intereſſe patrocinando. (80) Tyranno namque quod placet, libet, Principi verò, quod decet, libet; Tutores enim cum Principes populi ſint, non niſi, quod rem publicam ſaluam præbet, & lege permittitur, facere poſſunt, vt non immeritò publici ſtatus patres dici mereant, vt de Principe *Annæus Seneca* orauit, *hoc, quod parenti, etiam Principi faciendum eſt, quem appellauimus patrem Patriæ, non vana adulatione adducti, cætera enim cognomina honori data ſunt, magnos, & felices, & Auguſtos diximus, & ambitioſæ Maieſtati, quidquid potuimus titulorum congeſſimus, patrem quidem Patriæ* C D

ap-

30) *Ideſt primum caput Paurmeiſter de iuriſd. lib. 2. c. 9. nu. 6. Beſold. theſ. pract. verb. furſt. vel forder. Io. Linn. de iur. public. lib. 4. c. 2. nu. 11. Cæſar lib. 1. de Bello Gall.*

40) *Et abuſiuè tales dici Principes voluit Marin. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dic. Princeps n. 5. nec gaudẽt veri Principis priuilegijs, Ant. Faber in ſuo C. in rubr. de R. Dominica def. 1. & rat. aſſignat in alleg. n. 1. l. Princeps 31. D. d. de legib.*

50) *Toto tit. d. de conſt. Principis Cornucop. ling. lat. fol. mihi 417. lin. 15.*

60) *Philipp. Knipſch. de fid. fam. Nob. c. 1. n. 7. nomen tamen generale eſt, ibid. cap. 11. num. 118.*

70) *Plato libro ciuili, ſeù de Regno, & in Dialogo Critias iunct. Ariſt. lib. 3. Politic. c. 4 & 5. & lib. 5. c. 10.*

80) *Ariſt. ſuper laud. Petr. Greg. lib. 6. de Repub. c. 18. n. 19. & 20. Io. Cokier. Theſaur. Aph. Politic. lib. 3. c. 5. & lib. 6. c. 12.*

2 (Et iſte Principis titulus primatum denotat, vnde eſt Imperatori eum cõpetere.)

3 (Dati autẽ Principes populis ſunt, vt publicæ vtilitati fauerẽt, & hinc quod decet eis libet, non contra.)

A *appellauimus ; vt ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima liberis conſulens.* (90) Sic *Adrianus*, referente *Spartiano*, ſæpè in Concione dicebat, ità ſe Rempublicam geſturum, vt ſciret Populi rem eſſe, non propriam, idemque conſonat *Cicero*, cum dixerit) *vt Gubernatori Curſus ſecundus, Medico ſalus, Imperatori Victoria, ſic Reipublicæ moderatori beata Ciuium Vita propoſita eſt.* (100) Et rectè *Paulus I.C.* ſcripſit(*nàm ſalutem Reipublicæ tueri nulli magis credidit conuenire, nec alium ei rei ſufficere, quàm Cæſarem.* (10)

B Vndè cum primum Romanum Imperium floruit, Princeps Romanus patris Patriæ titulum meruit, & parens publicus dictus eſt; (20) Quæ igitur legitimæ, & iuſtæ poteſtatis ſunt, Princeps gerere debet, vt *Anthemius* dicebat. (30) Et ex *Claudiani* vulg. ſententia reſcribendum eſt.

*Nec tibi, quod liceat, ſed quid feciſſe decebit.*
*Occurrat.* (40) ——

Et vt egregiè apud *Caſſiodorum*, *Theodoricus*, inquit ( *cum omnia poſſimus ſola nobis credimus licere laudanda* ) vndè rectè, & populi, & iuſtitiæ

C pater Princeps dicitur, quam ſcilicèt iuſtitiam tueri tenetur (50) nàm Principem, vt *Seneca* ait. *Id facere laus eſt, quod decet, non quod libet.* (60) Id igitur de Principe dicendum eſt(non quidem, vt anguſtis terminis Principum animos circumſcriberem, ſed vt mutuum conſortium inter iuſtum Principem, & obſecrantem populum conſtantèr habendum, facilitèr dicerem, vt virtute affluat, vitia exhorreat, ſumma prudentia rebus in humanis verſetur, benè omnibus conſulat, miti ſit ingenio, ſciat ignoſcere, æquitate quadam

D duriora emendet, rectè, ac verè iudicet, paucorum diſcrimine vitia multorum cohibeat, ſit ſine ſæuitia, ac crudelitate, ſeuerus ferro minitetur, potiuſquam feriat; talibus itaque ſua modeſtè vtatur poteſtate, & haud iactantèr loquatur; *Ego ex omnibus mortalibus placui, electuſque ſum, qui in terris Deorum vice fungerer; ego vitæ, neciſque gentibus arbiter, qualem quiſque ſortem, ſtatumque habeat,*

90) *Annæus Seneca lib. 1. de Clem. c. 14.*

100) *Cic. lib. 8. epiſt. ad Attic. Epiſt. 11.*

10) *Paulus I. C. not. in l. nam ſalutem 3. ff. de off. Præfecti vigil.*

20) *Caſſiod. lib. 4. Epiſt. 42. Paul. I.C. in d. l. 3. vt de Cæſare apud Romanos dictum eſt, de qua re vide Franciſcũ Florid. Sabin. in M. Act. Plauti, aliorumque latinæ linguæ ſcriptorum Calum. Apolog. ad Rodulph. Card. Corpenſem p. 2. fol. 23. verſ. 5.*

30) *Anthem. in Nouella de bonis vacantibus conferunt, l. filius is de cond. inſt. l. digna vox, C. de legib. l. fin. C. de appell.*

40) *Claud. 4. Conſ. Honor. verſ. 294.*

50) *Confert Regni Conſtit. lib. 1. de iuſt. obſer.*

60) *Senec. in Oct. 2. verſ. 44.*

Digitized by Google

*beat, in manu mea poſitum eſt; Quod cuique mortalium fortuna datum velit, meo ore pronunciat; Ex noſtro reſponſo lætitiæ cauſas Populi, Vrbeſque concipiunt. Hæc tot millia gladiorum, quæ pax mea comprimit, ad nutum meum adſtringuntur: Quas rationes funditùs excindi, quas tranſportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos Reges mancipia fieri, quorumque capiti Regium circumdari decus oporteat, quæ ruant Vrbes, quæ oriantur, mea iuriſdictio eſt; In hac tanta facultate verum non ira me ad iniqua ſupplicia compulit, non iuuenilis impetus, non temeritas, non ipſa oſtentandæ per terrores potentiæ dira, ſed frequens magnis imperijs gloria; Conditum, immò conſtrictum apud me ferrum eſt: Summa parſimonia, etiam vilisſimi ſanguinis ſic me cuſtodio, tamquam legibus, quas ex abdito, ac tenebris in lucem euocaui, rationem redditurus ſim. Hodiè Dijs immortalibus, ſi à me rationem repetant annumerare genus humanum paratus ſum* (Verba ſunt *Senecæ*. (70)Damnanda iniqua indè reſponſa eueniunt, primò nempè *Iuliæ, Antonini Caracallæ matris) ſi libet, licet, an neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere*, quod refert *Spartianus*; ſecundò *Caligulæ* dicentis, *ei omnia in omnes licere*, quod recenſet *Suetonius*. (80) Vndè certum eſt, ſolam Principis voluntatem legem non eſſe, verùm Principis voluntatẽ ad iuſtam legem condendam populi ſaluti conferentem ordinatam dicimus, diligenti, atque matura feſtinatione, cum ſapientum conſilio initam. (90

70) *Sen. de Clem. lib. 1. cap. 1.*

80) *Suet. in Calig. c. 29. Connanus lib. 1. comment. c. 16. nu. 9. Petr. Greg. de Rep. lib. 9. c. 1.*

90) *L. humanum, C. de legib. vid. latè D. Franc. de Amaya perit. I. C. Hyſpan. lib. 1. obſer. iur. cap. 1. n. 11.*

4 (Principis officium quodnam ſit.)

Ex *Plutarcho de Alexandro Magno* alloquente Principum officium hìc animaduertendum eſt, cum dixerit (*ſed, & circa negotia, reſque cognoſcendas eius ſententiæ fuit, quippè cum eos, qui ſumma diligentia omnia faciunt, quàm minimo dolore affectos animaduerteret, veramq; animi quietem non otijs, verùm in benè agendo, & tolerando eſſe, nihil non exploratum reliquit, ſed tanta diligentia res omnes tenebat, adeòque vnumquemque Ciuem nouerat, vt neque inſidijs iniqui præoccupare, neque æqui cum*

*late-*

*latere poſſint, ſed omnes debita ferrent præmia.*

A

5 (Cumque Dei ex ordinatione inſtituti ſint Principes.)

Rurſus Dei (ex ordinatione ad regendum populum Principem inſtitutum fuiſſe certum eſt. (100) Immò ſecundum *Ariſtotilem* Princeps, ſecundus Deus inter homines eſt. (10) Et ex Dei ore loqui dicitur. (20)

6 (Iuſtitiam à Deo ediſcere dicatur, vt inter mortales eam exerceant.)

Cuius ſententiæ ex *Homero* confirmatur autoritas cum dixerit Principes ſummi Iouis diſcipulos eſſe, à quo ſcilicèt iuſtitiam ediſcant, quam deindè inter mortales obſeruant, & pro ea omnibus potiùs, ſanctiùſque omni ſtudio, omnique diligentia tutores ſe præbeant; hinc *Platonis* phyloſophorum ſummi Præceptoris ſententiam agnoſcimus, cum iuſtitiam bonorum omnium maximam eſſe, ait, à Deo hominibus datam; Et indè Deum ipſum iuſtitiæ auctorem, cauſam, originem, atque principium multis in locis aſſerit, & præcipuè in libris, quos de Republica ſcripſit, atque etiam de legibus, *M.* quoque *Tullius Platonicæ philoſophiæ ſectator*, atque æmulus, in libris de legibus eiuſmodi verba inſeruit, *ſed omnium, quæ in doctorum hominum diſputatione verſantur, nihil eſt profectò præſtabilius, quam planè intelligi nos ad iuſtitiam eſſe natos.*

B

C

7 (Vnde nulli aptiùs iuſtitiã ſeruare, & iuſtũ dici facere, quam Principi cõueniat.)

Etenim (ſi iuſtitia perpetua eſt voluntas, ius ſuum cuique tribuens, cui magis, eam obſecrari conueniat, potius quam Principi, cui, vt cuique, quod ſuum eſt, tribuatur, impartiaturque, perpetua, firmaque voluntate incumbit, igitur etiam Principem iuſtitiæ præceptis edoctum fieri conuenit, vt indè iuſti Principis titulo decorari mereat.

b Et

*100) Cap. ergo 8. q. 1. vndè contrà Dei præceptum legem dicere Princeps nequeat, Matth. de Afflict. in lib. 2. ſuper Conſt. Regni fol. mihi 7 nu. 7. & lib. 2. fol. mihi 66. ante n. 3*

*10) Ariſt. lib. 3. politic. cap. 9.*

*20) Iuſtin. in auth. de hæred. & falc. in princ. vndè, & Principi datum eſt ſecundum conſcientiam à DD. iudicare poſſe, licet regulariter ſapientum conſilio vti debeat d. l. humanũ C. de legib. Afflict. dec. 101. n. 16. ratio autem cur Princeps ſecundum conſcientiam iudicare poſſit, ea nimirum eſt, quia cum Princeps lex animata dicatur, §. vlt. in Auth. de Conſ. Rom. conſ. 298 nu. 3. Aret. in l. ſi ſeruum, §. ſequitur de V. O. Auth. de conſul. ad fin. Curt. Sen. conſ. 48. nu. 25. imò ipſa lex viua dicitur Menoch. lib. 1. q. 37. n. 23. idcircò ſecundum conſcientiam iudicare poterit, quoniã ſecundam ſuam conſcientiam iudicando ſecundùm legem iudicaſſe dicatur, ſi ipſe Princeps lex ipſa dicitur, & exinde quoniam ſcilicèt Princeps ſecundùm legem ius dicere præſumitur, & dicitur cum ipſa lex Princeps ſit, quod Principi placuit legis habet vigorem l. 1. D. de Conſt. Princip. & hinc etiam rectè Principis mens talis præſumitur qualis lex Decius conſ. 64. n. 7. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 10. nu. 9. vndè ſemper veritate moueri non verò mendacio Princeps dicitur Socc. iunior conſ. 69. n. 20. lib. 1. ſicuti præſumitur Princeps iuſtitia plenus, nec vltrà iuſtitiæ metas iudicaſſe Dec. conſ. 580. n. 20. & Gozad. conſ. 101. n. 10. & Princeps aliquid cõcedens, vel faciens iuſtis ex cauſis facere, vel concedere præſumitur Gloſs. in l. legati, C. de pæn. & prob. ex cap. cum à nobis de teſt. & Clem. vn. de prob. Alciat. de præſ. reg. 3. præſ. 8. Cynus in l. reſcripta, Cod. de prec. Im. in conſ. 369. num. 28. & in conſ. 436. nu. 19. dicenſ. contrà hanc præſumptionem non admitti prob. in contr. Marſil. in l. de vnoquoque n. 18. de re iud. & in ſing. 6. Et quoniam a Deo populo datus Princeps eſt, atque ex Dei ore loqui dicitur, indè ſit, quod dicitur, Principem vti Deum de cauſa cognoſcere, vt tradunt Dec. conſ. 463. in fin. Bellon. in conſ. 63. n. 7. Gramm. dec. 62. nu. 30. Crauet. conſ. 318. colum. 4.*

D

Digitized by Google

Et quoniam iuſtitiæ imaginem *Cryſippus* ità pictu-ram fore dignè innuit, nempè primò os, & ocu-los, vultumquè eius ſeueris, atque venerandis ver-borum coloribus tradidit, cum ſcripſerit (*forma, atque filo virginali, aſpectu vehementi, & formi-dabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ digni-tate*) ex quo intelligi voluit iuſtitiæ Antiſtitem oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incor-ruptum, inadulabilem, contraque improbos, no-centeſque immiſericordem, atque inexorabi-lem, erectumque, arduum, ac potentem, vi, & maieſtate æquitatis, veritatiſque terrificum. (30) Quæ omnia cum nemini pretèr quam Principi, vel eius Iudici competant, nulli indè aptius Iuſti-tiæ obſecrandam imaginem venerari conueniat, niſi Cæſari.

30) *Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 14. Cap. 4.*

Et ſi eius Iuſtitiæ mandatis ad duo ſeruanda mone-mur; primò Deum obſecrandum, venerandum, omnibuſque Creaturis magis amandum, eiuſque præceptis parendum. Et ſecundo Hominem, velu-ti fratrem, nempè communi, & quaſi proprio ſo-cietatis vinculo diligendum; Meherclè, ad Princi-pem potiùs, cui magis, vt Dei ſumma religio ve-neretur, ciuilis ſocietas inter homines cõſeruetur, incumbit, Iuſtitiam tueri, & de ea peritum eſſe ſpe-ctabit; Nulla namque alia ex cauſa ad *Bo tis* a-ſpectum intèr *Leonem, & Libram Virginem* eſſe, quæ *iuſtitia*, ſiuè ęquitas appellatur, *Nigidius* co-gnomento *figulus* in Philoſophiæ, & in Aſtrono-miæ ſcientijs Romanorum peritiſſimus, cùm de Poetarum figmentis precipuè, quæ in ſignifero Cælo finguntur, ſcriberet, inquit, hanc à mortali-bus quondam receſſiſse, & ad ſuperos remeaſſe, vt quæ ſolita in hominum cætu verſari, eiſque, quod rectum, iuſtumque agendum eſt, diceret, vt hone-ſtis parerent, inhoneſtaque cauerent, cuius donec monitis Mortales paruerunt, vnica lege eorũ obti-neretur ſalus; At eius exacto mandatorũ cultu, vi-tia cum inuaſerint, atque mutuò ſe ſe odêdi inter Mor-

A Mortales exarſit libido; Vndè dolis, fraudibus, inſidijsque aperta via eſt, & alter alteri imponere, ac vulnera, cædeſque inferre verſum eſt; Tunc demum cum nullā ſui copiam in Terris præberi ipſa iuſtitia cerneret, Cęlos petijt; Et prò tantæ virtutis pietatisque ſuæ excolenda feſtinatione, ibi æternū pręmium accepiſſe traditur.

Igitur ſi Principis, vt vitijs Reſpublica expietur eſt; ipſius etiam indè erit, Iuſtitiā agnoſcere, obſecrare, atque vt diù in terris perpetuò viuat, feſtinare.

8 Tū.s.quod ſpectat ad iuſtitiam naturalē,

Iuſtitia omnibus virtutis documentis præſtantior, Principi in eo præcipuè commendanda eſt, vt illa B vtatur, cuius proprium eſt apud omnes peræquè gentes cuſtodiri, cum naturæ congruat ſtabilis, perpetuaque habeatur, ità nimirū generaliter, vt quemadmodum Diuinam Iuſtitiam omnibus ſuperiorem à Deo Optimo maximo agnoſcimus, ità & illam à communi omnium parēte Natura, quæ naturalis iuſtitia eſt, dicimus: Et eiusdē officium eſt Ciuium multitudinem optimis documentis conſultam facere, vrbes tueri optimo regimine, Ciuitatem prouidere, nè vel homines alios iniurijs afficiant, & vnica Sanctione, quod ſuum eſt cuique C tribuere, quæ ciuilis iuſtitia dicenda eſt: ad quam etiam ſpectat honores, magiſtratus, ac commoda per legem plùs merenti, plùs tribuatur, diſtribuere, quam iuſtitiā *Ariſtotiles* dixit (40.) *Virtutē animi eſſe cuique ſecundum merita diſtribuentem*, & *Cicero* ſcripſit (50.) *eſſe habitum animi communi Vtilitate conſeruata, tribuentem ſuam cuique dignitatem.*

9 Tum ad ciuilem, ſiuè ad legitimā iuſtitiā

Simili verbo Principem legitima iuſtitia vti debere non prætermittimus, nempè ea, quæ circa ius dicendum verſatur, iudicialiſque vocatur, cuius D illud munus eſt, vt iuſtum ab iniuſto per leges diſcernat, atque ex legibus ius dicat, præcipuè in ijs, in quibus ab initio intererat, hoc vel alio modo eſſent, quæ omnia *Epicurei* dicunt nō natura, ſed ſola lege conſtare iuſta, vel iniuſta ſint, quod etiā ſectatus fuit *Archelaus Athenienſis, Socratis Magiſter*, cum iuſtum, & turpe, ſiuè inhoneſtum non

natu-

40) *Ariſt.lib.5.Ethic.*

50.) *Cic.de inuēt.lib.2.*
60.) *Modeſt. I.C. in l. ergo 39. D. de leg.*

natura, ſed ex lege haberi, & cognoſci voluit, quemadmodùm optimè de ſtatutis omnibus iuribus *Modeſtinus I.C.* dixit (60.) *Omne ius, aut Conſenſus fecit, aut neceſsitas conſtituit, aut firmauit Conſuetudo*, de qua tamèn re illud ex *Academicorum* ſententia certum eſſe veriùs conſtat; iuſtum, vel iniuſtum, aliud Natura, aliud ordinatione, ſiuè lege dici; nam aliud iuſtum eſt, quod ex naturali iuſtitia habemus, aliud verò, quòd ex iudiciali, ſiuè legitima iuſtitia inductum eſt. A

60.) Modeſt. I.C. in l. er 80 39. D. de leg.

10 Tū etiam ad iudiciale iuſtitiā per Iudices nempe doctrina, & moribus p̄ditos exercendam.

Iudicialis iuſtitia, quia in eo fertur, puta ius ſuum per leges vnicuique tribuere, & vitia, ſiuè calumniantium iniquitates, improbitatemq; expellere, quod quidem Princeps, cū per Iudices fieri iubeat, commendatio maxima de Iudicibus ad hoc iuris dicendi munus eligendis Principi facienda eſt, nempè, vt eos viros, non quidem fama, qua vulgus nutritur, peritos eligat, ſed quos verè iuris dicendi pręditos eſſe conſtat, & illud maximè de hac re certū habeat, eos peritos eſſe, qui ad conſequenda officia animum non intendunt, nam, qui prò obtinendis officijs ſe ſe proponunt, dicunt peritiam non habere, qua ſola rectiùs proponi poſſent. B

De Magiſtratibus deligendis etiam, nulla cenſus, aut generis ratio habenda eſt, cum ſola virtus, & perita diſciplina penſitanda ſit; genus namque ſinè morum cultura in ſuperbiam, & ignauiam tendit; ſicuti diuitiæ ſinè virtute inſolentiam, improbitatemque, vt plurimùm pariunt; memoria generis, ac Parentum aliena gloria eſt, ac proindè minimè ſuffragatur ei, quē ex proprijs meritis decorari decet, non alienis. C

Laborent Principes ipſi optimos quoſque viros, & Doctrina, vt Moribus præſtantes iuri dicendo præficiant, vt vnico plaudente conſortio optimo Principe, bonis legibus, præditis iura dicentibus, Reipublicæ regimen conſequatur bonum, D

11 Optimis legibus Princeps vtatur

Leges verò, quibus iudicialis iuſtitia, cuique quod iuris eſt, dicit, optimas, & publicæ vtilitati conferētes Populo dare Princeps debet, etenim non aliter

A ter omnia, quæ à legibus proficiſcuntur, iuſta habenda ſunt niſi, & ipſas leges iuſtas promulgatas eſſe conſtet; ſemper namque leges ſecundùm aliquam virtutem dicere oportet, & leges omnes id maximum operari neceſſe eſt, vt ſicuti virtutes iubent, ità, & vitia prohibeāt, vt *Modeſtini I.C.* (70) reſponſum edocet, cum dixerit legis virtutes eas eſſe, nempe *imperare* (Bonum,) *vetare* (Vitia) *punire* (malos) *permittere* (quod licet) cuius ſentētiæ conſonat *Cicero* (80.) cùm inquit legem eſſe, *recti præceptionem, prauique depulſionem*, & confirmat *Demoſthenis* Oratoris legis definitio (90) nempè

70.) *Modeſt. not. in l. legis virtus 7. D. de leg.*

80.) *Cic. in lib. de Nat. Deorum.*

B *lex eſt, cui omnes homines decet obedire, cum propter multa, & varia, tum maximè, quia omnis lex eſt inuentio quædam, & donum Dei, Decretum autem hominum ſapientum, correctio autem voluntariorū & non voluntariorum peccatorum, Ciuitatis autem compoſitio communis, ſecundum quam omnes decet viuere, qui in Ciuitate ſunt*, & accedit, quod ſtoicę ſapientiæ ſummus Philoſophus *Chryſippus in libro quem incæpit*, dixit, *lex eſt omnium diuinarum, & humanarum rerum Regina, oportet autem eam etiam*

90) *de qua habes apud Martian. not. in l. 1. D. de leg.*

C *præſidere, & bonis, & malis, & Principem, & Ducem eſſe, & ſecundum hoc, regulam eſſe iuſtorum, & iniuſtorum, & eorum, quæ natura ciuilia ſunt, animantium præceptrix quidem faciēdorum, prohibitrix autem non faciendorum* (100) Vndè iuſtum eum agnoſcimus, qui ſecundum leges agit, nèc fraudē aliquam per verſutiam innectere nititur, & iniuſtum dicimus, qui contrarium facit, ſiuè expreſsè contrà legem, ſiue in legis fraudem operetur: ille contra legem facere dicitur, qui id facit, quod lex prohibet, ille verò in fraudem, qui ſaluis verbis

100.) *apud eundem Mart. d. loco.*

D legis eius ſententiam, ſiuè mentem circumuenit. (10,) Princeps indè cum legibus id primum agere debet, vt bonis legibus pareat, vt illius exemplo alij omnes libentiùs alacri animo obſequātur; iniquum, & rationi contrarium eſſet, ius alijs præſcribere, quo ipſe non vteretur, vndè ſatis optimè, atque laudabiliter *Ægyptiaci* Reges agebant, cum

10.) *Paul. I.C. in l. contra 28. D. de leg.*

c paren-

Digitized by Google

parendo legibus beatos ſe eſſe putabant, atque omnium fælicissimos ſe exiſtimabant, vt *Diodorus Siculus* atteſtatur: *Lycurgus* nihil alijs edixit, quod ante ipſe non ſeruauerit, inde conſtat maximum præceptum illud quoque in Iuris Romanorũ corpore conſcriptum, exiſtimandum fore; *quod quiſq; iuris in alterum ſtatuerit, ipſe quoque eodem iure vtatur* (20) Neque illud ad priuatos tantùm ſpectare ex eiuſdem præcepti ſentẽtia, verùm, & quidem principaliter ad eos, qui leges dicunt, & imperio præſunt pertinere liquet; Turpiſſimum fuit *Appio Claudio* contra ius, quod in duodecim tabulas ex veteri iure tranſtulerat, Virginis amore detentus, quam ſibi in ſeruitutem vindicare voluiſſet fas, & nefas miſcere, vndè illius pater virginis, grauiter indignatus, virginitatem, caſtitatemque filiæ Vitæ quoq; præferendã eſſe putauit, arreptoque ſutorio Cultro filiam tranſegit, vt Virginis morte iniuriam ac dedecus ſtupri arceret; Filiæ cæde recenti adhùc madens, è veſtigio ad exercitum redijt, & commilitonibus ſuis rei ſeriem expoſcit; Tunc legiones decemuiralem violentiam ac tyrannidem iniquo ferentes animo, quod dùm prò communi libertate decernunt, illis, qui ad cuſtodiam vrbis relicti fuerant, liberos ſuos per vim in ſeruitutem conarentur aſſerere, relictis priſtinis ducibus, ſigna in Auentinum montem tranſtulerunt, tunc confeſtim omnis mox vrbana plebs illuc ſe contulit, vndè populi conſenſu *Appius Claudius*, & reliqui *Decemuiri*, partim in carcere necati ſunt, partim in exilium acti, & præterea dehinc Reſpublica ſuum ſtatum recepit, & ſeceſſionis initium fuiſſe traditur. (30.)

12. Prĩceps legibus qualiter ſolutus ſit expon.

Hic igitur conſiderandum eſt *Vlpiani I.C.* reſponſũ quid ſignificare voluerit, cum dixerit, Principẽ ſolutum legibus eſſe (40.); Et certe quidem ſolutum legibus eſſe, nihil aliud ſignificat, quàm in latis legibus non comprehendi, nèc illis obligari, ità vt quod alijs obſeruãdum per leges præſcripſit, ipſe Princeps cuſtodire non teneatur (50.) Vndè cum

*Vlpia-*

20) *in lib. 2. Digeſt. tit. 2.*

30.) *l. 2. poſt init. D. de orig. Iur.*

40.) *Vlp. in l. princeps 40. D. de leg. cui cõfert tex. in l. ex imperfecto C. de teſtam.*

50. *quid quid aliter legibus ſolui ſatis eruditè Amaya intelligendũ eſſe ſcribat Obſ. iur. lib. 1. c. 1 nu. 44.*

Digitized by Google

A. *Vlpianus* dixit Principem legibus ſolutum eſſe; Principem legibus non obligari, nec in illis comprehendi reſpondere videtur,

Quod quidem I. C. reſponſum vno voto *Interpretes* ità intelligi debere voluerunt (60.)

Solutus autem leg bus Princeps probatur, ſi ſenſus eſt quatenus vi coactiua illis legibus ſubdatur, quæ ab alio Principe promulgatæ fuerunt, ex eo, quia par in parem non habet imperium. (70.) Sicuti neque legibus proprijs, ideſt ab ipſo, populo datis obligabitur, quia nemo poteſt ſibi ipſi īperare. (80)

B. Et ità intelligũtur dicta verba *Vlpiani*, & *Doct.* ad dictum reſponſum, Principem ſc. legibus ſolutum eſſe; Vndè etiam rectè illud circà Sententiã hanc dici conſtat, Principem, quò ad coactiuam vim legibus non obligari, vt, *Diuus Thomas Aquinatis* ſcribit. (90.) Et hinc etiam dicitur Principem eſſe ſolutum legibus, quò ad auctoritatẽ legis, non verò, quo ad rationem; ea nimirũm ratione, quia vt *Marius Salom.* ſcribit, ex priuilegio lege Regia conceſſo ſc. quia auctoritas, quæ legem facit, Regia eſt, ideò aliam auctoritatem regiam ſui ſimilem ligare, quia par in parem non habet Imperium, vt ſupra, vel etiam eadem regia poteſtas ius ſibi ipſi, ideſt Principi, dicere nequit, ſi nemo ſemetipſum imperare poteſt, vt diximus

C. Cũ ergò ſenſus eſt, ã Princeps ſolutus legibus ſit, hoc eſt legũ rationibus, & tũnc dicẽdũ eſt Principẽ ſolutũ legibus nõ eſſe, ideſt vi directiua haud ſolui legibus, vt ex *laud. D. Thom. Fach.* ſcribit nẽpe quod etiã Princeps leges ſeruare teneatur, & ità ĩtelligas, quod, alibi (100. dicitur, Pricipẽ leges ſeruare teneri

D.

*60.) Interp. poſt. Gloſſ. ſunt Bart. Bald. Iaſ. Marius. Salomon. in d. l. princeps Carol. Tapia ſuper Rubr. de cõſt. Princ. cap. 1. n. 37. & alij Comment. in d. l. Princeps, Iaſ. in l. 1. n. 3 D. de pact. Marilianus in l. quoties C. de rei vindic. n. 133. Menoch. præſumpt. 29. nu 100. Affl. lib. 1. ſuper cõſtit. Regni de fide, & auth. Inſtr. rub. 79. ante n. 30 Iacob. de Franch. de feud. q. 10. n. 28. Salom. de iuſt. & iure, qu. 60. poſt concluſ. Sotus de iuſt. & iur. lib. 1. qu. 6. art. 6. Mẽchaca, & German. laudati à Morlano in Empor. tit. de leg. q. 1. ex nu. 1. Suarez de leg. lib. 3. cap. 35. nu. 4. Azor. 1. par. moral. lib 5. cap. 11. Fachin. 1. controu. cap. 2. Petr. Greg. de Rep. cap. 20. Connanus lib. 1. comm. cap. 16. n. 8. Cokier. lib. 1. Theſaur. politk ca. 2 Pancirolus lib. 2. Theſaur. varior. cap. 5. & alijs, quos laudat Oſual. lib. 1. Donell. cap. 17 lit. A. Maſtrill. lib. 3. de Magiſtr. c. 3. ex nu. 70. & alij, quos laud. cit. de Amaya d. l. n. 91.*

*70.) l. 4. D. de Arbitr. l. ꝑ minorẽ 54. D. de iudic. l. ille, à quo 14. §. tempeſtiuum D. ad S. C. Treb.*

*80. l. penult. D. de arb. l. lucius 14. §. fin. D. de fideic. liber. & Princeps non ſibi, ſed alijs legẽ dicit, Ant. Fab. in ſuo C. lib. 9. def. 8. tit. 25. n. 2. in all. cum neque poſſit ſua auctoritate ſemetipſum ligare, licet poſſit ſupra ſe Iudicem conſtituere, qui ſe iure perimat Sot. d. tract. lib. 3. qu. 3. art. 3. licet non poſſit alteri pręcipere, vt ipſum perimat, idem Sot. ibid. iunct. Cancer. var. reſ. cap. 13. n. 322. & 323. fol. 235.*

*90.) D. Thom. Aquinatis rel. à Fachin. d. cap. 2. lib. 1. controu. de qua mat. vide etiã Sotum de iuſt. & iure l. 1. q. 6. art. 9.*

*100.) in l. digna vox C. de leg.*

10.) *Marius Salom. in d.l.in prin. n.4.& 6.*
20.) *Sot. de Iuſt. & iur q.60.poſt concl. 3.*

teneri cū iſto ſeſu cuſtos legū Princeps eſſe debeat, nō verò violator, immò etiam tāquā Chriſti Fidelis Princeps Catholicus vi coactiua reſpectu cōſciētiæ rationes ſeruare tenetur, (10) nūquā tamen cogendus eſt leges poſitiuas ſeruare. (20.) Vndè dicas, cum *Vlpianus* dixit Principem ſolutum legibus eſſe, legis Regiæ auctoritatem conſideraſſe, cum verò *Imperat.* reſcripſit, teneri Principem leges ſeruare, de legum iuſta ratione eum locutum fuiſſe intelligitur. A

Etenim neq; ex eo, quod Princeps ſolutus legibus eſt, ſi Principi præter leges, ideſt iuſtitiam facere licere, vt patet per ea, quæ ſupra notauimus, & per DD. ſcribuntur. (30.) B

30.) *Doct. dicunt Principem id poſſe, quod Iuſtitia, & honeſtate non prohibetur, ſed permittitur, cū Principis nomen Iniuſtitiæ uocabulo implicet, Marius Salom. in d.l. Princeps nu.1. & Principes amatores Iuſtitiæ eſſe debere dixit D. Franciſcus del Caſtillo dec.16.nu. 13. 1. vol. Vndè ſemper prouidere debent, nè per vindictam damnum Reipublicę ſequatur, vt del Caſtillo dec. 171.n.58. ſcribit*

*Cumque leges eas eſſe, quæ, & iuſtæ, rationabileſque ſunt, dicamus, immò lex eſt ipſa ratio legis Abb. in cap. fin. de reſcrip. in 3.col. Cyn. Bal. & omnes Interp. in l. non dubium, C. de legibus, & in l. ſcire D. de excuſ. tut. Dyn. in reg. fin. de reg. iur. igitur Princeps legum authorit. vt ſup. non teneatur verū ratione legū, & eorū Iuſtitia obligabitur, vt latè Sotus explicat lib.1 de iuſt. & iur. qu.6. lib.1. art.7. col.3. & hic congruunt Menoch. lib.3. de præſ.29. nu. 10. & ea quæ expl. Iaſ. in l.1. D. de pact. n.3. nempe Principem lege poteſtatiua ſolutum quidem eſſe, non verò dictamine rationis, vnde pacta, quæ fidem reſpiciunt, cuius coſtodia iuris naturalis eſt ſeruare tenetur, l.1. vbi Doct. D. de pactis, ſiuè paciſcatur, cum Vniuerſitate, ſiuè cum priuato, idem Iaſ. in d.l.1. D. de pact. n.2. Immò paciſcendo cum priuatis, priuato iure vtitur D. Præſ. de Franch. dec.17.n.6. cū, & ſi contra l. poſitiuam poſſit contrarium ſtatuere, non tamen idem locum habebit contrà ius, vel rationem naturalem. Affl. ſuper Conſt. Neap. lib.1. fol.255. ante n.3. & in lib.2. fol.2.n.52. dicens, quod & ſi Princeps ſolutus legibus ſit, quia tamen regulariter expreſſa in legibus ratio adeſt, ceſſante legis Authoritate non, indè legis ratio ceſſabit, vnde planè illa obligabitur; Eo fortiùs igitur, ſi legis ratione Principem teneri diximus, nec vltra, vel contrà eam facere, ei licere, exindè nectitur, quod Sacroſāctū aliquod Dei præceptum limitare nō poterit, ſed ꝑpetuo obſecrante cultu venerari, & cuſtodiri facere obligatur, licet etiā ſinè cauſa poſitiuum ius, retractare, abolere poſſit. cap. propoſuit de conceſſ. præbendæ, et not. in l. reſcript. C. de precib. imper. offer. Menoch. 2. præſ.10.n.10. Guid. Pap. conſ. 244. num.15. et conſ.65.n.6. Affl. dec.228.n.11. rationem verò, vt ſup. ſemper obſeruare tenebitur, et præcipuè illam, qua publica conſeruatur res, vtque ità optimè Pater Patriæ dici mereat, vt not. Io. Igneus ſuper § non alias ex l. neceſſ. D. ad Senat. conſ. Syll. nam quemadmodum Epiſcopi Spiritale Matrimonium, cum Eccleſia contrahere dicuntur, ità etiam moraliter loquendò, cum Ciuitate contrahit Princeps Matrimonium, de qua re habes in cap. apes 7. qu. 1. Ign. d. l. nu. 38.* C

*Et ex his omnibus dicimus, quod licet Princeps, quæ iuris poſitiui, ſiuè ciuilis ſunt abrogare poſſit, rationem iuris immutare, ex hoc non dicatur, etenim, ſi lex eſt rationis interpres, ex. l. Ius Ciuile D. de legibus, Princeps cum dicitur, leges tollere poſſe, intelligitur rationis interpretationē aliquam tollere, et aliam conſtituere poſſe, quæ auctoritate Principis roborata lex dicitur, cum aliàs, ſi ab aliquo Conſulto fieret, lex non eſſet, quia is condendæ legis poteſtate caret, et ita intellig. Affl. d. lib 2. fol. mihi 7.n.52. Menoch. 2. præſ.2.n. 10. Guid. Pap. d. conſ.244.n. 15. et conſ.65.n.6. Et rurſus etiam intelligas Carolum Tapiam ſuper Rub. de* D

*Conſt.*

Digitized by Google

*Cōſtit.Princip.c.1.n.44.& Abbat.(poſt D. Thom.)in c.multa de præb. & in c.quę in Eccleſ.*
A *de cōſt.in 6.col.Innoc.in c.per venerabilē,qui filij ſint legitimi.Petr.Anchar.in c.pen. de con-*
*ceß. prabendæ, ſcribentes Principē non niſi ob cauſam ius ciuileabrogare poſse cū.s.ius ciuile*
*magnum rationis robur habere agnoſcatur,idcircò illud haud ab cauſa à Principe abrogan-*
*dum eſſe,rectè atteſtantur, cum,quòd ratione; congruum,& affine, vel etiam rationabile eſt*
*Princeps cuſtodire, non verò derogare poſſit ; Etenim Iura Ciuilia nulla alia auctoritate in*
*Regno iſto ſeruanda eſſe legimus,niſi quia rationabilia ſunt,nèc inquam, quod ab Imperiali*
*lumine exorta ſint,cum nulla ſit Imperatoris in hoc Regno auctoritas,vt latè explicat, Affl.*
*ſuper ..iſt.prælud.q.20.num.5.ratio.n.Iuris naturalis eſt,& naturale ius Principatu longè*
*potentius eſt,idcircò perPrincipem rationes iuri Naturæ affines abrogari nequeant, Affl. d.l.*
*qu.6.num.5. licet ex iuſta cauſa rationabiles leges limitare poſſit Menoch.2.præſ.10.nu.11.*
*Ius verò naturæ immutabile obſeruandum per Principem,etiam, atque iterum etiam ani-*
*maduertimus,congruit Cic.lib.3.de Rep.cum inquit(lex Naturæ immutabilis eſt,cuius eſt in-*
*terpres,& lator Deus,neque hæc eſt,alia Romæ,alia Athenis, alia Neap. neque per Populum,*
*aut Senatum ſolui poteſt)Princeps namque,nec aliud ſtatuere poterit, quòd Reip.Iuſtitia pla-*
*udente intereſt D.de Amaya d.cap.1.obſ.iur.nu.6.& 7.& faciunt Iuſtiniani in Senatu Con-*
*cionantis. verba)Imperialem fortunam rebus humanis Deus propoſuit,vt poſſit omnia, quæ*
B *nouiter contingunt,& emendare,& componere,& modis, & regulis competentibus tradere)*
*neque præter rationem leges Populo Princeps dicat,ſed cum cauſa nouum ius, vel antiquum*
*mutando ex eodem aliquod ius componendo,vel aliud præter illud conſtituendo. Andr. de*
*Iſernia in cap.vn.tit.quæ ſint regal.n.45. & hoc eſt Principis,ſiuè Regis proprium eas leges*
*quæ rationabiles ſunt, vt Reſpublica vitijs expietur concedere, eam illis coercendo.Sot. de*
*iuſt.& Iur.q.4.art.1.fol.309.Anton.Faber.in ſuo C.lib.7.tit.15.pag.840 defin.1.nu. 11. in*
*alleg.vndè contrà vtilitatem publicam legem promulgare nequibit.Affl.ſuper conſtit. Regni*
*Præl.q.10.n.7. indè haud certum eſt Principē ōnia poſſe,vt notauit Bald.in feud.vſ.115.pro*
*oem.verſ.aliqua n.35.,& 37. Cum nonnulla ſint,quæ Principem non decent, vt notatur in*
*cap.magnæ extr.de voto cap.admonet de renunciat.cap. peruenit de Immunit. Eccleſ.capit.*
*quod dilecto de conſanguinit.&c.cap.olim de V.S.cap.aliqua de priuileg. cap.ſuper quibuſdā*
*de V.S.c.veniens de accuſ.cap. bonæ de poſtulat.prælat.cap.cauſam qui filij ſint legitimi cap.*
*ſignificationibus.de purg.c.omnis anima extrà de cenſibus,et in cap.quòd ſupra de voto;ſimi-*
*liter neque poteſtatem abſolutam in Principe licitè admitti,aut conſiderari poſſe dicimus, cū*
C *ea magis in Tyrannidem tendat,quā iuſti Imperii gubernationem Alciat.Reſp.23. n.21.lib.*
*5.Etenim, qui publicum non tuetur commodum, qui prò arbitrio Dominationem exercet, qui*
*nullis ligatur legibus,ſed violentia quadam,et furore ōnia prophanat Tyrannus dicendus eue-*
*nit,vt ex Ariſt.et aliis obſeruat Petr.Greg. lib.6.de Rep.cap.18.n.9.Princeps verò eſt, qui*
*iuſtè omnia metitur,Seneca cum de Principe diſcurrit lib.1.de Clem.C.11.inquit ( Cui ſit in*
*maxima poteſtate veriſſima animi temperantia,humani generis amor,qui non Cupiditate,non*
*temeritate incedat, neque quantum in Ciues ſuos liceat,experiendo tentare ſoleat, ſed hebe-*
*tet aciem Imperij ſui;Inter Tyrannum quippè,et Regem quid interſit? Species enim ipſa fortu-*
*næ,ac licentia par eſt,niſi quod Tyranni voluptate ſæuiunt,Reges non niſi ex cauſa,& neceſ-*
*ſitate.Quid ergò? Nonnè Reges quoque occidere ſolent, ſed quotiès id fieri publica vtilitas per-*
*ſuadet,Tyrānis ſæuitia cordi eſt)Et ità quoq; idē Seneca Epiſt.114.Animū cōparat aliquandò*
*Regis,aliquādo Tyrāni,et adiicit)Rex eſt cū honeſta intuetur ſalutē ſibi commiſſi gregis curat,*
*et nihil īperat turpe nihil ſordidum,vbi verò impotens,delicatus,cupidus,et fit Tyrannus)qui*
*cum aliis ad hanc ſententiam cumulat,D.de Amaya d.C.1.n.47.et 48.vbi dicta Baldi, alio-*
D *rumque duplicem in Principe poteſtatem admittentiū peritè confutat, idemque ſectatus fuit,*
*Anton.Faber.in Iuriſp.Pap.ſcientia 1.tit.2.prin.confut.3. circà fin. quidquid ex aliorum di-*
*ctis referat Theſaur. in contrarium in deciſ. Pedem; Vndè confutanda eorum doctrina*
*euenit, qua concluditur ſubditorum bona in libera eße Principis diſpoſitione, quam tradide-*
*runt,Angelus in l.item ſi verberatum 15.§ ſi quis rem de rei vindic.et in l.3.§.ſi is, prò quo*
*D.quodquiſque Iuris,et Bald.in l.2.C.de quadr.præſcrip.recenſiti à Zeuallos 1.tom. com.qu.*
*577.et 4.tom.q.906.Bobadilla lib.5.politic.C.5.n.11.Petr. Greg.lib.25.Syntag. Cap. 10.*
*Pancirolus lib.3.Theſaur.var.cap.23.quæ controu.auctoribus Martino,et Bulgaro de hoc à*

Friderico Ænobarbo interrogatis cæpiſſe conſtat, ex Accurſio Verb. omnia Principis in l. 3.
C.de quadrien.præſcript.quorum rationes præcipuè ſunt,quod Princeps omnium bonorum,quæ A
ſubditi poſſident, dominium habeat,vt probatur in l.lutius Titius 11.D. de euict. & ea ratio-
ne Dominus Vniuerſi vocatur l. deprecatio 9.D.ad l.Rhod.l.benè à Zenone, C.de quadrien.
præſcript.l.item ſi verberatum §.1.de rei vindic.cum cęt.concord. vbi expreſsè, vel ex Ver-
borum Argumento legitur ex abſoluta poteſtate poſſe Principem de cuiuſcumque rebus di-
ſponere falſa,erronea, atque indè improbanda talis opinio eſt; vndè Bulgari opinio contra Mar
tinum probanda,& amplectenda eſt,vt poſt.cit.Accurſ.(qui metu addictum fuiſſe Martinum
docet)atteſtantur Mendoza, Crauetta, Petr, Greg.Menoch. Matienco, Acebed.Molina, Facchin.
Morla, Pichard.Oſuald.& alii, quos refert del Caſtillo 2.tom.quot.C. 28.quem refert,& ſequi
tur de Amaya d.c.1.n.51 cumulans Giurb.conſ.57.n.6.& 7.Guzmã de euict.q.52.p tot. ex.
n.2.qui pro hac ſẽtẽtia vltimus peritè multas recẽſet rationes,quibus ex doctrina cit. D.de A-
maya addas not.in l.reſcripta 7.C.de pcibus Imp.offerẽt.l.iubemus nullã 10. C.de Sacr.S.Ecc.
l.fin.C.ſi cõtra Ius,l.cauſas 16.C.de trãſact.l.4.C. de emãc.lib.l.meminerit 6.C.ũdè vi, l.ſi te-
ſtam.10.C.de teſtam.l.2.§ meritò 2.D.nè quid in loco publico, idque de Iure etiam regio cõfir.
docet l.1.& 2.tit.12.lib.3.ordin. lib.12.& 13.17.& 18.tit. 4. lib.2.ordin.quas hodiè trãſ-
criptas extare memorat in nouæ recopilat.lib.4.tit.14.& dicit eſſe l.1.& 2.& l.6.tit.10. lib.
5.& de antiquiori partitarum l.31.& 32.tit.18.par.3. ibidemque n.52. & ſeqq. ſatis quidẽ B
cruditè, ſolito ſcribendi more non nullis contrariorum obiect.diluit, de quibus,& aliis ad hanc
ſententiam ſpectantibus, eundem adeas, dictam verò ſententiam confirmant, 1. quia ſi Prin-
ceps ſuam poteſtatem à Populo habet , l.1.D.de conſtit.Princi. & Populus eam non habuit,
igitur nèc in Principem transferre potuit, dum nemo plus iuris in alium trãſferre poteſt, quòd
ipſe non habet in ſe; Populus.n.Rom.non aliam, quam ordinariam poteſtatem exercuit, teſte
Baldo in tit.de pace conſtant.§.libellariè nu.3.& vt Reſpublica commodiùs regeretur in vnũ
omne ius transferre placuit d.l.1.de conſt.Princ.& l.neceſſ.2.D.de orig. iur. quam ſententiã
non nulli DD. ſequuntur in l.fin.C.ſi contr.Ius,vel vtil.public.& Bart.in l.1.n.1.D.de conſt.
Princ.iunct.Iaſ.conſ.130.col.8.Panorm.& alii in l. quæ in Eccleſ. de conſt. & ciuil. in l.
reſcripta,C.de precibus Imp. offer. Purp. Conſ.114. numer. 11. immò cum Princeps lex
animata dicatur per DD.& not.Io.Ign.ſuper l.donationes , C.de donat. Mantica de tacit. &
ambig.lib.1.fol.37.n.27 Igitur ſicuti lex omnem excludit Tyrannidem, ità Princeps omnem
Tyrannidis poteſtatẽ à ſe elidat, ideſt abſolutã poteſtatẽ, dum lex animata dicitur, ad Popu-
lorum tamen terrorem dictam poteſtatem in Principe rectè pluribus à Doctoribus fuiſſe ad-
miſſã, vt quia Princpes, ſeù Reges ad Populi terrorẽ à Deo ſint introducti, C.magnũ in fin.11. C
q.1.vt docent Fortun.in rep.l.Gallus §.& quid ſi tantum D.de lib.& poſthum. num. 290. &
ſeqq.Et licet in Deo verè poteſtas abſoluta detur, tamẽ non exindè idem in Principe arguendũ
eſt, nam in Deo eſt poteſtas illa operandi miraculosè, vt latè, Ant.Faber.diſplicat in ſuo C. tit.
de S.T.& .F.Cath.tit.de Dei potentia abſoluta n.1.in Principe verò ſi daretur, eſſet poteſtas
operãdi Tyrãnides, ideſt præter leges cum abſoluta eius voluntate ſolum operaretur , vt ex ſu-
pra dilucidatis patet.Rurſus certum etiam circà hæc eſſe legimus, Principem abſque cauſa,
quod alicui Iure quæſitũ eſt tollere nequire D.R.Rouit.ſuper lucul. comm.ad Reg.Prag.1. nu.
45.in tit.de abolit.poſt Marian.Soccin.in l.Gallus §.& quid ſi Senatus de lib. et poſth.n.133
.Affl.dec.361.n.9.Præſ.de Franch.deciſ.213.num. 46. Vnde dicitur Principem abſque cauſa
feudi inueſtituram reuocare non poſſe, dummodò feudum propriam naturam habeat, nè tempo-
rale, ſiuè in rè præcarii datum ſit c.1.de nat.feud.vbi Feudiſtæ communiter Iacob. de Franch.
in feud.vſ.præl.q.2.n.42.poſt not.per Bald.in l.1.de ſucceſſ.feud.et in § 1.in princ.qui feudum
dare poſſunt,et in cap.1.col.1.de probat.et in l.princeps D de leg. et in l. qui ſe patris col. D
10.C.vndè lib.et Iaſ.conſ.19. col.6. verſ.3.principaliter vol.1.conſ.177.n.2.vol. 2.niſi con-
demno legem generalem, Cancerius var.reſolut.c. 3.nu.102.2.tom. et licet dicatur Dominus
Corporum,et Vitæ ſubditorum, vt inquit Ant.Faber. in ſuo C.lib.9.tit.25.definit.1.n.7. in al-
leg.non tamen poteſt ſubditos abſque cauſa grauare, vel etiam iure quæſito, ſiuè etiam Iure,
quo lege naturali ſubditi fruuntur, eis priuare, vndè nèc Nauigantes abſque cauſa, neque itine-
rantes impedire poteſt, quò minus per Mare, vel vias publicas nauigent, itinerentur, vt probãt
Cancer.var.reſol.c.13.n.317 licet poſſit ius quærendum, ſinè cauſa ex iuris dilatione auferre,
vt probat idem Cancer.variar.reſol.cap.3.n.38.atque etiam , et ſi poſſit cum cauſa ex mero
im-

Digitized by Google

imperio alterius Dominium in alium transferre,vt ſcribit Andr.de Iſern.in cap.1.n.77.Verb o
A et bona committentium,quæ ſint regal.non tantum illi permittitur alterius quæſitum Ius tol-
lere poſſe,quod intelligas,vt ſupra,ſinè cauſa, nempè abſque vtilitate publica,nam ea exiſtē te
Ius alteri q̄ſito cū dānorū cōpenſationibus tollere poteſt cit.Cācer.var.reſol.cap.3.n.84.tom.2
vndè bonus Princeps iuri tertij in dubio abſq. cauſa præiudicare voluiſſe nō p̄ſumitur, vt idē
Cācer.ibid.n.102.et hinc dicitur ob bonum pacis Principem alicui bona auferre iure poſſe Af-
flict.dec.282.n.8.de hac autem materia nempè qualiter Princeps Iuri tertio acquiſito præiu-
dicare poſſit,et ex quibus cauſis,latè poſt alios,quos latè alleg.vid.poſt Cancer. variar.reſol.
cap.3.n.110.111,et ſeqq.Larreā in alleg.fiſc.14Tādē breuiter etiam ſciendū hic eſt Principū
Iura non ſcripta,ſiuè conſuetudines tollere, ſiuè abrogare poſſe, nè amplius de nouo in futu-
rum inducantur,nàm ſupra conſuetudines Princeps eſt,immò maior conſuetudine eum Doct.
dicunt ex pot.in l.mortua et in l.vniuerſis,C.de prec.Imper.offer.Afflict. dec.305.num.16.ex
Archidiac.in cap.in his ij diſt.et Bald.in cap.1.de his,qui feudum dare poſſunt, dummodò non
ſit conſuetudo locum habens in contractibus ; contractus namque Iure naturali ſeruandi ſunt
ob-fidem obligationi pactis interpoſitam,quæ Iure naturali ſeruanda eſt, et indè dicitur pacta
Principem ſeruare teneri,Iaſ.in l.1.D.de pact.n.1. & de hac re eum adeas in D. de conſtit.
B Principum,et in l.1.n.13.

Similiter ſciendum eſt Principis priuilegia oportere, quod conſeruentur,vt dixerunt Paulus de
Caſtro conſ.37.n.5.lib.1.Larrea alleg.12.n.5.priuilegium verò, et ſi in dubio perſonale præ-
ſumatur,Alex.Conſ.101.n.1.et 2.lib.1.Natta conſ.218.n.9.lib.1.Larrea alleg.11.nu. 19.id
fallit in Principis expreſſa conceſſione,ſiuè priuilegio,Boer.deciſ.241 n.3.ità quod contradicē-
ti ſit onus probandi contrarium Bart.in l.qui futurum §.1.D.de pact.& in l.36.D.de V.O. et
quod conceſſio Principis realis præſumenda ſit,dixit,Bald.in l.liberti, libertæque,.2. Cod.de
oper.libert.Similiter fallit,quando Priuilegium conceſſū eſt à Principe Vniuerſitati,quod reale
dicitur,atque probatur ex l.forma cenſuali §.quamque D.de conſul.idque latè fundat Menoch.
de præſumpt.lib.3.præſumpt.103.et Maſcard.de probat.concl.338.Ea ſit ratione,quia quotiès
conceſſio fit certo perſonarum generi,puta Vniuerſitati,vel collegio, quod per Iuris fictionem,
nunquam videtur perire,ex l.proponebatur 76. D. de re iudic.et ſicuti perpetua eſt Ciuitas
Vniuerſitas,et locus,ità etiam erit conceſſio, Petrus Barboſa in l.quia tale D.ſolut.Matr.n.14.
& ſub.n.79.D.Reg.Valenzuol.conſ.79.n.21,& conſ.81.n.11.dummodò certis perſonis con-
ceſſio facta non ſit,nam tunc extincta perſona deficiat conceſſionis Ius , ex l. omnibus cauſis
68.D. de reg. Iur. Crauett. conſ. 249. Boſſius in praxi Crim.in tit.de princip.n. 343, &
C 344.idque exemplificatur in priuilegio conceſſo Mediolan. per Leonem X. de quo eum ad
eas iunct.Barboſa d.l.ſub.n.14.verſ.2.ampliat.Stephan.Grat.diſcept.forenſ.cap. 236.n.66.&
ſeq.Lucas de penna in l.ſordidorum poſt n.2.C.de excuſ.mun.lib. 10. item ſi concedatur loco
ratione alicuius qualitatis,illa namque qualitate perempta extinguatur priuilegium Roma-
nus in l.maritum n.28.D.ſolut.matr.Barboſ.in d.l.quia tale ante n.19.D.eod.tit. Priuilegia
autem Principis irreuocabilia,cum in remunerationem conceduntur,pronunciamus, ex aucto-
ritate,Menoch.poſt alios conſ.2.n.136.& ſeqq. & 307.n.7.Grammat.dec.65.n.24. præcipuè
cū effectum ſuum ſortiuntur veluti in poſſeſſionem miſſa fuerit Menoch.conſ.107.n.78.& 79.
Burſat.conſ.30.lib.1.n.8.quod ſecundum etiam locum habet, ſi priuilegium eſſet gratuitum,
vt Reg.Capyc.Latro conſultat.38.n.4.lib.1.et exindè tanto magis,cum illa ex cauſa oneroſa
prouenirent,vt idemCapyc.Latro cit.loco n.51.ex doctrina Peregr.deciſ.Patau.119.atteſta-
tur,cauſa priuilegij immunitatis.ceſſāte,Priuilegiū nō ceſsat per ea,quæ probat DeFranch.dec
D 719.Petrus Franc.Tonduti lib.1.quæſt.& reſol. Ciuil. cap. 54. fol. mihi 92. per totum
& n.8,& loquens de immunitate à principe conceſsa indubitanter tenet,atque fundat , quod
priuilegium reale semèl acquiſitū intuitu præcipuè seruitiorum, & meritorum quamuis cauſa
commiſſi priuilegii ceſſet,effectus tamèn indè ſequutus , & conſūmatus per poſseſſionem num-
quam ceſsat,ſeù ipſa immunitas,proùt n.10. cōcludit ex Maſtrill.dec.268.num.20. & 21.&
Anna ſing.291.Priuilegia tantum hæc immunitatis,& exemptionis odioſa eſse conſtat,atq;
proindè ſtrictam recipiunt interpetrationem,quia quodammodò cōtrà publicam vtilitatem eſse
videntur ex l.1.§.fin.D.de Iure Immunitatis,& ex cap.porrò 7.priuilegiis docuerint, Bald.in
conſ.impreſso poſt decis.68.Pedamontan.Cacherani n.19.Crauetta conſ.132.n.20.Surd. conſ.
178.numer.2.& decis.35.n.6.& 7.Alex.conſ.125.n.10.lib.2.Dec.conſ.32 n.5.& conſ.113
nu.2.

Digitized by Google

n.2.Boerius conſ,148.n.37.lib.2.Alciat.reſp.203.n.17.Petrus Barboſa in l.quia tale 14.an-
te n.38.D.ſolut.matr.Ciriac.controu.141.n.8.et 9.et controu.469.n.2. nè s. lædatur publicus A
ſtatus,et conſequenter ius aliquod tertii etiam,vt loquitur,Surd.conſ.140. num.48., & 49.ad
publicum ſtatum tributa pertinere id ſuadet,quia ſinè illis nequeat publicus ſuſtineri ſtatus,vt
in terminis ex Tacito probat Larrea d.alleg.12.n.23. Et indè conceſſum iſtam immunitatis
Vectigalium tria requirere,conſtare;Primum quod à Principe concedatur, Secundum vt iuſta
cauſa ea fiat.Tertiũ vt ad tẽpus,cõcedatur ex Luca de Pẽna,& aliis ſcribit Oſaſcus dec.Peda.
95.n.22.quod sc.dictam conceſſionem,dicta tria requiſita tùnc exquirere intelligas, cum ad-
eſſet tertii præiudicium in illa conceſſione conſiderandum; ſiuè tertio ea præiudicaret ſecun-
dum ea,quæ probauit Petr.Antibold.in tract.de muner.§.4.num.105,& ſeq.verſ.licet autem
quem ſequitur Bobadilla in ſua politic.lib.5.cap.5.n.34.in fin.relat.per Fontanell. dec.455.
n.17.Præter tantum tertii præiudiciũ dictã cõceſsionẽ fieri poſse abſque quod ſit iuſta cauſa,
& in perpetuum à Principe, nullum dubium habet,cum certum ſit Principem, quòd licet, &
tertio non præiudicat agere poſſe,& quod ei libet,vel placet legis habere vigorem §. ſed quod
Principi placuit Elem.Iur.de Iur nat.Gent.& Ciu.l.1.D.de conſtit. Princ.Immunitatis autem
conceſſionem donationis Naturam etiam ſapere,& donationis ſpeciem dixit Loſæus de Iure
Vniuerſitatis part.3.cap.10.n.4.Vndè ea,tamquam donatio haud omnibus fieri permittitur,
atque laudatur per ea, quæ traduntur in cap. qui 8. & queſtion. 86. diſtinct. Lucas de B
Penna in l.Venatores C.de excuſ.lib.10.quod intelligas de illis Venatoribus, qui Venationem
oppreſſiuam,vel etiam arenariam exercent,non verò de ſaltuoſam exercentibus, vt Gloſ.in d.
c. qui Venator,explicat;vndè hic etiã breuiter,ſcribendũ eſt an ſi priuilegium, quod exhibetur
aliorum aliàs conceſſorum mentionem faciat,an prima etiam in iudicio præſentari debeant,&
certè quidem conſtat ex Larrea alleg.50.n.76, etiam antecedentia,ad quæ vltimum refertur
præſentanda eſse præcipuè,vt ex antecedentium verbis inducatur,an ea perſonalia, vel realia
ſint,idque probari videtur ex tex.in Auth.ſi quis in aliquem C.de edendo, quod tamen dictũ
Larreæ,locum habere dicimus,cum priuilegium referens dubium eſt,non verò cum clarè aliorũ
antecedentiũ rationem facit del Caſtillo ex contr.Iur.cap.43.lib.4.22.& 35.Verba eius autem
ſequentia ſunt(Secundus caſus ſit,quando diſpoſitio referens eſt incerta, et indeterminata, ità
vt Mens alitèr haberi non poſſit,quam ſi de relato conſtiterit, et tunc ſi relata diſpoſitio ap-
pareat,inutilis remanet referens, ità ſanè Bart. ſcripſit in l. ſi ſic §. 1. D. de leg. 1.)
De qua re inſpiciendus eſt cit.D.del Caſtillo d.l.à n.29.& in Spec.nu. 34. quam ſententiam ſe-
quuntur etiam Bellon.conſ.36.n.4.et 7.Berous conſ.152.ſub n.9.et 10.lib.2. Surd.Conſ. 241.
vol.2.n.1.2.et 3.et conſ.419.per totum vol.3.Boer.deciſ.247.n.3.Dec.conſ. 169.3.col. Quod C
autem ſuprà diximus priuilegia Imm.realia præſumenda eſse,cum à Principe conceduntur, eo
fortius intelligas procedere,ſi in conceſsione dicatur prò ſucceſsoribus,et poſteris in perpetuum
nam Verba iſta conceſſionis realitatem oſtendere,et ſic Principem eam voluiſse in infinitum
extendere præſumitur,cum aliter non eſset ità loquutus ex l.ſordidorum vbi Io:de Plat.C.de
excuſ.Mun.lib.10.Anch.Conſ.327.n.2.verſ.2.principaliter Barbat.conſ.34.num.3. vol. 2.et
Bellon.conſ.20.n.10.atteſtantur,et in dubio cum ſumus prò immunitate ſemper iudicandũ eſse
defendunt, tamquam prò re fauorabili, Grat. conſ. 61. numer 55. vol. 1. Com.
conſ. 194. numer. 8. vol. 4. Purpur. conſ. 428. numer. 87. Quando autem im-
munitatis conceſſio facta ex pluribus cauſis motiuis, vna ceſsante, haud conceſſio ex
tinguatur,ſed õnes ceſsare neceſsarium erit,per ea quæ concludunt Surd.conſ.341.n.13.et conſ.
368.n.2.Menoch.conſ.146.n.27.Caſtillus quotid.controuer.Iur. lib.5.tit. de coniect. vlt. vol.
cap.174.per tot.Rot.Rom.dec.261.n.12.et 13.Etenim in Principum gratiis ſeù reſcriptis Co- D
pulatorum omnium concurſus haud requiritur. Natta conſ.458.n.10.Surd.conſ.512.n.2. neq;
finales cauſæ præſumuntur,illæ quæ in conceſsionibus,uel cæteris Donationibus gratiis, uel pri
uilegiis,uerum motiuæ,ſiuè impulſiuæ,Tiraquell.in tract.ceſsante cauſa limit.1. nu. 14, Abb.
in cap.decet,de reg.iur.in 6.Vndè dicitur,quod allegans cauſam finalem eam probare debeat,
Paul.in l.fin.D.de condict.cauſa data,quem ſequitur,Socc.conſ.83.incip.prò certo col. 3. cuius
ſententiæ ea eſt ratio, quia illa ſunt interpetranda,ut gratiam contineant.Rot.Rom.dec.119.n.
1. nam,et ſi ex proœmio regulentur,ratio tãtum proœmii nõ dicatur cauſa finalis,ſed impulſiua
Ias.in conſ.1.nu.31.verſ.et per hoc non obſtat lib.1. et latè in auth.quas actiones nu.18.C.de
Sacroſ.

Digitized by Google

A 13 (Principis ſtatus deſcribitur.) Præterea miſerabilem Principum ſtatũ agnoſcimus per ea, quæ *Democlito Philoſopho Dyoniſius Syracuſanus* oſtendit, dum ſuper caput illius menſæ accumbentis Enſem nudum Æquina ſeta alligatum ſuſpẽdit, ſicque per imminentis caſus terrorem, omnem excuteret voluptatem, quamuis cultu Regio intèr Aulæ Miniſtros, & Delicias medius ederet, Regum, Principumque ſortem exitialem & miſerandam eo cultu ſublato depingens, poſtquam ille cum extuliſſet, & fortunam incuſſaſſet, quod ſibi in hac parte Nouerca exiſteret, ſic verè *Perſeus*:

B

*Auratis pendens laquearibus Enſis*
*Purpureos ſupter ceruices terruit.*

Viderat id Ethnicus *Iuuenalis*, dum poſtquam varios Magnorum Principum ſucceſſus enarraſſet, vt quàm præcipiti curſu humana Imperia ferãtur demonſtraſſet, hunc in modum concludit. (10)

*Ad generum Cereris ſine cade, & vulnere pauci*
*Deſcendunt Reges, & ſicca Morte Tyranni.*

C Cuius etiam ſors deplorari meruit, vel ex hinc, quod cũ Pauperes venena nõ timeant, eadẽ tamen in Auro bibentur, & poculis gemmatis, & alias eius rei cauſas tangit *Seneca*. (20.)

*O Regnorum magnis fallax*
*Fortuna bonis, in præcipiti*
*Dubioque nimis excelſa locas*
*Numquam placidam ſceptra quietem,*
*Certumuè ſui tenuere diem*

*Sac. Eccleſ. Corn. conſ. 137. n. 5. lib. 4. Apoſtilla ad Alex. conſ. 143. lib. 6. verſ. fin. Si autem Princeps alicui ex cauſa, quod ille cũ in Bello adiuuauerit, vel alia cauſa concedat aliquod priuilegiũ, dicta cauſa haud probãda erit, cum de ea dicto Principis ſtetur, ut probatur ex Clem. 1. de probat. Maſcard. eod. tit. concluſ. 139. nu. 10. & concluſ. 1233. n. 10. & 28. Farinac. de Teſtibus q. 63. cap. 3. nu. 28.*

c *Alia*

D *Affl. deciſ. 305. n. 14. et 16. Gram. dec. 65. n. 65. Natta conſ. 522. n. 41. Menoch. conſ. 304. n. 28. et conſ. 1003. n. 76. et conſ. 112. Priuilegium autem, cum dubium eſt, ex Vſu, et Conſuetudine ex eo ſubſecutis, declaratur, ut atteſtatur Bartius dec. Bonon. 97. per tot. ex expreſſo Textu in cap. cum perſonæ 7. §. quod ſi talis de reg. iur. in. 6. ea s. ratione, quia eandem vim conſuetudo, ac priuilegium obtinet l. hoc Iure §. ductus Aqua D. de Aqua quot. l. ſuper quibus §. præterea de V. Sign. cap. cum contingat de foro compet. immò ſola conſuetudo abſque Priuilegio confert immunitatem, et liberationem omnium Impoſitionum, etiam impoſitarum tẽpore Belli ex l. opinatores, C. de excott. et translat. militar. annor. lib. 12. Crotus cõſ. 64. nu. 3. et Natta conſ. 431. in princ.*

10.) *Iuuen. Satyr. 10.*
20.) *Seneca trag. 8.*

Digitized by Google

*Alia ex alia cura fatigat,*
*vexatque animos noua tempeſtas;*
*Non ſic lybicis Syrtibus Æquor*
*Furit alternos voluere fluctus*
*Vt præcipites Regum caſus*
*Fortuna rotat, metui cupiunt,*
*Metuique timent, non nox illis*
*Alma receſſus præbet tutos,*
*Non curarum ſomnus domitor*
*Pectora ſoluit.*

Principis nomen, cũ nulli aptiùs, quàm Imperatori, Monarchæ, Regibus, cæterisq; Principibus ſupremis conueniat; Idcircò breui oratione de ſingulis omnibus ſcribere hìc methodo exquirente neceſſe eſt.

*I*mperator, (quem Græci Στρατηγὸν, ſiuè ἡγεμόνα vocant) propriè apppellabatur, qui Exercitui præerat, & ſuis Auſpiciis bellum gerebat (30) 14 (De Imp. Rom. German.)

Rurſus Imperator ab Imperii voce dictus eſt; Imperium hic non intelligimus Iuriſdicendi poteſtatem aliquam. (40.) Verum Imperij nomine ſũmum Ius, ſupremam authoritatem, Auguſtamq; Maieſtatem ſignificamus; Quod quidem Imperium ab imperando dicitur. *M*aximum vnum quondam Imperium diù Romæ verſus Orientẽ, & Occidentem Solem) à *Iulio Ceſare Dictatore* primo Rom. Imper: exactis in Vrbe Roma Regibus, & annalibus Conſulibus vſque ad *Imperatorẽ Cæſarẽ Fl. Iouianum Auguſtum*, qui Mẽſes octo regnarat, valuiſſe conſtat, idque primum à violentia initium apud Romanos ſumpſiſſe legimus, & *Iulius Cæſar*, quẽ primum Romę Imperat. diximus, perpetuus dictus fuit, qui hanc Dignitatem, & cęterorum ſibi ſimul Magiſtratuum ius, auctoritatemque arrogauit. 50.

Pręterea cum ſedes eius Imperij diù cõſpicua Romæ in Italia ſtetiſſet, in *Græciam* poſteà, & quidem in *Thraciam*, quæ noua Roma dicebatur, tranſlata fuit, vbi exactis non nullis Imperatoribus diuiſionem patitur, & quod verſus Orientem erat à *Magno Coſtantino Auguſto* fundatum Imperiũ & in-

*30) Imperator nempè qui Exercitui pręeſt, ſuiſq; auſpiciis bellũ geritur, cuius Virtute, & Coſilii fælicitate maximis periculis ſeruitutis liberati ſumus, vt inquit Cic. 14. Philipp. & Dio. de Rep. Rom. lib. 6. vt qui Imperatores appellati ſũt, delectum facere, milites cõſcribere, pecunias colligere hoſtibus Bellum indicere poſſint, & pacem ſãciendi, ſummum ſupplicium, etiam de Senatoribus, ſumendi Ius habeant, & ſolitos fuiſſe priſcos Duces ſic appellari ex Tacito lib. 3. Hiſtor. Imperiumq; à Deo proceſſiſſe probat Carolus Pap. ſuper Rubr. de conſt. Princ. nu. 5 ex cap. 1. de pace tenenda, & ex § 1. in auth. de inſtr. Caut. etc. et ſic Signor. de homod. ſuper l. cunctos C. de ſumma Trinit. & fid. cath.*

*40) De qua Vlpian. in l. imp. de iur. om. I. neque de Imperio in genere hic loquimur, quod eſt actus rationis ordinantis cum quadam menſura ad aliquid agendum, ſecundum Diu. Thom. par. 2. quęſt. 17. art. 5.*

*50) Bulenger. poſt õnes de Imperatore Rom. lib. 1. cap. 1. & habes apud Dio. lib. 43. vbi qualiter primò à Senatu Imp. Tiberius fuerit factus, & qualiter apud Milites Imp. creandi facultas remãſerit, et alia, quæ cum. Io: Ign. poſt alios ſup. §. non alias ex l. neceſſar. D. ad S.C. Syll. n. 59.4. in part.*

A

& inſigni rerum geſtarum gloria, mille, & amplius annos perdurauerat, *Coſtantinopolis quarto Kalend. Iunii Anni* ∞ CCCLIII. capta fuit, cũ occiſo *Coſtantino* XV. *Palaeologo* Imperatore, *Mahometes* Turcarum Rex illud vi occupauerit; alterum verò, quod in Europa verſus Occidentem Solem erat, ad Germanos peruenit, idque primus *Carolus*, cognomento *Magnus*, obtinuit, vndè orientale illud, occidentale iſtud dici cæpit.

Romano Germanicũ Occidẽtale Imperium indè recognoſcimus, quod hodiè electiuũ Imperiũ dicitur; Vndè eſt, quod Imperatoris, vel Regis Romanorum dignitatem perſonalem dicimus, eamque ad hæredes haud tranſitoriam eſſe, ſed ex quacumq; Familia Germanica Illuſtri Rex, vel Imperator ab Electoribus liberè eligi poſſit, vt ex *Aurea Bulla* patet. 60. ità vt Imperator in Capitulatione ſua intèr alia, iure iurando confirmare, & promittere teneatur, ſe numquam tentaturum, vel facturum, quo iure hæreditario, vel Succeſſorio, vel ad ſe, vel ſucceſſores, & hæredes ſuos trãsferatur, ſed velle ſe id liberæ electioni Electorum relinquere, ſicuti expreſsè videre licet in *Ferdinãdi III. Imper. Capitulat*, vt ſcribit *Philipp. Knipſchilt*. 70.

B

C

Imperium autem Romano Germanicum penes quatuor fuiſſe gentes conſtat. *Francos* sc. *Saxones*, *Suauos*, *Auſtriacos*.

Poſt namque *Ludouicum* Imp. IV. *Arnolphi* filium *Caroli* trinepotem, Imperium, quod virtute ſua pepererat, & ſtabilierat, *Carolus* de illa Familia excidit, & ad *Saxones* tranſiit; *Saxonum* regimen rurſus cum *Henrico Claudio*, *Henrici Aucupis* primi, ex hac familia Imperatoris abnepote ex *Henrico* filio, quem *Othoni III.* eiuſdem *Aucupis* adnepoti ex *Othone Magno* conſentientibus ſuffragiis Electorũ, Imperii Principes ſubrogarũt, & cũ eo gubernatio finita eſſe, ad *Conradũ francũ* cogno-

D

60) *Aurea Bulla tit.* 1. & 2. & *per tot. Beſold. nomicopolit. lib.* 2. *diſſ.* 1. *num.* 3. *Carpzou. diſſert. de priuil. Elect. & Duc. Sax. de non appell. concluſ.* 2.

70) *Capit. Ferd.* 3. *Art.* 38. *Knip. de fideic. cap.* 1 *n.* 173. & *an hæc eligẽdi facultas imminuta ſit hodiè, quia Auguſtiſſima familia Auſtriaca ad ducentos ferè Annos Imperiũ tenuit atq; cõtinua ſerie numero decẽ Imper. Imp. Rom dederit ibid. nu.* 174. & *latè n. ſeq.* & *qualiter in Regnis electiuis nulla familia ſit idem ibid. poſt alios num.* 176. & *quod Imperia hæreditaria tantum regias familias conſtituant. ibid. n.* 178. *de qua materia latè habes apud Comm. Germ. ad A. B. Caroli IV. vt ſunt Arum. in diſcurſu ad A. B. Buxtorf. in concl. ad A. B. Sueuus in q. Iur. pub. ad A. B.* & *alios.*

cognomento *Saliquum*, *Hermanni* francorũ Ducis filiũ redijt. *Cõradi Saliqui* poſteri Imperij poſſeſſionem retinuerũt vſq; ad *Henricum V. Conradi* abnepotem, quo vita ſinè liberis functo, francica proſapia intercidit. Hac extincta ex Sueuica gente *Conradus III. Friderici Sueuiæ* Ducis primus ad Imperium euectus, idq; in fratris filium, & ex hoc natos vſq; ad *Carolum IV.* ab origine quintum propagauit, *Sueuis* de faſtigio deiectis, rerum potita fuit familia *Lucelburgenſis*, cuius à *Lothario Ludouici Pij* filio ſtirps deſcendit, & in *Imp. Sigiſmundo*, qui ab *Henrico* ſeptimus defecit. Poſt *Lucelburgenſes*, Imperij Romani dignitas ad *Sereniſsimam Auſtriæ* familiam deuoluta eſt, & in eadem adhùc reſidet, tamquam in manu Catholici Imperatoris, ac fideliſſimæ familiæ ab Auguſtis Ducibus, & Archiducibus Auſtriæ genitæ. (80.) Ducum autem Auſtriæ originem quidam ab *Arca Noè* nugantur (90.) Alij eam non à Romanis, ſed à francis repetũt 100. Archiducum verò Auſtriæ originẽ à *Rodulpho I. Habſpurgenſe* deducunt, qui cum *Auſtria* legitimo hærede deſtitueretur, & imperio operiretur, eam filio *Alberto* ſub titulo *Archiducatus* contulit, vndè ampliſſima rerum præcipuè geſtarum gloria propagata eſt. 10. Vndè Imperatores habiti sũt. Igitur tãta huius Auguſtiſſimæ familiæ fuit Maieſtas, vt nulla ſit, tàm glorioſior Genealogia intèr omnes Principes Chriſtianos, dùm in ea tot Imperia, & Regna, tot Diademata, & Sceptra continua obſecrandorum morum ſerie exculta admirantur, & inde optimè de ea modulatus *Guntherus Ligurinus* cecinit.

A B C D

*O verè famoſa Domus, cui totus ab ortu*
*Solis ad occiduas Mũdus ſubſternitur Auras,*
*Quã, qui nouit, amat, qui nõ nouere verentur;*
*Cuius in auditu confuſis mentibus hoſtes*
*Tabeſcunt, contraq; nihil ſe poſſe fatentur.*

De Imperij Electoribus hìc etiam poſt ea, quæ in A. B. & apud Comm. ad eam habemus ex *Nicol. Reuſn.*

(80.) *Bodin. de rep. lib. 2. cap. 1. 2. & 3.*
(90.) *Cuſpin in Auſtr. pag. 44.*
(100.) *Io. Liranæ de iur. publ. lib. 5. c. 2. n. 1.*
(10.) *Carol. Signor. de Regn. Italiæ lib. 12. Camill. Borell. de præſt. R. Cathol. c. 46. n. 239. & ſeq., et quæ fuerint huic Sereniſsimę familię cõceſſa inſignia, & dona ab Imp. vid. apud limn. d. c. 2. n. 3. Hoping. de iur. inſign. c. 18. n. 100. & n. 106. Cuius familiæ referente Herm. kirchner. in Moruillerio lib. 2. c. 5. n. 3. illud maximum eſt, vt in ea vnquam Tyranni extiterint, verùm ſemper Catholici, et fęlicitate animi, pietate, et miſericordia decorati ex ea familia deſcendentes fuerint, et quod infrà 15. annos omnibus in orbe Chriſtiano Regnis, vel Reges, vel Reginas dederit, excepta Scotia Caſp. Enſ. Theſaur. polit. lib. 1. apoteleſm. limnæ d. l. n. 4. et quod intrà ſpatium 300. ann. circitèr ex vna Auguſta ſtirpe decẽ Imperatores continua lege, vnico plaudẽte fato, in orbem Chriſtianum fluxiſſe, quod Lipſius in præf. ad magnitud. Rom. pag. 5. admirandum eſse ſcribit.*

A

*Reuſn.* reſcribendum eſt:(20)

*Septem Clara Viris fulget Germania magna*
*Quos penès arbitrium Cæſaris omne manet.*
*Poma Palatinus Dapifer gerit aurea Princeps*
*Dux Gladios Equitum Saxo Magiſter habet.*
*Marchio fert ſceptrum Camerarius, indè Bohemus*
*Rex Pincerna manu pocula digna tenet:*
*Præſul Agrippinus fert ſigna per Itala Regna*
*Teutona Mogiacus: Gallica Treuir amat.*

15 (Monarcha quis nam ſit ex pon.)

Monarcha (propriè quoque Princeps dicitur, à voce autem Monarchia, Monarcha dicitur, Monarchia autem ex Græca voce μοναρχία dicta eſt vnius Principatus, qui Monarchia dicitur, apud *DD.* verò frequenti vſus vocabuli ſignificatione Monarcham eum intelligunt, qui plurium Regnorum regimine decoratur, & vnicus eſt. (10) Nàm cùm primus in Orbe Terrarum poſt *Imp.* eſſe debet, ideò, vt vnus ſit, euenit (20) Monarchia namque cæteris Principatibus præſtat, & cęteris Principatuum formis præſtantior eſt. (30) Idque peritè confirmat *Dio.* (40) qui de *Rom. Repub.* inquit: *Enim verò quemadmodum Reſpublica in meliorem, ac ſalubriorem formam (neque enim fieri poterat, vt ſub Populi Imperio ea diutiùs eſſet incolumis) fuerit commutata, expoſitum eſt.*

B

C

Reſp. Romana cùm Reges primù elexerit, & poſteà in annales Conſules ſummam poteſtatem contulerit, tandèm Monarchiæ formam ſortita *Auguſto Cæſari* omne ſuum imperium, & poteſtatem contulit, lege Regia de eius Imperio lata. (50)

D

Monarchiæ rurſùs titulo Auſtriaca etiam familia decorari meruit, nempè Auguſtiſſimi Reges Hyſpaniarum, quorum tanta fuit, & adiuiuit gloria, vt nec multi præclaris ingenijs præditi viri eorum digna memoratu geſta monumentis litterarum dare, & ſi ſtuduerint, potuerint cū æternitati ſolum de tàm dignè geſtis ſcribere, facilè ſit; Ex Auſtriaca familia Reges iſti deſcēdūt. (60) Ex quo Auſtriæ Archiducum duæ ſunt factæ lineæ:

f Pri-

20. *Nicol. Reuſn. in deſcript. Vrb. Imp. pag.* 10.

10. *Iſern. in præl. feud.*

32. *Afflict. ſuper Regni Conſt. præl. qu.* 1. *nu.* 6.

20. *Iſern. d. l.*

30 *Petr. Greg. lib.* 5. *de Republ. c.* 1. *& ſeq. & lib.* 18. *ſyntagm. c.* 2. *Io: Cokier. Theſaur. polit. lib.* 1. *cap.* 3.

40. *Dio. lib.* 53.

50. *Amaya lib.* 65. *c.* 1. *nu.* 17. *&* 18. *& quę nàm fuerit hac lex Regia, latè apud eum eruditè quidem habes nu.* 19. *& ſeqq.*

60. *Frecc. de ſubf. lib.* 2. *tit. quis dic. Dux, & latè Mainold. de tit. Regn. Hyſp. fol.* 3.

Digitized by Google

Prima *Ferdinandi*, quæ propriè Auſtriaca, altera ab inuictiſſimo, & ſemper triumphatore *Carolo Quinto Imp.* Rom. Auguſto deducta *Burgundiaca* appellatur. (70) A

Monarcham præterea, cùm à Monarchiæ voce deſcendere diximus. Sciendum eſt Monarchiã, ſiuè Monarchicum regimen omnibus imperij generibus ſempèr aptius, meliuſque viſum, cognitumque fuiſſe. (80

Naturæ namque regulis Monarchia alijs omnibus conuenientior eſt, vt pluribus admirandis exemplis demonſtrat *Ariſtotiles*. (90) Monarchia namque itidèm diſcordias vitat, *quas materia Cõmunionis* (vt diſcretè ait *Papinianus* (100) *ſolet excitare*; vndè rectè *Cornel. Tacit.* (10) inquit (*Pacis intereſt omnem poteſtatem ad vnum conferri*, *& diſcordantis ſæpè Patriæ non aliud remedium fuit, quàm ſi vno regeretur*, & idem *Tacit.* ait (20) *Suſpectum Senatus, Populique Imperium ob Certamina potentium, & Auaritiam Magiſtratus* (quæ verba cùm peritus *Iuſtus Lipſius* interpetraretur in Monitis, & Exemplis ad *c.* 1. *lib.* 2. *ſua pol.* ità ſcripſit *Monito* 4. *in fine:* (*En duas aſſiduas ibi peſtes, & Certamina, & factiones, & exitum, ſiuè exitium, Ciuilia deindè Bella, Auaritiam, & ſunt nudationes, rapinæ, Corruptela in Magiſtratibus, in Prouincijs, in iudicijs*; Quæ omnia comprobat *D. Chryſoſtomus* (30) dicens) *quod eſt par honore ſolet pugnam inducere, vndè nec Deus ſinit populare eſſe imperium, ſed Regnum.* B C

Rex à regionis, ſiuè à Regni (40) voce dictus, ità non quidem importunè, nec incongruè definitur, eſt nempè *Vir bonus, cui per generis Dignitatem, vel per legitimam ſucceſſionem conceſſum eſt, vt Ciuitates, Populoſq; regat:* regere autem quidam, & opti- D

16 (Regis et y mol. & munus explic.)

70. *Paurmeiſter. de iuriſd. lib. 2. cap. 1. nu. 7. verſ. quarto Principes politici, fol. 417. Vvebner. pract. obſeruat. fol. 616.*

80. *Ariſt. lib. 8. Ethic. cap. 10. Plutarch. latè in libello de Monarchia, optimè Polybius lib. 6. in princ. Petr. Gregor. de Repub. lib. 5. cap. 3. per totum, Adam Contzen lib. 1. politic. cap. 15. & ſeq. vbi optimis rationibus & radicitus improbi, & damnatæ Memoriæ Macchiauelli ſententiã euertit, confutat.*

90. *Ariſtot. lib. 7. de Hiſtoria Animalium cap. 8. per totum, & conf. Cicero lib. 2. de Nat. Deor. in princip. Virgil. lib. 4. Georgic. Seneca lib. 1. de Clem. cap. 4. qui & in Epiſtolis ità appoſitè ait: Mutis Gregibus, aut maxima corpora præſunt, aùt vehementiſſima non præcedet Armenta decentèr Taurus. Elephãtorum Gregem excelſiſſimus ducit; quod & de Gruibus annotauit Cicer. ſupr laud.*

100. *Papin. in l. cùm pater 77. §. dulciſſimis D. de legat. 2.*

10. *Tacit. lib. 1. Hiſtor.*

20. *Tacit. lib. 1. ann.*

30 *D. Chryſoſtom. hom. 34. ad cap. 13. Epiſt. 1. ad Corinthios.*

40. *Regnum antiquitus illud dicebatur, in quo qui eminebat, vt in eo regnare ius dicere videbatur, vt notatur apud Cicer. in Orat. pro ſyll., cum inquit: Regnum credo Conſulatus mei Regnum autem illud intelligimus, cùm vir vnicus optimus in aliquo loco regit, nàm ſi plures regant, Ariſtocratia vocatur, quæ dicitur optimorum Dominatus; & Regnum in eo à Tyrannide differt, quod ſcilicet Tyrannis ſit, cum vi compulſi Ciues iugum ſeruitutis violenter ſubeunt; Regnum autem cum vltrò parent, paremque dimenſionem iuſtitiæ, & officiorum expectant.*

Digitized by Google

A optimè interpetrantur rectè agere, à regendo etiam indè Reges dici conſtat (50) quaſi à regendo ſe, & alios (60) ſiuè à rectè agendo, tàm quod ſuam perſonam, & propria facta ſpectat, quàm ad ſubditorum vtilitatem, ac regimen attinet, vt ità Rex dici queat, communis quidē lex ſit omnibus ſcilicet, etiam ſibi, & ſingulos Ciues, non ſolùm beneuolentia, verùm ſumma pietate complectatur, oportet, & humanum ſe cunctis, facilemque præſtet, & illorum Congreſſu, atque conſuetudine delectetur; Eos autem *Iouis* Diſcipulos ex *Homero* dici notatur, vt ab eo iuſtitiam B diſcant. (70) Vndè iudicandum eſt, quoniàm Regibus iuſtitiam à Deo datam legimus, proprium Regis munus iuſtitiam eſſe, atque eum Magiſtratus omnes in ſe vno continere, cum omnium lex ille ſit, hinc primitùs Sacerdotes non ab re dicebantur (80) quaſi iuſtitiæ cultores, quemadmodum de *Iur. Conſultis* ſcriptum legimus (*meritò quis nos Sacerdotes appellet: Iuſtitiam namque colimus, & boni, & æqui notitiam profitemur, Æquum ab iniuſto ſeparantes, licitum ab illicito diC ſcernentes: Bonos non ſolùm metu pænarum, verùm etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram (niſi fallor) Philoſophiam, non ſimulatam adſectantes*. (90) Iuſtitiam à Regibus obſecrandam inde, non ab re monetur, id attamen, ea oratione, quæ nimirum Regem ferocem, audacem, aut immanem non inducit, ſed ità iuſtiſſimum, quo, & obtemperatiſſimum, nempè quod Rex iuſtitiam tueatur, cum aliquo moderamine æquitatis; Sit igitur Rex iuſtus, atque bonis moribus ditatus, vt ità, quod ſuum eſt D exerceat, nempè pro dignitatis, meriti, virtutiſq; ratione omnibus proſit; Etenim cùm Reipublicæ vnica ſalus haud ſit, vt iuſtitia dumtaxat ea fœlix exiſtat, verùm, vt ex iuſtitia pro Rep. beatitudinē conſequatur aliquam, idque præditos viros prò Magiſtratibus eligendo, & æquitatis commercio ipſam iuſtitiam, ſiuè, quod iuris eſt, cuiq;

50. *Cap. Clerus, & ſeq. 2. diſt. Matth. de Aſſl. ſuper Conſt. Neap. præl. q. 1. circà fin.*

60. *Paris de Put. de reintegr. verb. feud. regale num. 6.*

70. *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. fol. mihi 31. n. 5.*

80. *Frecc. d. l. fol. mihi 53. n. 10. perit Annæus Robert. cuius cognomē Roberti fuit. Animaverò Senecæ in rer. iudic. lib. 3. C. 1. eoſq; iure Gentium cepiſſe, Bald. in pract. de ſchiſm. 10. col. verſ. eſt notandum, et in repet. l. 1. in 5. col. C. de emend. liber. Par. de Put. de ſyndic. in C. de Regibus, & Regium iſtud nomen, quando primam originem ſumpſerit, vid. Frecc. 1. ſubfeud. fol. mihi 56. n. 1.*

90. *Vlp. in l. 1. D. de iuſtit. & iur.*

[illegible]

tribuere per regulam: plùs merenti, plùs tribuatur, atque etiam, vt Ciuitatem virtute honeſtam, gloria amplam, mirificè copijs locupletem, opibus firmam, diuitis, & ità animi, & temporis ditatam eſſe gaudeat, Rex maximùm etiam intueri debet; Neque enim nimiam ſeueritatem Rex affectare debet, vt ità hebetiores, tardioreſque in Ciues, ſubditoſque ſæuiendo eius populi reddantur, vndè ius dicat, æquitatem largiatur, in ipſo iuris rigore opus eſt, & inſtar docentis lenis dumtaxàt caſtigatio conceſſa erit (100.) Eam igitur curam ergà ſuos ſubditos Regis præcipuam eſſe animaduertendum eſt, vt ſcilicet qui ab eo reguntur, optima quæq; conſequantur, & licet in diſtribuendo omnibus vnum Regem eſſe oporteat, attamen prò meritorum ratione diſcrimina ſeruare conetur, cùm ipſa diſcrimina minimè dicenda eo caſu ſint, verùm potiùs æquum, iuſtum ſeruare, ideſt prò penſitatis meritis, gratias, & beneficia diſtribuere, itaque enim excellentioribus plùs tribuat honoris, tenuioribus autem plùs vtilitatis, virtutis enim præcipuum præmium honor eſt, indigentiæ verò lucrum; A' lucro igitur præditos viros abſtinere, Reges, quò magis conuenit, procurent, & illos honoribus ſolùm decorari gaudeat, non verò eximijs lucris, quæ potiùs animum præcipuè peritum faſtidiunt, quã exornant. Etenim, ſi animi virtus eſt, honoribus periti animi præmijs decoranda virtus eſt, nõ lucris, quæ corporis culturæ ſeruiunt, idque niſi quantùm ſe, familiamque ſuam alere poſſint, nihil namque Diuitiæ virtuti conferunt, immò iuris peritis viris Diuitiæ contrariæ ſunt, cùm nõ benè conueniant, publica cura, conſulti munus cum rei familiaris lucrorum augmento; Imperitis potiùs viris præmium maximum datur lucri, Nã, vt diximus, ideò tenuiores laboribus incumbunt, vt victum ſibi, cæteriſque ſuis neceſſarijs abundè ſuppetere poſſint; Itaquè Rex ſubditis, plùs merentibus, plùs tribuat, & æqualia meritis præmia conſtituat.

Prò

100. *Lenis dumtaxàt caſtigatio conceſſa eſt docenti, l. ſed, & ſi in fin. D. ad l. Aquil. Præceptoris namque nimia ſæuitia culpæ aſsignatur, l. Præceptoris D. ad l. Aquil.*

A B C D

Digitized by Google

A Prò nullis priuatis negocijs, verùm ſolùm publicis rebus diligens Rex curator ſit, vndè etiam dicimus Reges nulla inuidia à ſubditis æmulari, idque ſuadetur, quia nullos pares in eorum Regnis Reges habent, neque etiam Reges inuidendos à nemine eſſe, ex *Seneca* carminibus hìc notandum eſt, cùm ſcilicèt ipſe cecinit (10.) 10) *Seneca ex Thieſti*

*Quis vos exagitat furor*
*Alternis dare ſanguinem*
*Et ſceptrum ſcelere aggredi?*
*Neſcitis cupidi arcium*
B *Regnum quo iaceat loco;*
*Regem non faciunt opes,*
*Non veſtis Tyriæ color,*
*Non frontis nota Regia,*
*Non auro nitidæ trabes:*
*Rex eſt, qui poſuit metus*
*Et diri mala pectoris*
*Quem non ambitio impotens,*
*Et nunquam ſtabilis fauor,*
*Vulgi præcipitis mouet;*
*Qui tuto poſitus loco*
C *Infrà ſe videt omnia*
*Occurritque ſuo libens*
*Fato, nec quæritur mori*
*Mens Regnum bona poſſidet;*
*Rex eſt, qui metuit nihil*
*Rex eſt quique cupit nihil,*
*Hoc Regnum ſibi quiſque dat,*
*Stet quicumque volet potens*
*Aulæ culmine lubrico,*
*Me dulcis ſaturet quies*
*Obſcuro poſitus loco*
D *Leni perfruar ocio*
*Nullis nota Quiritibus*
*Aetas per tacitum fluat,*
*Si cùm tranſierint mei*
*Nullo cum ſtrepitu dies*
*Plebeius moriar ſenex,*

Et ex his quiſq; diſcat ſui ipſius Regem eſſe!

Bonis etiam legibus Rex ipſe pareat; atque ità illius exemplo ſubditi omnes libentiùs, alacriuſque obſequantur, idq; ex *Claudiano Theod.* alloquente cōprobatur; Nempè:

g *Tu*

*Tu licet extremos latè dominãre per annos* A
*Te medus, te mollis Arabs, te Cedus odorent,*
*Si metuis, ſi parua cupis, ſi duceris ira*
*Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas*
*Interius leges, tùnc omnia iura tenebis,*
*Cùm poteris Rex eſſe tui prodinior vſus*
*In peiora datur, ſuadetque licentia luxus,*
*Ille celebriſque effrena fauet, tùnc viuere caſtè*
*Aſperius, cùm pronta venus, tunc duriùs iræ*
*Contulimus, cùm pæna patet, ſed cõprime motus*
*Nèc tibi, quod liceat, ſed quod feciſſe decebit*
*Occurrat, mentemque domet reſpectus honeſti.*

Planè etiam cognoſcat oportet Rex, non ſe dominari, vt hominem, ſed ex ratione regere, eſt enim cuſtos boni, & æqui, & quaſi animatum ius, proindè, qui ad eum accedunt, non tamquam ad hominem aliquem, verùm ad ipſam iuſtitiam, atque æquitatem accedere videntur, Regem in iure dicendo, non gratia, non amor, non odium, non timor, aùt alia quæuis animi perturbatio à recto ſeiungit, ſed ſempèr in eodem iudicio firmè perſeuerat, quippè qui leges ipſas imitatur, quæ ſemper, & firmæ ſunt, & nullo reſpectu mouentur. B

Et ità meritò Reges Sacroſancti dicendi erunt, ſanctitatemque Regibus commendandam eſſe dicatur, veteribus namque legibus à Sacerdotibus ſanctitas Regibus habenda commendabatur, & ſacris quoq; cærimonijs initiati erant; Eorumque auſpicio ſacrificia, ſacræq; operationes fiebant; Hinc Romani, cùm Regibus carebant, Præfectum Sacrorum, Regem vocabant, nè Regium auſpicium in eorum ſacris deeſſet, vndè venerandi Reges, vt à Deo electi, & ſanctitate morum ditati, ſacriſque cærimonijs, myſterijſq, initiatos ſacros, Sanctoſq; eſſe putandum ſemper euenit, & Regum iudicium, vt Sanctum, ità immutabile, ideſt integrum ſemper eſt, non auro, argentouè corrumpatur, eo namq; neutique eget: Veteres etiam Sapientes, Reges ſimiles Deo dixiſſe conſtat, & *Perſas* ſuos Reges intèr Deos coluiſſe legitur; Maieſtatem namq; Imperij ſalutis tutelam eſſe opinabantur, Nemo enim inficia- C D

A ſi poteſt, nullam ex omnibus fortunis intèr mortales Regia præſtantiorem inueniri poſſe, nullamque *Deo Opt. Max.* in terris ſimiliorèm, quis negabit (20.)

17 (De Regno an diſponere poſſit Rex)

Rex (rursùs ſuo Regno diſponere poſſe etiam conſtat, cùm ſcilicèt Regnum hæreditariū eſſet, queadmodum de cæteris bonis hæreditarijs dicendū eſt, quod nulla certa lege obtinet. nàm ſuo ex genere regnat, Regno, belli, aùt alioquin liberæ, & plenæ, nulliſq; legibus adſtrictæ poteſtatis iure acquiſito, legem ità teſtamento dare poſſe, vt in reliqua priuata hęreditate ſcribit *Nicolaus Betſius* (30.)
B Et indè etiam, quem velit ex liberis ad Regni ſucceſſionem eligere poſſe, dubitatione vacare, & in hiſtorijs exempla vndique obuia eſſe aſſerit *Beſold.* (40.) Ac in hæreditario Regno teſtamento, vel ſimili vltimi elogij genere, arrogatione, vel adoptione ſibi filium facere poſſe ſcribit *Gloſ. Pariſ.* (50.) Et Regem de ſuo Regno prò arbitrio poſſe diſponere confirmat *Pyrrhus*, cùm ei, qui ex filijs ſuis gladium habuerit magis acutū, Regnum ſe relicturum ſpopondit (60.) Ità quoq;
C *Ptolemaeum* primum *Aegypti* Regem, *Lagi* filiū, contrà ius gentium, minimo natū ex filijs antè infirmitatem, ex qua vita functus eſt, Regnum tradidiſſe refert *Beſold.* (70) idem recenſens de *Rodulpho* vltimo *Burgundiæ* Rege (80.) Idq; de Regnis Hiſpaniæ, pleraq; paternis olim teſtamentis iure hæreditario delata fuiſſe idem *Beſold.* ſcribit (90.) Idéq; de *Regn. Caſtiliæ, Aragoniæ, Nauarræ, & Maioric.* probat *Oltrad.* (100.)

Id attamen, quod huc adeò diximus, intelligendum eſſe ſignificamus, quotiès Regnum nulla certa
D lege, prætèr hæreditarium ius ei delatum eſt; Etenim cùm certa lege Regni, Regnum defertur non poterit Rex ſua familia præterita alium hæredem validè ſcribere, cùm ſi id faciat, irritum teſtamentum reputandum ſit, quatenùs in Regno legitimè de eius adminiſtratione diſpoſuerit, ità quod ipsè iure rupta ſit adoptio, legatum, fideicommiſſum, omniſq; protinùs teſtantis ordinatio nulla erit, tamquam in fraudem legitimi, atq;

voca-

20) *Et vt populum potiùs regant, Deus duos Angelos prò Conſilio, atque cuſtodia eis dare conſtat ex Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Rayn. in verbo adiectæ impub. nu. 45. fol. mihi 219. p. 1. Et quoniam à Deo in terris Rex haberi dicitur, idcircò ei magis ſcilicet fidei tuitio conuenit de Bened. d. l. ſuper verb. duas habens filias num. 112. fol. 21. p. 1.*

30) *Nicol. Betſius de pact. famil. illuſtr. cap. 10. fol. 658. Beſold. diſſert. nemicopolit. lib. 1. diſſ. 2. num. 3.*

40) *Beſold. diß. num. 5. ad conſ.*

50) *Gloſ. Pariſ. §. 13. gloſſ. 3. nu. 9. iunct. Tiraquell. de primog. qu. 21. nu. 1. & ſeq.*

60) *Plutarch. in vita Pyrrhi.*

70) *Beſold. d. diſſ. nu. 3.*

80) *Cit. Beſold. d. l. nu. 15.*

90) *Laudatus Beſold. d. l. diſſ. 1. nu. 2.*

100) *Oltrad. conſ. 64. 65. & 230.*

Digitized by Google

vocati ſucceſſoris facta ( 10 . ) Commodum namq; illud ſucceſſionis, vocatus, minimè à defuncto, cùm habeat, ideò, nec à defuncto ei tolli poterit; Beneficio enim ſanguinis, ſiuè generis vocatur ſuccedere, fruitur, non defuncti voluntate, Regnumq; familiæ, ſiuè generis intuitu obtinet non teſtantis ( 20. ) Et ius illud ſuccedendi non iure hæreditario, ſiuè diſpoſitionis, ſed benè verùm iure proprio, non lege communi, ſed ſingulari quodam iure, non à defuncto, ſed à lege, ſtatuto, conſuetudine, vel inueſtitura Regni, Ducatus, vel Comitatus, non vniuerſali cauſa, ſiuè titulo, ſed particulari, ſeù proprio, ad eūdē deuoluatur( 30.) Dummodò tamen primogenitus, vel qui ad Regnum ſuccedere vocatur, ob morbum aliquem perpetuò inhabilis ad gubernandum eſſet, nàm tunc poterit pater alium ad Regni ſucceſſionem vocare, & filium nō idoneū ad regēdū excludere (40.) Lex namq. vel conſuetudo, quæ ad ſucceſſionem Regum filios vocat, non debet contrà ipſum Regni commodum militare, cùm prò Regni ſalute introducta ipſa ſit (50.) A

B

Alij(tandèm etiā Principes ſupremi ſunt magni Duces, qualem dignitatem in Italia *Coſmus Medices Etruriæ Dux* à Summo Pontifice felic. recordat. *Pij V.* cum habitu, inſignibus, corona Regis, & titulo *Sereniſſimi* obtinuit (60) Tales etiam ſunt *Magni Duces Moſcouiæ, Lithuaniæ, Magnus Cham. & alij*, qui ob virtutem, & ditionum amplitudinem *Magni* titulum ſunt conſequuti (70.) Quibus omnibus *Sabaudiæ* Ducem, ſiuè *Pedemōt.* regionis *Principem* ( 80) addas, qui ob ditionis amplitudinem meritò Princeps dici conuenit, licet *Duces Sabaudiæ* ſint Principes, & Imperij Romani vaſalli (90) *Duces Burgundiæ*, qualem Ducatū olim Regnū fuiſſe tradit *Robert. Guang.* (100) *Duces Lotharingiæ, & Brabantiæ*, qui *Duc.* olim *Auſtraſiæ Ducibus* coniūcti fuerunt (10.) C D

18 (Principis ſupremi tit. qui nō præter Imp. Monarcham, & Regem decorentur.)

*PROOEMII FINIS.*

IN

10) *Gloſ. ad Conſuet. Pariſ. §. 13. Gloſ. 3 nu. 8. Auth. in l. fin. n. 16. C. de pact. Betſius d. c. 8 f. 4. et 5. Beſold. d. diſ. 2. nu. 12. Tiraquell. de primog. q. 21 nu. 7.*

20) *Tiraquell. d. l. qu. 31. nu. 9. & ſeq.*

30) *De Benedict. in d. repet. C. Rayn. verb. in eod. teſtam. par. 1. num. 148. et ſeq. Gloſ. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. nu. 8. & ſeq. Gothman. vol. 1. reſp. 41. nu. 8. atque ideò ipſi auferri nō poterit l. eum qui 3. D. de interdict. & releg. nec quidem Regni proceribus conſentiētib. Maul. de vlt. vol. lib. 1. tit. 3. nu. 42. non ſecùs, ac in feudis, in quibus nec Domino conſentiēte in præiudicium filiorum, vel agnatorum alienari, ſed alienatum ab his reuocari, & vindicari poſſe, latè probat Roſenth. de feud. cap. 9. concl. 67. n. 1. & ſeq. et in not. lit. A. B. & per tot. Herm. Vvlt. de feu. 1. cap. 11. n. 79. & ſeq. Beſold. d. diſſ. 2 nu. 21.*

40) *Zaſ. de feud. p. 8. n. 10. Tiraquell. de iur. primog. q. 21. num. 11. Laudenſ. in tract. de Principib. n. 22. Arat. in l. ex duob. col. 2. D. de Vvlg. & pupill. Felin. in c. prudētiam col. 2. de offic. deleg. Valaſc. in l. imperium n. 4. ver. & Reges dicuntur D. de iuriſd.*

50) *Arg. l. 25. D. de leg. & cap. quod furore de reg. iur. in 6.*

60) *Dom. Garc. Maſtrill. de Magiſtr. cap. 4. num. 19.*

70) *Matth. Steph. de iuriſd. lib. 2. p. 1. c. 6. n. 82. Rulant. in tract. de Commiſſar. p. 2. lib. 1. c. 2. n. 22. Daniel. Otho de iur. publ. cap. 18. fol. 625.*

80) *Iacob. de S. Georg. de feud. verb. Princeps Pedemontii, Caſſ. in Catalog. gloriæ Mundi conſid. 54. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 4. nu. 26.*

90) *Cacher. conſ. 9. nu. 39. Matth. de iuriſd. p. 1. cap. 39. num. 61.*

100) *Robert. Guang. in Chron. Franc. in hiſt. Clodouei Regis, & qualitèr in Duc. tranſierit vide Caſſ. in Conſ. Burg. in proœm in Tex. Duc. n. 5. et 6*

10) *De qua re latè habes apud Sebaſtian. Munſter. Coſmograph. lib. 2. cap. 64.*

Digitized by Google

# VISIONVM IVRIVM FEVDALIVM

## Cum ſuis Elucidationibus,

*Eiuſdem Auctoris, Ecloga, ſiuè Prælectio*

VAcemus Primò totius noſtri Operis Epitomæ faciendæ, tũ ſcilic. duarum viſionum cum ſuis elucidationibus partium, iſto in volumine impreſſarũ, tùm etiam aliarum, infrà quatuor in partibus, quas DEI Optimi Maximi, ac eiuſdem Sanctiſſimæ Matris MARIAE ſemper Virginis præſidio adiuuante, ad lucem dare ſpero; Atque in ea facili, breuiq; verborum numero, Feudorum cuncta quaſi Iura complecti explicata, aſſumendum opus eſſe viſum fuit; vt lecturam noſtrarum Viſionum cum ſuis elucidationibus ſumere cupientibus iſto Concluſionum omnium Elenco, *Ecloga*, ideſt expoſitione, ſiuè *Prælectione* omne Feudorum Ius pateat: Peritis igitur Lectoribus libellus iſte proponitur, dicatur, qui nihil potiùs, quàm *Adoleſcentis* breuem notitiam accomodate feſtinat.

2 (De Feudorũ origine, & cui ea adiudicãda ſit.

Iuribus à Gentibus introductis, & ad Ciuile Cõmercium editis, Feudales gentium moribus comprobatæ Conſuetudines cõueniunt; Feudorum tamen in ſpecie originem.

Primò, quidam ipſocum humano genere ortam fuiſſe adſectantur 10.

Secundò, Alij à Romanorum Militijs, Fundis, ſiuè Agris Limitrophis, Libertis, Emphyteuticarijs, Clientelis, Actoribus, Procuratoribus, Feuda exoriri repetunt. 20.

10 *Cuius ſentẽtiæ Argumentũ probat Niellius cũ credat Feuda introducta eſſe exemplo quinq; Regum, qui Geneſi 14. ſeruiſſe dicuntur 12. annos, & Nebucadnezaris Sedekiæ Palæſtinam fidelitatis ſub concedentis iuramento, à quo poſtea legitur defeciſſe: Satrapas quoq; apud Perſas Vaſallos Regis appellat.*

20 *Vt ſũt Bud. & Zaſ. in l.2. de orig. Iur. ſimiliter ad eas quidam relata volunt, quæ intèr Populos Bello ſubactos, & Romanæ Reip. Duces contrahebantur, vt ſunt Lælius Taurellus, & Lazius ab Alexãdro Seuero, & Conſtantino Magno initium ſumunt, qui à Lãpridio, & Põponio Læto ꝑdicãtur Militibus limitaneos agros ab Hoſtibus captos diuiſiſſe, ità, vt in ijs ẽt ſuccederetur; Quibus videntur facere Luc. de Pẽn. & Zuickem. qui ex l.15.§.2.D. de R.V. & l.ij, D.euict.in prædijs ſtipẽdiarijs, & tributarijs agris, Cuiac. & Borcholt. alijq; ad Procuratores, Actores, Cõductores, Emphyteuticarios, ea referũt, ob l.2. C.de Epiſcop. & Cler. l.vnic.C. de Con. & Procur. l.4. C.de Dignit. Holoander à Militijs, quarum in Iure paſſim fit mentio, feuda profluxiſſe autumat.*



Digitized by Google

Alij tertiò à Gallis 30. ſimiliter, ex ijs alij Gentibus, Germanicis, & Longobardis adſcribũt: Nonnulli, quartò, neq; à Romanis, neq; ab origine Mũdi, neq; à Germanicis Gentibus, & neq; tandem à Longabardis repetere conantur. Similitudinariè Feuda, poſtremò rursùs, & à Romanis per Agros Limitrophos, Actores, Procuratores, &c. cognita dicimus, & eorũ Iura à Mũdi primordio, & principio, ſiuè à diſcretis Gentibus, & rebus repeti ſimilitudinariè etiã poſſe, quoniam, vt ſcripſi, Feudales Conſuetudines, tanquam à Gentibus editæ iuribus à diſcretis inſtitutis conueniunt.

Primariam, ſiuè remotam originem Feuda introducentem Germanicis gentibus adiudicamus.

Secundariam, ſiuè proximam in Italiam ſcilicet Feuda ducentem originem à Longobardis, cũ primum Italiam inuaſerint, repetimus.

Et cum igitur primũ, à Gentibus Germanicis Feuda introducta eſſent, paulatim, vt variorum temporum expetebant exceſſus, ad ius cuiq; in Feudis dicendum, moribus non ſcripta quædã iura de Feudis inſtituere opus fuit; Vndè antiquis Germaniæ ex vſibus Feudales primùm Conſuetudines iniuere, eaſq; poſtmodùm Lõgobardorum morum auctas fuiſſe monemus. 40. Earumq; autem in genere compilatio ſpectata, duobus, ſecundum nimirùm vulgarem lecturam, vel quatuor iuxtà peritiſſimi *Iacobi Cuiacij*, & aliorum eruditorum partitionem, libris coſtans, nulli tamen certo Authori adſcribi poſſe, niſi quod à priuato quodam tempore *Friderici Primi*, Periti compilata fuerint, teſtantur, illaſq; ex variorum prudentum, & proprijs quoq; obſeruationibus, ac annotationibus collectas, reproductaſq; in lucem fuiſſe, ſecundum eruditiſſimi *Duareni*, aliorumque ſententiam.

*30. Ann. Robert. rer. iudic. l. 1. C. 15. fol. mihi 266. verſ. quin ex Iure, eiuſdemq; sẽtentiæ Patriæ amore ductus, fuit Conanus, cum ad Gallorum deuotos, quos Soldurios appellant, referri voluerit, quorum fuit cõditio omnibus in vita cõmodis cum ijs frui, quorũ ſe amicitiæ dediderint, teſte Cæſare de Bello Gall. lib. 3. & eod' Arg. Hiſpani, & Celtiberi vtuntur; quę n. Cæſar hic Gallis, eadem Plutarchus in Sertorio, & Valer. Maxim. Celtiberis adſcribunt.*

*40. Et hinc dicimus leges Feudorũ 2. vulgarem lecturam duobus libris contentas, partìm ex conſtitut. Conradi primi, Henrici Primi, & tertij, Lotharij tertij, Friderici primi, & ſecundi Imperatorum recollectas eſſe, partim verò ex dictis Germ. Longobardicorum, Mediolanenſium, Cremonenſium, Placentinorum, aliorumq; Populorũ moribus, quemadmodum ex varijs prudentum reſpõſis illuſtratas, atque Oberti de Orto, Gerhardi Capagiſti, Philiberti EpiſcopiCõmẽtarijs locupletatas fuiſſe; à publico autẽ feuda introducta pro ſeruitio publico, & Regis fuiſſe, & à Principis patrimonio exijſſe demonſtrat D. Præſ. Camill. de Curt. res: feud. c. 1. n. 4.*

Con-

(De iuris Feudorũ compilatione.

Conſcriptas tamen eas à *Gerhardo Nigro*, ſeù *Capagiſto*, & *Oberto de Orto* fuiſſe dicimus, quorum vterq; quidem ſapiens appellatur, ſimiliter vterq; Mediolanenſis Cõſul fuit, tẽpore, quo Fridericus *I.* imperãdo dominabatur, per ea ſc. quæ Mediolanenſi in Metropoli vsũ, atq; alijs Lõgobardię in locis obtinuere; & quidem *lib.* 2. à *tit.* 1. vſq; ad *tit.* 25. vel vt peritus *Cuiac.* animaduertit, totum *librum* 2. & 3. ex *Oberti* libellis ad filium *Anſelmum* deſumptũ eſſe, patet, cum in *tit.* 25. legamus *Obertus de Orto Anſelmo filio ſalutem*, &c. *Librum* autẽ *primum*, vt idẽm *Cuiacius* docet, à *Gerhardo Nigro* conſcriptum, vel ex eiuſdem ſcriptis à Compilatore traditum, nullo argumento, nec coniectura dilucidari poteſt; cum & ipſe *Cuiacius*, vel eius iuxtà partitionem totum *librum quartum* de certo auctore non conſtare, imò ex ignotis, & incertis auctoribus collectũ eſſe, dicat; attamen totum *librum primum*, ex *Gerhardi*, & aliorum ſcriptis compilatum fuiſſe exinde ſtatuendum erit, & progreſſu fortaſſe temporis, alia quoq; ab alijs huic libro adiecta fuiſſe, nam quod & ipſius *Oberti* ſententia ibidem reijciatur, non vt auctoris, ſed vt tertij cuiuſdam, id manifeſtum probat; Illud autem circa hoc conſtat *Gerhardum Nigrum*, ſeù *Capapiſtum* (cuius domum à Mediolanenſibus dirutam fuiſſe fertur, quod rebellionem aduerſùs Imperatorem, quæ malè ceſſerat, ſuaſiſſet) & *Obertum de Orto* accuratiùs compilatores indagare voluiſſe *Illuſtr. Iacob. Cuiac.* ità, quod primi *Feud. iur. libri*, *Gerhardum*, ſecundi verò, & tertij *Obertum de Orto* auctores fuiſſe ſcribat, dicẽs eiuſdem etiam Ciuitatis *Gerhardum Nigrum*, ac *Obertum de Orto* fuiſſe, vndè cum de illis loquitur, addit quidem *iur. feud.* elogiũ (*Sapientum noſtræ Ciuitatis.*)

Ipſas quoq; Feudorum conſuetudines, ex varijs

alijs

alijs Italiæ Conſuetudinibus redactas fuiſſe, & ex nonnullis Imperatorum Conſtitutionibus auctas conſtare *Duarenus* ſcribit. & vt memoria earum expeditior eſſet, præſertim quod eſſent variæ, & ſepè numero inter ſe contrariæ, rectè ab *Vgolino* compilatas fuiſſe, & in poſteriore iuris ciuilis parte collocatas *Io: Andreas de Georg.* ſcribit.

Eaſq; autem legis vim obtinere conſtat, & pro iure, & lege in ijs, quæ ad Feuda ſpectant ſeruari certum eſt, ſi longo, atque diuturno gentiũ vſu comprobatas legimus? Quis enim, quod moribus, & conſuetudine inductum eſt, vim legis obtinere indubitati iuris eſſe ambigat, ſi ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos tenent, quã quod iudicio populi receptæ ſunt; vndè meritò, quæ populus probauit, tenebunt omnes: indè, & ipſam Conſuetudinem optimam legum interpretem legimus 50. Et hinc rectè dictæ Feud. Conſuetud. vim legis obtineant, quoniã inualuerunt. *Conſuetudo, quæ inualuit, quæ iudicio populi recepta.* 60. *Quæ frequenter in eodẽ controuerſiarum genere ſeruata* 70. *quæ antiquitus probata* 80. *ideſt per multos annos, ſeu vſu lõgæuo* 90. *& diuturno* 100. *obſeruata pro lege nõ immeritò cuſtoditur* 10. *pro iure, & lege ſeruatur* 20. *legis vim obtinet* 30. *atq; adeo legem quoq; vincit* 40. *Conſuetudines appellantur* 50. alibi verò, *vſus Feudi* 60. *vſus Regni* 70. *vſus Curiarum comprobatus iuſtus, & verus* 80. *rationabilis* 90. *ab antiquis Sapientibus conſtitutus,* 100. & poſtremò, *Mos rectus* 10. atq; *mores Curiarum*, & *legibus noſtris* 20.

Pro lege eas ex his omnibus ſeruandas eſſe conſtat, nec quoniam in ſcriptis redactæ ſunt, Conſuetudines dici nequeant, quoniam ius ſcriptum, non ex ſcriptura, ſed ex ſcripto exiſtimamus, pro ut etiam teſtamentum nuncupatiuum, haud quidem, ex quo ſcribitur, ſcri-

ptum

50. *l. ſi de interp. 36. D. de leg.*
60. *l. 32. D. de leg.*
70. *l. 1. C. eod.*
80. *l. f.* C. *eod.*
90. *l. 35. D. de leg.*
100. *l. 2.* C. *eod.*
10. *l. 34. D. de ll.*
20. *d. l. 32. §. 1.*
30. *l. 33. D. eod.*
40. *l. 30. eod.*
50. *c. 1. de f. cogn.*
60. *cap. vn. §. ſi, quid ſit inueſt.*
70. *cap. vn. §. 1. per quos fiat inueſt.*
80. *c. 1. de noua forma fidel. c. 1. ſi de feudo vaſall. &c.*
90. *c. 1. quis dicatur Dux: lib. 2.*
100. *c. 1. an maritus ſuccedat vxori.*
10. *cap. 1. de feud. alien.*
20. *c. p. de natura feudi.*

Digitized by Google

ptum dicendum eſſe ſectamur, cum nō ex ſcriptura; ſed ex nuncupatiua diſpoſitione illud existimetur, prout etiam cæteri contractus ſunt, qui nudo conſenſu factos fuiſſe dici poſſe conſtat, etiam ſi ſcribantur, cum eorū natura ex ſcriptura vires non recipiat, ſed vel ex conſenſu, vel verbis.

Feudorum rursùs iſtos vſus, facilioribus vocabulis priſcos *Doct. Bulgarum*, & *Pyleū*, & gloſſemmate *Ardizzonem*, *Goffredum*, cæteroſq; *Summiſtas* ditaſſe conſtat, eoſq; etiam longo tempore, atq; iterato vnanimi omnium conſenſu, nec non rerum iudicatarum auctoritate confirmatos recenſemus varijs ſatis optimis Cōmentarijs extructos, atq; expoſitos agnoſcimus, quibus omnibus communis noſtri Magiſtri *Andreæ de Iſernia* commentarius, tū diuturnitatis auctoritate, tum etiam optimi iuris diuitijs excellet.

3 (De iuris feud. auctoritate.

Eorumq; autem vſuum, ius, ità viget, vt omnes, qui Romano Imperio ſubduntur illis teneantur, ità quod præter Imperatorias Conſtitutiones, & Pontificum decreta eos confirmantia, vel etiam prorogantia, ſolius Conſuetudinis nomen, vt omnes eis ſubeant operatur auctoritas, & Priuilegij, exindè etiam eos vim habere non ambigimus, in Ciuili Feudorum ſocietate obſeruandi; prout in ipſa Domini Curia in ferendis ſententijs cuſtodiendi ſunt ita vt nulla ſententia ea ſit, quæ contra feudorum vſus, ius, minùs quidem iuſtè dixit, dummodo ſpeciali loci legis, vel Conſuetudinis auctoritate illa dicta, non fuerit.

Omnes inquā, ſiuè Laici, ſiuè Eccleſiaſtici ſint, his vſibus tenentur, vndè rectè dicitur feudale ius iſtud, et Eccleſiaſtico in foro ſeruandū eſſe, dūmodo Sacr. Can. ei nō cōtradicant, & Iuribus iſtis Feudorū Clericos, cæteroſq; Eccleſiaſticos, etiā in foro Laicali conueniri poſſe, *Iure Can.*

 con-

conſtat, habito reſpectu ad feuda, quæ à laicis tenent, vel poſſident.

Ipſumq; feud. ius præter cauſas feudales allegari poſſe conſtat, tum in foro ciuili, cum Ciuilia iura abeſſent, nec obſtarent, tum etiam in foro Can. cũ S. Can. non oppugnarentur; Vndè validum argumentum de feudo ad emphiteuſim comprobant *Interpret.*

Vſibus Feudorum in feud. Curia deficientibus *Iuris Ciuili Romanorum non eſt vilis auctoritas,* prout etiam, & *Iuris Canonici,* ſummi quidem iuris auctoritatem eſſe, etiam in ſententijs ferendis, non dubitamus.

Cum verò in contentione feudi definienda ius feudale abeſſet, & ius Ciuile, & Canonicum adeſſent, inter ſe tamẽ hęc iura cõtraria eſſent, quodlibet in ſuo foro ſeruãdum eſſe exiſtimo, nam nec laicus Clericorum iuribus nempè cũ conuenitur in proprio foro vti debet, ne verſa vice Clericus ſecularium iuribus in ſuo foro prælationẽ dare debet, tamen licet cũ Clericus à laico ratione feudi conueniretur, quoniam in foro laici ratione feudi, in Curia Domini conueniatur, idcircò, iuribus laicalibus, ſiuè ciuilibus iudicandum erit, dum in foro laicali ſumus, in quo Cleric. & cæt. Eccleſiſtic. ratione feudi conueniri poſſe conſtat.

Vnde Iudex cum ius in cõtrouerſijs feud. dicit, ꝙ pactum inter partes eſt; Primò obſeruare debet, nempè inueſtituram, ſiuè tenorem inueſtituræ inſertum, cum ipſa inueſtitura radix, ac naturæ feudi fundamentum dicatur; Secundò ſpecialem loci conſuetudinem, vel ſtatutum adire debet; Tertiò, Vſus feudorum communes, ſiuè, quos Longobardicos vſus dicimus; Quartò, ius Ciuile, 30. & Canonicum; Si verò his omnibus contentio decidi nequeat, tunc ad ſimilia recurrendum erit, & in defectum *Cap. ord. vſ. feud.* ſecundùm *cap. extr.* ſiuè *Pa-*

30. *Nam ius Ciuile in feudis ſeruandum eſſe lege feudali deficiente cõ ſtat, D. Reg. de Mar. l. 1. res iur. cap. 120. n. 7.*

*ralip.*

Digitized by Google

*ralippomena* cauſa rectè decidi poterit; quemadmodum ſi in vſibus ipſis ordinarijs feudorũ aliqua loquendi, vel etiam diſpoſitionis contrarietas inueniatur, rationi congruentior, atq; benignior ſententia ſeruanda erit.

Feudalibus iſtis iuribus, ſiuè Longobardicis conſuetudinibus noſtro in *Regno Sic. Iura Francorum, ſiuè Frid. Imp. conſt*: Accedunt, quæ omnes in *Regno* (vbi de iure Francorũ viuitur) ius legemq; faciunt, atq; nonnullis feudorum vſibus derogant, & in omnibus, eaſq; quaſi Regni partibus obſeruari, *Camill. de Curte* atteſtatur vocantur.

4 (De Feudi etymolog: & definitione, & q̃ nam in feudo perſonæ cõſiderẽtur, qualiter, & qbus nominibus.

Feudum à voce Longobardica *Fede*, Fidem ſonante, & à voce Latina *Fide* dici conſtat (eſt vſusfructus quidam rei immobilis, vel æquipollentis ſub conditione fidei) cuius formalem eſſentiam fidem eſſe dicimus, atq; apud Latinos ipſum feudum beneficium appellari, & apud Germanos *Ain Leben* vocari cõſtat. 40. In feudo autem; & concedentem, & accipientem conſideramus; Feudum præterea, qui concedit *Dominus* appellatur, qui verò in feudum accipit *Vaſallus* dicitur; ſimiliter ipſe Dominus, ſiuè concedens *Senior* itemq; *Patronus*, & *infeudans* vocatur, & *Vaſallus* etiam, *Beneficiarius, Beneficiatus, Cliens, Clientulus, Fidelis, infeudatus*, & *Feudatarius*, 50. inter quem vtrũq; relationem obligationem, & mutuam quandã fidem parens, tam cauſis, quam effectis ad iuſtis, & tamen quandoq; diſpares contendimus; Qui eodem ab vno Domino eadem in Curia feudum, vel omninò idem, vel aliud in feudũ ſuſcipiunt *Conuaſallos* dici conſtat, & exindè *Pares*, ideſt Dominicæ Curiæ in cõtentionibus de feudo, legitimi ordinarijq; ex feudorũ moribus Iudices.

Et quoniam Pares, ex inter eos conuenientia dicti ſunt, inter eos nullam admittimus differé-

*40. ipſumq; feudum quid vniuerſum eſſe conſtat ex D. Reg. de Marin. 1. reſ. iur. cap. 185. n. 5. & quãdoq; dicitur Vniuerſitas facti, quandoq; iuris, vt explicat Balz. in præl. feud. q. 5. n. 3. feudum verò, & Vaſalli, ſunt nomina noua, nec tempore Iuſtin. cognita, idem Balz. d. loc. q. 4. n. 1.*

*50. Frecc. de ſubf. lib. 2. tit. quis dicatur feud. in Regno nu. 5. dicens, quod iſthæc omnia ſunt ſynonima & in vnum reſonãt, appellatione autem feudatarij non venit ſubfeudatarius, quia non parum diſcrepat infeudatio à ſubinfeudatione, D. Reg. de Ponte lect. 3. n. 18. In Regno autẽ qs dicatur feudatarius latè explic. cit. Frec. d. loc. feudatarij verò, iuriſdictionem priuatiuè, quoad Regem habere dicuntur D. Reg. de Marin. 1. reſ. iur. c. 34. n. 2.*

tiam, dum vt plurimum, & in dignitate, & in auctoritate conueniunt; in eorum ordine attamen diſcrimen concedimus, cum, ex ijs *Capitanei* quidam *Valuaſores* alij, illi his auctoritate, & dignitate ſuperiores ſunt. 60.

Ex Capitaneis rurſus, quidam impropriè tales, alij impropriè, ſunt.

Propriè ſunt Capitanei à *Summo* Principe, vel *Rege* de feudo inueſtiti, vndè *Maiores* dicuntur, ideſt maioris dignitatis, nobilitatis, puta quia Regalia feuda conceſſa retinent, vndè etiã verſum eſt, eos *Capitaneos Regis*, ſiuè *Regni* appellari, quales ſunt *Principes, Duces, Marchiones, Comites*, & cæteri feudatarij *Titulati*, quibus etiam conueniunt *Barones*.

Impropriè autẽ Capitanei *Plebei* dicũtur, quorum illud munus ex feudo eſt, vt Plebi pſint, & Plebis gubernandæ partis pfecturam exerceant, & à Principe, vel à *Statu* aliquo, ſiuè Vniuerſitate ppoſiti effecti ſunt: 70. qui inter Valuaſores sũt ſupmi, ad quos collati, & ipſi Capitanei dici queant propriè, qui ad *Capitaneos* propriè ſic dictos collati, ipſi tales, quo ad reſpectum, ſiuè ordinem illũ ſint impropriè. Vndè fertur, ꝙ ex Valuaſoribus, quidam *Maiores*, quidam verò *Minores* ſint; Maiores ſunt: Quibus etiam Capitaneos vocari damus, licet tamẽ impropriè. Minores, qui à maioribus valuaſoribus in feudum accipiunt: hinc itaq; vaſallorum tres erant ordines, primus quorum ſupremus Capitaneus, gradus erat, ſecundus Valuaſorum maiorum dicebatur, tertius verò alter minorum vaſallorum ordo legebatur 80. quibus de tertio ordine, quartus alius acceſſit eorũ ſcilicet qui à minoribus vaſallis, ſiuè valuaſoribus in feudum accipiebant, & iſti quidem *Minimi* valuaſores dicebantur, 90. ſunt etiam alij, qui nec à *Summo* principe, nec à *Capitaneis* feuda cognoſcunt.

*90. c. 1. §. 1. de his, qui f. dar. poſſ. c. 1. quis dic. Dux, &c. quorũ etiam, vt plurimũ in vſibus feud. ſatis expreſsè doctrina legitur.*

*70. Nam illi propriè Capitanei dici haud merentur, vndè rectiùs antiquitus eos tantũ feudi fuiſſe capaces legimus, quos eo ipſo ſimul nobilitatem adeptos volunt Doct. vndè eſt, quod ducentos ante annos ſolos Nobiles militaſſe legamus apud Beſold. Politic. c. 11. præſertim, vt equites damnata plebe ad militiã pedeſtrem; licet Romanis, pedites pariter, ac equites dicerentur milites cintiq; eſſent, l. 13. l. vlt. D. de re milit. l. 25. l. 28. §. 1. l. 43. D. de milit. teſtam. attamen ab iſto more, qui bello tantum idoneos ad feuda admittebat, quantum tẽporis progreſſu diſceſſum ſit, vel variæ feudorũ inuẽtæ diuiſiones veteribus planè incognitæ docebunt, vt ſunt ſæcularia Eccleſ. fæminin. maſc. &c. alia ex quibus tandem ad plebeios ruſticoſq; etiam deindè feuda venta ſunt.*

*80. d. c. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. in fin. §. 1.*

*90. c. 1. & tot. tit. vſ. feud. de feud. dat. minim. valuaſorib.*

Ve-

Verùm ex longa ànnorum ſerie ; qua Feudum, onuſq; Militiæ eis annexũ, in eorũq; reſidet familia, qui Plebæi dicuntur; Hodiè verò, qui legitimam ſuorum bonorum liberam adminiſtrationem habent, in Feudum dare poſſunt Vndè vnuſquiſq; in feudum concedens *Dominus* feudi dicatur, accipiens verò *Vaſallus*, dummodò res propria in feudum concedatur, nàm ſi rem, quam in feudum habet, iterùm legitimè concedat, ipſe Concedens *ſubinfeudans*, cui conceditur *ſubfeudatarius*, res conceſſa, ſiuè feudum, *ſubfeudum* dicendum erit.

Habere autem Feudatarium, qui teneat feudum in capite à concedente deſcriptum, & notatum pro ſe in Libro, ſeù Pandecta Regia, eſt dignitas in Regno, & eſt pluſquam ſimplex beneficiarius, ſeù feudatarius 10. Apud Nos verò in Regno dicitur ſubfeudum, & ſubfeudatarium, barbaro, & rudi vocabulo, latinè verò beneficium, & inde ſubbeneficiatus nuncupatur; Galli verò ipſum retrofeudum, & inde retrofeudatarium appellant 20.

Subfeudatarium noſtris moribus eum etiam, vt alij intelligimus, qui à feudatario feudũ tenet, & recognoſcit feudum infeudum, & ipſum in Dominum immediatum veneratur, 30. neq; ſubfeudatarium inde eum dicimus, qui agrũ, vel villam, vel redditum, non accepit in feudũ, ſed ille dicatur Emphyteuta, liuellarius, cenſuarius. 40. Subfeudatarium autem ex ſubfeudi poſſeſſione regulariter nobilitatem non acquirere, ex *Freccia* conſtat. 50. Subfeudatarius verò Baronis tenens feudum quaternatum, dicitur Vaſallus Regis, 60. & ipſi etiam dicuntur maiores valuaſores, & Capitanei vocãtur, retinent dignitatem, & præſtant iuramentum fidelitatis. 70. Baro namque habens ſub ſe feudatarios habentes feuda quaternata, poteſt

C crea-

*licet ipſi ſubfeudat. vtile dominium in ſubfeud. habere non*

*100. Cap. 1. per quos fiat inueſt.*

*10. Arg. litteræ Cõſtit. Regni incip. Honorem, vbi præponitur Baro militi feudatario, & in conſt. ſi quis Baro, & ibi Gloſ.*

*20. Caſſan. in cõſuet. Burg. rub. 3. in tit. de feud. §. 5. 2. col. fol. 114. idq; poſt. cit. Caſſ latè explicat Marin. Freccia 1. de ſubf. tit. de feud. orig. n. 44. & lib. 2. tit. qs dic. ſubf. in Regno n. 7. 8. & 9.*

*30. c. 1. §. rurſus quibus modis feud. & c. c. Imp. §. illud quoq; de prob. feud. alien. p Frid. c. 1. §. præterea de Cap. Cõradi, Frid. in ſua cõſt. poſt mortem.*

*40. Vt ex cap. 1. quis dicat. Dux latè explicat Freccia de ſubf. lib. 2. tit. quis dicatur ſubfeudatarius in Regno n. 2. dicens ibid. n. 3. feudũ non præſumi ſi non ſit datum in feudum, ſed alius contractus erit in allodium, & n. 4. Feuda etiam in allodiũ concedi poſſe atteſtatur, & nu. 5. Subfeudatarium alio nomine Valuaſorem minoremr, vel minorem Vaſallum appellarì ſcribit, nec ſubfeudatariũ in appellatione Feudatarij ſimpliciter contineri docet n. 6.*

*50. Frec. d. loc. n. 10. & ſeqq.*

*60. Frecc. 1. de ſubf. fol. mihi 17. n. 12.*

*70. Frecc. d. l. n. 10. dicãtur idem ibid. n.*

Digitized by Google

23. *qui ſi admitteretur in parlamēto generali incōueniēs ſe. qui demonſtrat cit. Frecc. d. l. n. 28. & latè ibid. nu. 1. & ſeq. d. fol. 17.*

80. *cit. Frecc. 2. de ſubſ. Auth. ſexta nu. 1. dicens n. 2. Doctores, & Milites ſolo verbo à Rege creari, & nu. 3. militem per Baronem creatum, non quo ad omnia, ſed quo ad quid cenſeri militem eſſe; & qualiter ſubfeudatarij habentes differentias inter ſe habeant Baronem pro eorum Iudice competente, non verò Regem idem in Auth. 7. n. 1. & quid ſi quæſtio de feudo quaternato, vel plano, & de tabula ſit n. 2. & varia de Iuriſd. Baron. tum. ſ. in vaſall. tum etiā in ſubfeud. ſcrib. ibid. auth. 8. 9. 10. 11. 15. 16. 17. & ſeqq.*

creare milites, etiā quod ipſe non ſit miles. 80. Multa verò de ſubinfeudatione latè poſt *Frecciā*, alioſq; quos cumulat præcipuè per ea, quæ iure comm. feud. habentur, ſcribit *VVlt.* ad quē mè remitto. 90. Quemad. multa etiā poſt alios Regnic. de ſubinfeudatione ſcripſit *Dom. Reg. de Marin.* 100.

90. V*Vlt. 1. d. f. c. 7. vbi n. 137. Subinfeudatio quid ſit exponit, quomodo ſine Domini conſenſu de iure communi feudorum etiam ſine conſenſu agnat. aliorumq; quorum intereſt fiat nu. 138. in quocumq; feudo permiſſum n. 139. etiam Eccleſiaſtico n. 141. poteſt fieri in regalibus totis, & vniuerſis n. 140. tria requirere, vt legitimè fiat n. 142. & ſeqq. & qualiter ſubinfeudans vtile dominium transferat in ſubſ. imagine feudi ſibi reſeruata n. 146. & an ſit donatio n. 149. & quod ſubfeudum feudi principalis naturā retineat, n. 145. & imaginem feudi n. 146. & quod ſuperior Dominus ſubuaſallum non poſſit cogere, vt ei ſeruiat, n. 148. etiam ſubuaſallus alienare volens feudum omnium Dominorum conſenſum deſideret nu. 81. & quod tam pars, quam totum feudum ſubinfeudari poſſit n. 142. & alia ad rem ſpectantia apud eundem habes ibid.*

100. *Dom. Reg. de Marin. poſt Dom. Reg. Reuert. in obſ. 1. ad deciſ. 69. n. 4. vbi ſcribit ſubinfeudationem Caſtri, quando Caſtrum faciat feudum quaternatum, & quando planum, ſiuè de tabula 2. ad deciſ. 522 nu. 2. in fin. obſeruauit, an ſubinfeudatio reſoluta per mortem Feudatarij decedentis ſine deſcendente maſculo, ſubſiſtere poſſit, ſi ſubfeudatarius velit Domino ſeruire, & ibi, an ſubinf. dicatur reſoluta decedente feudatario, ſine deſcendentibus, & ibid. n. 1. Obſeruat etiam, ſi ſubinfeudatio fiat à feudatario alia lege, quam ipſe teneat à Domino directo, an ſit nulla, & quid dicendum ſi fieret perſonæ æquali æquè aptæ ad ſeruiendum, & ſub iiſdem pactis, ac qualitatibus, quibus ipſe ſubinfeudans habet d. l. in fin. quæ ſi fiat animo fraudandi agnatum ſucceſſione feudi, quia fortè ſubinfeudans erat de prole deſperatus, eo poſtea mortuo, num ipſo iure reſoluatur ibid. n. 3. in med. vbi etiam explicat qualiter diſp. Domini eadem fraudulenta dicenda ſit, cum ſit perſonæ non æquali ad ſeruiendum, & an valida ſit reſpectu Domini, ſi ſubinfeudationis tempore, ſubinfeudans erat de legitima Prole deſperatus ibidem; Subfeudum tandem propter delictum ſubfeudatarij aperiri Domino immediato, per alienationem verò abſq; aſſenſu celebratam aperiri Domino mediato, non verò immediato, ſecundùm ea, quæ latè expon. & probat D. Reg. de Ponte lect. feud. 17. n. 20. Feudatarius autem de iure Regni non poteſt ſubinfeudare ſine aſſenſu, repugnante Conſt. Regni Diuæ mem. quod limitat Dom. Reg. de Ponte in rebus feudi Particularibus concedi conſuetis lect. 1. n. 55, & 81. Quod ſi fiat cum Domini, ideſt Regis aſſenſu iſte ſubfeudatarius erit primi inueſtiti, & non Regis feudatarius, vt dixit cit. D. Reg. de Pont. d. l. n. 88. Et quādo feudū in fraudē Feudatarius dicatur dare, explicat idē de Pōte lect. 6. n. 14. & ſeqq. mediocrem tū, ſubfeudū inducere nobilitatem, Frecc. d. l. n. 11. exp. & n. 12. nobilitatem ruſticum non acquirere, & ſi feudum nobile emat, ex textu iuris ciuilis loquente de emptore domus Decurionis, & ex l. 2. C. de præd. & aliis reb. nauic. quando autem per ſubfeudatarium in Regno quæratur nobilitas ſcribit. num. 13. puta ſi ſubfeudat. poſſideret Caſtrum, in quo non modica ſit vaſallorum habitatio de qua re cit. Frecc. adeas dicens n. 14. ſubfeudatarium in Regno iudicium Parium non habere, niſi habeat Caſtrum per Conſt. Frid. incip. vt vniuerſ. & ibi Andreas.*

Feu-

Digitized by Google

5 Feudi formã, fides eſt, principalitèr .ſ. loquendo, licet tamen non per ſe ſolã, ſed quatenùs fides illa, ſiuè fidelitas annexa eſt vſufructui, in re immobili conſtituto, ex qua Vaſallagium, homagiumq; debetur, & indè etiam dicimus fidem hanc conſiſtere in præſtatione illorum, quæ in forma fidelitatis continentur, & ſummatìm loquendo ad illa, quæ ad tuitionem perſonæ honoris, & bonorum Domini feudi ſpectant; itaq; feudum conceditur, vt qui accipit perſonam, honorem, & bona ejus, à quo accipitur, ac recognoſcitur, tueatur; id indè comparatum plerumq; eſt, vt rerum formæ ſibi earundem fines coniunctos habeant; Fides namque à ſeruitijs longè diſtat, prætèr .ſ. ea ſeruitia, quæ immediatè à fide exoriuntur, nèc intereſt àn illa cum iuramento, vel ſinè, & àn promiſſa fuerint, vel nè, cum fidelitatis iuramētum neceſſarium non ſit, & ſi regularitet illud adhibeatur, vndè ex frequenti præſtandi iuramenti vſu, & quia fidem ipſum continet, iuramentum fidem interpetratur.

(De Feudi forma, & in quibus eadẽ conſiſtat.)

Eandem feudi formam extrinſecè conſideratam, in tribus potiſſimùm cõſiſtere dicimus, in petitione .ſ. inueſtituræ, in inueſtitura ipſa, & fidelitatis iureiurando.

Etenim, quia petitio inueſtituræ eſt ſignum reuerentiæ, quam Vaſallus Domino debet. 10. Idcircò petenda inueſtitura eſt, tùm ſcilicet in feudo nouo, tùm etiam in feudo antiquo, ea nimirùm ratione, quia cum in feudo præſtanda fidelitas ſit, ideſt iuramentū fidelitatis. 20. At iuramẽtū à Defuncto præſtitum ipſius non egreditur perſonã, cùm perſonale dicatur 30. Non ab re igitur ab hærede Vaſalli de nouo præſtandum eſt, vel eò maximè, nè dubium Domini iùs reddatur, & temporis aliqua labẽte vetuſtate obſcuretur.

10. *Iul. Clar. in §. feudū. q. 49.*

20. *cap. 1. quod. præcedere debeat.*

30. *Couarr. in cap. quãuis de pact. in 6.*

In nouo autem, intrà quod tempus petenda in-



Digitized by Google

ueſtitura ſit, certò definitum cum non ſit, expectandum exindè Vaſallus donèc citetur, Citatione facta, vt compareat, & petitionem faciat, neceſſe eſt, quod ſi tribus vicibus citatus conuenienti tempore interpoſito ad Curiam venire neglexerit. 40. hoc ipſo feudum amittat. 50. Quemadmodum, & verſa vice Dominus quoq; ſimiliter ad Curiam tribus Edictis vocabitur, quæ Dominum hortabitur verecundè poſſeſſionem Vaſallo reſtituere. 60. Eumq; competentèr coget, hoc eſt moderatè, & ipſi hortationi immixtum non nihil neceſſitatis dicimus; Cùm autem non pareat Dominus Edictis, interdictiſq; Curiæ poſtea eum Vaſallus ad maiorem vocabit, & ad extremum in eadem Contumacia perſeuerantem poterit deprædari. 70. Hoc eſt craſſari in eum impunè, quaſi omni fidei vinculo ſolutus.

In feudo verò antiquo vltrà annũ, ſecundùm ea, q̃ legenda exiſtimat *Cuiac.* in vſibus feud. 80. Et idem, ea nimirum ratione, quoniam annus finitur eodem die Menſis, quo incæpit, puta feudi Dominus mortuus eſt primo Iunij, qui ſi in annũ computetur finietur annus vltimo mẽſis Maij, ſin verò minus finietur primo Iunij, atque hanc cõputationem, iure feud. obtinuiſſe teſtatur *Mynſing.* 90. Neq; dicta petitio differri poterit 100. Neq; opus eſt Citatione, quemadmodùm in feudo nouo dicimus. 10. Cuius diſpoſitionis ea nimirùm diuerſitas eſt, quoniã in nouo feudo antè inueſtirurã Vaſallus nihil iuris habet, at fidelitas ratione iuris, quod habet Vaſallus præſtanda eſt, quo quandiù carere vult, tandiù fidelitatem, vt præſtet, non eſt onerandus, quod ſecùs eſt in feudo antiquo, cum in eo non modò dominium, ſed etiam poſſeſſio in nouos ſucceſſores continuetur, meritò ad ſeruitia, ac fidelitatem, dominijque directi recognitionem offerre ſe debet, & ſi requiſitus non fuerit. 20. De

*40. §. 1. quæ fuit prima cauſa Beneficij amittendi.*

*50. §. 2. cit. tit. quæ fuit prima cauſa.*

*60. Hortabitur dicunt Imp. in l. 9. C. de condict. ob cauſam, in l. 8. C. de liber. cauſ. cap. 1. de Milite Vaſallo, qui contumax eſt.*

*70. d. cap. 1. in fine de Milite Vaſallo, qui contumax eſt.*

*80. Quod ſanè ita legendum eſt, cogentibus multis locis eorumdem vſum feudorum, qui alioqui aduerſarẽtur, vt ſunt c. 1. quę fuit prima cauſa Beneficij amtt. c. 1. §. fin. de prohibita feudi alienat. per Lotharium, c. 1. in fine princ. de probibita feud. alienat. per Frider. neq; cum Vueſenbecio de feud. c. 8. nu. 3. diſtinguendum eſſe puto intèr militem, & Paganum, cũ in materia feudali, de qua agimus, aut congrua dicta diſtinctio videatur, cum Militis nomine hiſce vſibus nihil aliud, quã Vaſallus ſignificetur, & magis Domino, quam Pagano opponitur, c. 1. §. 2. ſi de feudo Defuncti.*

*90. Mynſing. cent. 5. obſ. 15.*

*100. d. cap. 1. de Milite Vaſ. qui Contumax eſt.*

*10. cap. 1. §. 1. quæ fuit prima cauſa.*

*20. Vueſenbec. de feud. cap. 8. n. 5.*

Digitized by Google

6 Dè feudi inueſtitura, quid ſit, qualiter fiat, tũ ſ. noui, tũ etiã veteris Beneficij, tã iura comm. feud. quã iura Regni, quo ad inueſt. veteris Beneficij, nempè per Releuij ſolutionẽ, ſeruando, ſiuè attẽdẽdo.)

De inueſtitura aliquid ſcribere hìc, haud quidem incongruum mihi videtur, idcircò.

Inueſtitura, quæ alibi inueſtitio dicta eſt. 30. ſiuè etiam ceſſio feudi, vel propria, vel abuſiua eſt 40. Eaque etiam, vel eſt veteris, vel noui Beneficij. 50.

Fit autem primò in ſcriptis, puta per publicum inſtrumentum, quod in Vſibus feudorum breue teſtatum dicitur; quo in caſu, de iure feudorum in dubium reuocatur, an parium ſubſcriptio, ſiuè confirmatio neceſſaria ſit, circà quã rem *Obertus de Orto* confirmationem exigere videtur. 60; Quidam verò Mediolanenſium moribus inſtructi publicum inſtrumentũ ſufficere arbitrantur, quorum ſententia verior videtur, quoniam ſemper publico inſtrumento creditur, donec contrarium expreſsè probetur. 70. Fit etiam inueſtitura, quandoq; ſine ſcriptis. 80.

Feudi rursùs propriam inueſtituram dicimus, quando Dominus Vaſallum, vel eius nomine in veram feudi poſſeſſionem inducit, ſumpto ſcilicet effectu pro cauſa. 90; Abuſiuam, ideſt impropriam tum dicimus, quando Haſta, vel aliud Corporeum, puta Vexillum, Baculus, Gladius, Virga, Annulus, & cætera à Domino, feudalis inueſtituræ in ſignum traduntur, dicente per hoc ſe inueſtituram facere. 100. Veteris Beneficij inueſtitura eſt, quæ à ſuc-

*30. cap. 1. ſi de feudo Defuncti, &c. §. teſtes, & cap. vn. hic finitur lex.*

*40. cap. vn. quid ſit inueſt.*

*50. c. vn. p quos, &c.*

*60. Obert. de Orto vid. in d. cap. 1. quid ſit inueſt. non obſtante Tit. qui Teſtes ſint neceſſarij ad nouam inueſt. prob. quia animaduertẽdum eſt nihil in eo tit. certò definiri, ſed varias tãtum opiniones referri, quæ omnes Gerhardo* Capagiſto, *& Obert. de Orto tribuuntur, determinatam tamen eandem ſententiã apertè exprimit in d. cap. vn. quid ſit inueſt.*

*70. l. cum precibus, C. de probat. l. generaliter, C. de non numer. pec. l. optimum,* C.*de contrah. & cõmitt. ſtip. per publicũ namq; Inſtrumẽtum, quod oſtenditur, & apparet, ad manifeſtum dicitur, & euidens, cap. cum dilecti extrà de donat.*

*80. d. cap. 1. quid ſit inueſt.*

*90. d. cap. vn. quid ſit inueſt. ſiuè inueſtituram ipſam, quæ feudi poſſeſſionem parit, prò ipſa feudi poſſeſſione ſumenda*

*100. d. cap. vn. quid ſit inueſt. aliud namque ſignum, aliud verò rem ſignatam dicimus, indè qui gladium, &c. tradit, ſignum quidem poſſeſſionis tradit, non verò rem ſignatam, hoc eſt non ipſam poſſeſſionem, cui neque obſtat, quod Clauium traditio pro poſſeſſionis traditione habeatur, ex l. clauibus de contrah. empt. l. 2. C. de peric. & commodo rei venditæ, l. 1. C. de crimine expilatæ hæreditatis; nàm reſpondetur Clauibus traditis, haud verum eſſe Domus poſſeſſionem tradi, niſi in re præſenti traditæ ſint; Præſentia namq; rei, per ſe ſola operatur; vt etiam eius poſſeſſio tradita videatur, apprehenditur enim non manibus tantum, aut pedibus, ſed etiam oculis, quaſi longis manibus, l. 1. §. penult. l. quod meo, §. ſi venditorem, l. quarundã, D. de acq. poſſ. Vndè eſt, quod ſi inueſtitura fiat porrectis Clauibus, Haſta, & ſimilibus inſtrumẽtis in re præſenti prò traditione poſſeſſionis habebitur, ſin verò abſente re ſignum quoddam, & Argumentũ conceſſionis in feudum dicatur.*



Digitized by Google

à ſucceſſore. 10. Domini, vel ſucceſſore Vaſalli, mortuo ſcilicet Domino, vel Vaſallo fit, vel petitur. 20. Noui feudi inueſtitura eſt, ex qua primùm formam ſuam, & originem feudum ipſum accipit. 30.

Inueſtituram autem facere dicimus Dominum immediatè proximum, non verò Domini Dominum. 40. Pro-

10. *Puta ſi fuerit laicus inueſtiens à ſucceſſore, eſt ſinè vlla diſtinctione adimplẽda, eumq; ad ratam habendam obligat. c. 1. q. ſucceſſores feud. dare teneatur; Nam in laicorum ſucceſſoribus militat regula Iuris noui à Iuſtin. promulgati, vt ſcilicet à ſucceſſoribus obligationes incipiant, l. vn. C. vt act. ab hæred. &c. In Clericis verò Iur. antiqui reg. procedit, vt à ſucceſſoribus eorum non incipiant l. dudum, C. Theodoſiani de reſcript. idq; ob diuerſam ſucceſſorum qualitatem, ſucceſſores namq; laicorum in Vniuerſo Iure Defunctorum ſuccedum, l. hæreditas de reg. iur. Clericorum verò ſucceſſores Eccleſiaſtici Iur. non verò Defunctorum ſuceeſſores ſunt, vndè eſt, quod optimè in Clericò talitèr diſtiguitur, quod aut de ſuis Bonis inueſtitioni fecit, vel de Bonis Eccleſiæ; Primo caſu adimplere ſucceſſor, igitur, vt in cap. 1. de Clerico, qui inueſtituram facit; Secundò caſu ſimiliter cogitur adimplere, quatenùs rei pro beneficio inueſtitæ in feudum datæ poſſeſſio apud Clericum fuerit, d. cap. vn. verſ. cumq; de Clerico, &c. cui ſententiæ non obſtat Tex. in cap. vn. quibus mod. feudum conſtitui poteſt in §. 1. ea nimirum ratione (omiſſa Interpretum ſententia ibi de alieno beneficio loqui exiſtimantiũ) quia iſto caſu præterea diſtingueudum eſt, àn rei, quam habuit, poſſeſſionem inueſtito tradiderit, vel nõ; Primo Caſu ſucceſſor inueſtiturã ratam habere cogatur; Secundò euaneſcit inueſtitura, non tàm ratione iuris non adhùc verè conſtituti, quàm ob Conſtitutionem Lothary, de qua fit mentio in cap. 1. in fine, qui ſucceſſores teneantur, qua ſancitum legimus Clericorũ ſucceſſores, ideſt qui in functione, & officio Eccleſiaſtico ſucceſſerunt, non vſque adeò Defunctorum factis obligari, ſi verò de altèrius feudo fecerit inueſtiturã, ideſt ſi rei Eccleſiæ poſſeſſionem non habuit, ſiquidem purè ſit facta, non valeat d. cap. 1. qui ſucceſſores, teneantur, & cap. 1. de Clerico, qui inueſtituram fecit, verſ. vbi verò; ea nimirùm ratione, quia viuenti adhùc priori Vaſallo, nullum de feudo damnum inferendum eſt cap. 1. de pace tenenda, & eius violatoribus; ſi autem in diem, vel ſub condtitone, tùnc vel Clericus antè priorem Vaſallum vita deceſſit, aut poſt, ſi antè priorem, ſucceſſor inueſtituram adimplere non teneatur, cap. 1. qui ſucceſſ. feudum dare non teneantur, cap. 1. qui ſucceſſ. teneantur, cap. 1. §. 2. ſi de feudò Defuncti, &c. cap. 1. verſ. ſi tamen de Clerico, qui inueſtituram fecit; Obligatio enim, quæ à Defuncto non incæpit, à ſucceſſore incipere nequit, ſed non potuit à Defuncto incipere, quandiù prior Vaſallus vixit, quia inueſtitura poſterior habet in ſe conditionem, & tum demum capit effectum, cum feudum Domino aperitur, cap. 1. §. 2. ſi de feudo Defuncti, &c. Cum verò poſt priorem Vaſallum Clericus deceſſerit Iure cogitur eam ſucceſſor adimplere, d. cap. 1. qui ſucceſſores feudum dare teneantur, cap. 1 verbo ſic, aut cum, de pace tenenda intèr ſubditos, & iuramento firmãda, nàm cæpit obligatio à Defuncto, vt puta per mortem prioris Vaſalli; indè dicitur, non ab re, ſi hoc caſu ſuccoſſor inueſtituram adimplere teneatur.*

20. *cap. 1. qui teſtes ſint neceſſarij, quæ antiqua dicitur inueſtitura, & licet non tribuat ius nouum in re, & non præſtet, nec dominium, nec poſſeſſionem, & fiat in ſignum cuiuſdam deuotionis, cenſus, & recognitionis, D. Reg. de Ponte conſ. 6 n. 1. & n. 11. à minore tamen cum fit .ſ. de veteri feud. inueſt. tutoris expoſcat auctoritatem, D. Reg. de Pont. lect. feud. lect. 3. num. 35. confirmatoria varò à minore libera fieri poteſt inueſt. D. Reg. de Pont. conſ. 62. n. 3. 1. tom.*

30. *d. cap. vn. qui teſtes, &c.*

40. *cap. 1. §. illud de prohib. feud. alienat. per Frid. quod intelligas, tàm per ſe, quàm per alium, puta Cancellarium, Adminiſtratorem, Procuratorem, &c. §. ſed vtrùm, per quos fiat inueſt. quemadmodum, & fæmina eandem facere conſtat, d. cap. vn. verſ. ſic fæmina, per quos fiat, &c. quemadmodum, qui Bonorum ſuorum adminiſtrationem habẽt, Dom. Reg. de Ponte lect feud. 4. n. 13. & 40. dicens ibid. n. 8. rei alienæ inueſt. legati inſtar validã eſſe; Immò, quoniã feudi veteris inueſt. alienatio nõ eſt, verũ feudi tantũ quædam recognitio, & ità peti ſolet, vt quis de ſuo recto feudo intendat ſe inueſtiri debere, c. 1. de controuerſ. inter Epiſc. & Vaſallum, cap. 1. de alienat. feudi paterni; Vndè de hac*

re-

Digitized by Google

Propria autẽ feudi inueſtitura, vt Vaſallus feudo vtatur, & fruatur, parit. 50. Quod ſi præcludatur ei, vt quia res ſit euicta, tùnc aliud feudum eiuſdem bonitatis, ſeù quantitatis, vel eiuſdem æſtimationis reſtituendum eſt. 60. Vel etiam pretium, quod ex ſententia Iudicis victori Vaſallus exoluit, refundendum. 70. Abuſiua verò feudi inueſtitura actionem Vaſallo ad rei feudalis traditionẽ cõmunicat, & Dominum tradere oportet 80. Atq; etiam Vaſallum in feudi poſſeſſionem mittere. 90. Et ſi id facere Dominus negligat, differat, etiam omnem vtilitatem, ideſt intereſſe Vaſallo præſtare cogatur. 100.

Rur-

*redicere poteris non eſſe Beneficium, ſed iniuriam, ſi quis eam non impetrauerit l. 1. §. planè; D. de aqua quot. & æſtiua; Hinc etiam à minoribus eadem fieri poteſt, cũ alienatio non ſit, feudi veteris inueſtitura d. cap. 1. per quos fiat inueſt. in princ. Vaſallus etiam, quemadmodùm per ſe, itidem per alium feudi inueſtituram accipere poteſt, d. §. ſed vtrũ per quos fiat, &c. puta Geſtorem Nunicũ, §. item ſciendum de notis feud. Procurat. d. §. ſed vtrùm, vel ſeruum, §. perſonam, d. tit. per quos fiat inueſt. Dummodò coram Paribus Curiæ fiat, cap. 1. quid ſit inueſt. ſinè namq; Paribus inueſtitura non valet, §. nec dicatur de Conſuetudine recti feudi, cuius diſpoſitionis rationes latè ſuſpicatur Iac. Cuiac. in Comment. ad vſus feud. 1. lib. tit. 1. §. notandum. Dummodò feudum ſit nouum, & ſæculare: Antiquum namq; coram Extraneis fit. §. de veteri, qui teſtes ſint neceſſarij, non indiget enim tanta teſtium auctoritate feudum antiquum, cum notorium ſit; Eccleſiaſtici tamen feudi inueſtitura, tàm coram Paribus, quàm corã Extraneis conferri poteſt, §. hæc omnia ſi de inueſt. inter Dominum, & Vaſallum lis oriatur.*

50. *cap. 1. de inueſt. de re aliena facta in §. 1.*

60. *d. cap. 1. in princ. de inueſt. cap. 1. ſi de feudo Vaſall. ab aliquo, &c.*

70. *d. cap. 1. ſi de feudo Vaſall. &c. vel nummos.*

80. *§. ſi facta, ſi de feudo Defuncti, &c. tanto magis, quia Obert. de Orto in cap. 1. de noua forma fidelit. in fine vtitur. Verbo: Omnimodò, quod præciſam coactionem ſignificat, vt latè demonſtrat Tiraquell. in l. ſi vnquã in Verbo: reuocatur, C. de reuoc. donat.*

90. *cap. 1. ſi de inueſt. feudi controuerſ. fuerit in princ. Contractus namq; feudalis vltrò, citroq; obligatorius eſt, ex quo Vaſallus ſeruitia præſtare obligatur, & præcisè compelli poteſt ex doctrina Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur D. de verb. obligat. Igitur diſſonans non eſt, vt Dominus viciſſim à Vaſallo obſtringatur, ad hoc, vt rem ipſam, de qua facta eſt inueſtitura præcisè, ac neceſſariè tradere cogatur; Contrahentium namq; æqualis debet eſſe conditio, l. ſi id, quod, D. de peric. & commodo rei uenditæ, Mynſing. cent. 4. obſeru. 61. indè dicitur, quod ſi Dominus inueſtituram facere negauerit dominio directo priuandus erit, ea nimirum ratione, quia Vaſallus, & Dominus non debent ad imparia iudicari, D. Reg. de Ponte conſ. 62. nu. 6. 1. tom. & quæ actio Vaſallo detur ibid. n. 12. & habes ad rem apud eundem in conſ. 55. nu. 26. 1. tom.*

100. *cap. 1. de noua forma fidelitat. in fin. Venditor etiam ex ſententia Martini, quæ obtinuit, præcisè obligatur ad tradendum §. 2. Elem. Iur. de donat. vndè Paulus Iur. Conſ. in lib. Sententiarum cap. 13. inquit, ſi id, quod emptum, neque tradatur, neque emancipetur, Venditor cogi poteſt, vt tradat, aut mancipet, & nihilominus omne quod intereſt Emptoris ob moram Venditoris in æſtimationem venit, l. ſi ſterilis, §. cum per Venditorẽ, D. de act. empti. Quod etiam in hærede receptum eſt, vt præcisè cogatur tradere, l. ſi Domus, §. qui confitetur, & §. ſeq. D. de vſ. & hab. Quem etiam ex mora teneri conſtat in id, quod intereſt.*

10. Vt

Rurſus in Regno circa inueſtituræ materiã primò notandum eſt.

Inueſtituram, cuius tenor ſemper attendendus eſt 10. immò derogat omni naturæ feudorũ, & ſemper ineſſe videtur, niſi per pactum improprietur. 20. in Regno non præſumi dicimus, cum adſint Pragmaticæ diſponentes, vt omnia feuda regiſtrentur 30.

Secundò breuiter ſciendum circa inueſtituram confirmatoriam, .ſ. eam petendam à Vaſallo eſſe poſt Feudatarij mortẽ infra annũ, & diem, vt diximus alias de iur. feud. Feudo priuabitur 40. in qua inueſtitura cõcedẽda principaliter inquirendum eſt, an ipſam petens ſit legitimus hæres, & ſolus ſucceſſor Vaſalli mortui. 50. Pro qua autem inueſtitura obtinenda ex Cõſuet. Releuũ in Regno introductũ eſt, quod ab hærede ſolùm ſoluendum eſt, & ſic ab huiuſmodi ſolutione immunis eſt emptor, vel alius cauſam habens ex contractu. 60. Releuij indè ſolutionem in Regno in locum inueſtituræ confirmatoriæ ſucceſſiſſe dicitur.

Con-

10. *Vt explicat Dom. Reg. de Ponte conſ. 3. n. 54 1. tom. & inſpiciendus, in lect. feud. 9 nu. 26. dicens ibid. exindè, ſi inueſtitura cõfirmatoria abhorreat à prima, ad illius formam eſſe reducendã ſecũdum ea quæ vſu forenſi inualuerunt, explicans in lect. 1. n. 110 quid ſi inueſtituræ tenor ignoretur, qualis præſumatur feudi conceſſio, & latè in lect 20. nu. 19. vbi concludit inueſtituræ formam cõmunem, pro te, & hæredibus in hoc Regno non præſumi, & teſtatur de comm & rationes adducit; Nec cap. Regn. conſiderãtes obſtare, pro cõtraria Napod. opin. demonſtrat, quinimmò contra illum retorquetur, quo loci pariter recenſetur cauſa inductiuà diſpoſitionis illius capituli lect. 20 n. 21. & inueſtit. tenor communiſq; forma in Regno licet ſit pro hæredibus ex corpore, non tamen præſumitur ex corpore, ſed pro hæredibus, & ſucceſſoribus, Dom. de Ponte conſ. 3. n. 73. & 77. 1. tom. vndè dicitur, quod inueſtitura pro ſe, & hæredibus ex corpore non præſumitur in Regno, & ſi iſta ſit communis forma, idem de Ponte lect. 12. n. 31. dicens in lect. 14. num. 29. quod ſi inueſtituræ tenor ſit expreſſus pro maſculis, & fæminis, iſtæ vocatæ intelliguntur in illorum defectum, & inueſtitura pro hæredibus ex corp. ſecundum Regnic. facit feudum eſſe hæreditarium Dom. Reg. de Ponte conſ. 20. n. 9. licet de iure comm. feud. faciat ex pacto ibid. 10. 2. tom.*

20. *Dom. Reg. de Ponte conſ. 3. num. 55. 1. tom. & conſ. 81. num. 2. & inueſtituræ inhærendum eſt etiam ſi feud. naturæ repugnet idem lect. 1. num. 43.*

30. *Dom. de Pont. lect feud. 3. num. 49. de formulis autem inueſt. poſt. Capyc. in ſua inueſt. feud. habes latè apud Frecc. 3. de ſubf. tit. de form inueſt. fol. mihi 38.*

40. *Dom. Reg. de Pont. lect. 2. num. 51. dicens ibid. id non procedere in minore reſpectu caducitatis, non autem releuij.*

50. *Dom. Reg. de Ponte conſ. 62. num. 25. Dom. Reg. Reruert. deciſ. 338. num. 2. & Dom. Reg. de Marinis in Obſeruat. ad deciſ. eiuſdem 371. num. 1 & 3.*

50. *Dom. Reg. de Ponte lect. feud. 2. num. 50. quod declarat num. 52. dicens in lect. 14. num. 48. releuij ſolutionem, & ſeruitij præſtationem, haud concurrere vſu forenſi receptum eſſe, &c. & in conſ. 72. num. 2. tom. 2. dicit Releuij vnicam ſolutionem ius acquirere Domino directo, & quoniam in Regno de Conſuetud. debetur, vbi non eſt talis Conſuetudo, illud ſolui non debetur, idem in conſ. 30. num. 39. 40. & 41. & in conſ. 10 num. 39. dicit Releuij ſolutionem hæreditatis aditionem probare, 1. tom.*

60. *Dom. Reg. Rouit de feud. ſuper pragm. 4. nu. 90. & qualiter eius exactio, tàm de iure communi feud. quam Regni, vſq; ad pubertatem retardetur idem expon. ſup. Prag. 1. de Offic. Proc. Cæſ. n. 2 & 3. cuius ſoluendi tempus, annus, & dies eſt, qui numera-*

*tur*

Digitized by Google

Conſiſtit autem releuii in medietate fructuum feudi illius anni, quo decedit feudatarius, quod niſi ſoluatur infra annum,& diem, duplicatum debebitur 70.

7 (De fidelitate poſt inueſt. p. ſtanda.)

Et rursùs poſt inueſtituram fidelitas præſtanda eſt 80. ſinè qua feudum conſiſtere non poteſt. 90.

Fi-

*tur à die mortis vltimi poſſeſſoris feudi, modo ſucceſſor ſuperueniat per integrum annum,& diem idem ibid. nu. 5. duplicati pœnam euitat ſucceſſor ſi intra dictum tẽpus denunciet mortẽ ſui prædeceſſoris, petat inueſtituram, & offerat releuium ibid. n.8. & de Adhoa materia, quæ in locum ſeruitij perſonalis in Regno ſucceſſit vid. eũdẽ ibid pragm.18. ſub n.1.*

*70. Rouit. ſuper Pragm. 4. de feud. nu.91. quod hodie etiam pupillus ſoluere tenetur eodem tempore, & forma, ſicuti maiores ſoluere tenentur, idem in Prag. 1. de offic. Proc. Caſ. nu.4. & duplicatum hodiè loco pœnæ amiſſionis feudi ſoluere tenetur contumax in petendo inueſt. & ſoluendo releuium, idem ibid. n. 7. quod non ſoluitur, quando quis per refutationem, vel alium contractum factum in vita, in feudo ſuccedit, idem ibid. n.9. & qualis refutatio eſſe debeat, ne ſucceſſor ſoluat releuium expon. D. Reg. de Marin. c.304. reſ. iur. n.49. & qualiter refutatarius ſoluere teneatur, cum aliqua fraudis ſuſpicio eſſet, idem ibid. n. 50. & quando teneatur refut. vid. Dom. Reg. Rouit. d. l. n. 10. & an illud debeatur Baroni pro ſubfeudo, idem ibid. n.12. Quid illud ſit, à quibus præſtetur, & à quibus non, idem ibid. nu.15. an debeatur per mortem Prælati feudatarij, idem ibid. nu. 16. iuncta Dom. Reg. de Marin. reſ. iur. cap 271. num. 21. debetur tam ex feudo hæreditario, quam ex pacto, & prouidentia, & inter vtrumque præ cæteris adeſt diſcrimen circa termini curſum, cit. Rouit. ibid. n.16. & de forma R. Cam. in eius exactione, & liquidat. vid. Dom. de Marin. d. l. num.55. vbi in num. ſeqq. vſque ad fin. d. cap. 304. de hac releuij materia agit, de qua eum adeas, & latiſſimè poſt alios Regnic. vid. Capan. in tract. de iure Releuij.*

*80. cap. 1. quid præcedere debeat, & cap. 1. de noua forma fidelit. in fin.*

*90. cap. 1. in fin. per quos fiat inueſt. fidelitas namque ſubſtantia feudi eſt, & à fide dicitur d. cap. 1. per quos fiat inueſt. & exponit Dom. Reg. de Ponte conſ. 2. num. 13. 1. tom. Vndè qui fidem non præſtat, aut præſtare recuſat, hunc nèc retinere, nèc accipere feudum poſſe conſequens eſt: Vndè fit, ſi monitus Vaſallus à Domino fidelitatem præſtare diſtulerit, feudo etiam priuandus erit, Dom. Reg. Rouit. ſuper Pragm.23. de feud. num.13. Atq; hoc vſq; adeò verum eſt, vt etiam Imperator, cui alioquin omne hominum genus fidelitatem debet, eandem niſi præſtet, feudo priuetur, vt habetur in tit. feud. 100. lib. 2. licet aliud ſit in Eccleſia tit. feud. 101. Quoniã cum ſit Eccleſia cultrix, & altrix iuſtitiæ, non patitur contrà iuſtitiam, vel fidelitatem, quid fieri, cap. 1. de alienat. feudi, cui Sententia non obſtant, quod feudum etiam ſine fidelitate conferri poſſit, ex cap. 1. in fine per quos fiat inueſt. Similiter, quod feuda ſint, prò quibus fidelitas non præſtatur, cap. 1. §. 1. quæ fuit prima cauſa Benefic. amitt. Quoniã fidelitatis nomine Iusiurandũ fidelitatis intelligitur, cap. 1. quid præcedere debeat, quod non ſemper Vaſalli præſtant, verùm quibuſdã pactionibus remitti poteſt, d. cap. vn. per quos fiat inueſt. vbi Vaſallum per Sacramentum vocat, qui iurauit fidelitatem, cui aduerſus eſt is, cui pactione remiſſa eſt fidelitas, non tamen ideò minus ex ingratitudinis cauſa feudum amittunt, laudatione parium, nulla namq; ex cauſa feudum ipſo iure amittitur, nè ob alienationem quidem, ſinè cognitione, & pronunciatione parium, vt in feud. tit. 74. lib. 2. Poteſt exindè Beneficium eſſe ſinè fidelitate, hoc eſt ſinè iuramento fidelitatis, licèt ſinè fide eſſe non poſſit, quemadmodum dicimus in ſeruitio, quod à feudo ſeparari poteſt, atq; adeò feudum ſinè ſeruitio eſſe, immò etiam, niſi imponatur, non debetur, Dom. Reg. de Ponte conſ. 30. num.34. & 35. 1. vol. dicens, id maximè procedere, quando feudum non reperiretur taxatum ibid. num. 36. Ità etiam, & iuramentum eſſe dicimus, quod à feudo ſeparari poteſt, atq; remitti, quod ſecùs eſt in fide, quæ de ſubſtantia feudi eſt, & ità intelligas fidelitatem remitti poſſe, ideſt fidelitatis iuramentum, pro quo fidelitas quandoq; ſumitur, licet tamen propriè loquendo fidelitas præcedat iuramentum, prout inueſtitura, D. Reg. de Ponte lect. 20. & 21. vndè dicitur fidelitatem, ideſt iuram. fidelitatis debere ſubſequi inueſtituram eſſe determinatum, quod de inueſtitura verbali, & abuſiua, non autem reali, & propria intelligit Dom. Reg. Rouit. ſuper Pragm.23. de feud. num.39.*



100. cap.

Digitized by Google

Fidelitatem verò pro iure iurando, quod à Vaſſallo Domino præſtatur, hic etiam intelligimus 100. Eadem fidelitas diuiditur in iuratã, & non iuratam, 10. & præſtatur Domino, vel hæredibus 20. non ſolum ab ipſis, ſed etiam per procuratorem 30. Forma autem fidelitatis potiſſimum proponitur circa vitam Domini, famã 40. & bona 50. eius verſatur, eaq; obligat Dominumq; Vaſallum 60. illum ad obediendum, vel ad pœnam, quæ eſt perfidia, & feudi amiſſio, hunc, vt Vaſallum in poſſeſſionem mittat. 70.

Fidelitatis autem iuramentum Baro præſtare tenebitur, ac ſtatim per aſſensũ inueſtitur, ſecũdum iuris feud. comm. diſpoſitionem. 80. ex defectu autem dicti iuramenti infra legitima tempora præſtiti, fiat locus iuri reuocandi contractum feudalem, vt *Dom. Reg. Rouit.* ſcribit 90. Et ex his optimè dicitur feudi inueſtiturã non prodeſſe, niſi fidelitas iuretur. 100.

*100. cap. 1. quid præced. debeat, &c.*

*10. VVeſenbec. d. f. c. 8. num. 23.*

*20. cap. 1. de eo, qui ſibi, &c. & c. 1. q̃ fuit prima cauſa, &c. & ſi quæratur omnibus ne vel vni dicas, ſi vnus ſit Vaſallus, plures vnius feudi domini feudo inter Dominos diuiſo, non niſi vnam fidelitatem faciet, & cui ex Dominis voluerit, omnibus tamẽ ſeruitiũ p̃ſtiturus erit lib. 2. feud. tit. 77. inter Dominos feudorũ diuiſorũ fidelitas non fiet ante diuiſionem, nam iure feud. pro vnico feudo non debet quis duas fidelitates facere 2. lib. feud. tit. 102. pluresq; Dominos habere, cap 1. de prohib. feud. alien. per Frid. §. 1. in fin. Sed ſi faceret vnã partibus indiuiſis non poſſet partibus diuiſis alteram effugere. Si verò partitum fuerit, feudum, quot partes tot erunt fidelitates, 2. feud. lib. tit. 77. Ex conſtitutione namq; Friderici omnes, dicitur, qui partem feudi habent, iam diuiſi, vel diuidendi fidelitatem faciant in d. [illegible] & ſi feudum ex diuiſione ad vnum tantum peruenerit, ille tantum fidelitatem faciet, § Com. fil. ſi de feud. def. &c.*

*30. cap. 1. per quos fiat, &c.*

*40. Quoniam fama vitæ comparatur; l. iſti quidem, D. de eo, quod metus cauſ. nec minori ſtudio, & cura, quam vita ipſa nobis cordi eſſe debet, l. reprehendenda; C. de inſt. & ſubſt. vndè crudelis cenſetur, qui famam negligit, cap. non ſunt audiendi, 11. q. 3. quia ineſtimabilis fama eſt, l. ſi in duobus, D. de reg. iur. & omni cõmodo pecuniario præferenda, l. Iulianus, D. ſi quis omiſſ. cauſ. &c. grauiorq; amiſſione oculorum, l. infamia, C. de decurionibus.*

50 Res *namq; ſiuè hominis bona ſubſtantia, & vita ſunt, l. aduocati, vbi gloſſ. C. de aduoc. diuerſ. Indic. facit tex. in l. Pecudum, D. de vſuris, & ideo paria ſunt inſidiari vitæ, & bonis, Auth. quod Mater, C. de reuoc. donat. &c.*

*60. Nam quod expectat fidem eandem Vaſallo præſtare cogitur, cap. 1. de form. fid. in fin. ſi quod quiſq; iuris in alium ſtatuit eodem, & ipſe debet, cap. 1. de conſuet. recti feudi tot. tit. D. quod quiſq; iuris, &c. Guil. Forner. de feud. comm. tit. de inueſt. ſolemn.*

*70. cap. 1. de forma fid. cap. 1. de noua forma fid.*

*80. cap. 1. de noua forma, &c. in fin.*

*90. Dom. Reg. Rouit. ſuper pragm. 23. de feud. num. 12. vbi num. 14. dicit ſtatim contractu perfecto iuramentum præſtandum eſſe.*

*100. Dom. Reg. Rouit. d. l. num. 27. dicens num. 42. dictum iuramentum ab emptore præſtandum in hoc Regno in deſuetudinem abiiſſe, & num. 44. an ad præſtandum dictum iuramentum terminus currere incipiat, à die requiſitionis, vt voluit Capyc. & c. Dom. Reg. de Marin. 1. reſol. cap. 212. num. 8.*



Digitized by Google

8 (De feudi ſubſtãtialibus, naturalibus, & accidẽtalibus.)

In feudo rurſus, apud omnium Feudiſtarum doctrinam, quædam ſubſtantialia, ſiuè eſſentialia, aliqua naturalia, accidentalia quædã cõſideramus; Primò, ſubſtantialia ſcilicet, ſunt omnia, quæ ad feudi conſtituendam eſſentiam neceſſariò cõcurrere debent, & iſta quidem ſunt, vt proprietatis dominiũ penès Dñm concedentẽ ſit, ità, ꝙ indè apud Vaſallũ non niſi dominiũ in Vſufructu translatum conſideremus, ſicuti, vt in re immobili tantùm feudum conſtituatur, quemadmodum, vt in perpetuum concedatur, & poſtremò, vt cuſtodiendæ fidei præſtetur obligatio, tùm .ſ. quod ad Vaſallum, ſuũ ergà Seniorẽ attinet, tũ etiã, quæ ad Dñm, ergà eius fidelem ſpectant. Secundò Naturalia ea dicimus, quæ ex feudi eſſentia non fluunt, nèc in feudo eſſentialitèr, vt reſpectu Compoſiti Materiam, & formam conſideramus, inſunt, ea tamen, quæ feudorum vulgatæ Naturæ à iuribus feudorum cautæ cõueniunt. Feudi naturalia dicimus, vt ſunt, quod feudum gratuitum ſit, vt Vaſallus ad ſeruitia Domino ex feudo præſtanda obligetur, quod Vaſallus fidelitatis iuramentum præſtare debeat, quod in feudo à Maſculo quæſito, non niſi maſculi ſuccedant. 10. vt in alienatione feudi noui Domini conſenſus requiratur, & quod ſi feudum paternum, ſiuè antiquum ſit Agnatorum conſenſu eius alienatio fiat, &c.

10. *Licet cõtrarium ſit de Iure Regni, ſecundum quod, etiam fæmina in feudo maſculino ſuccedãt, ſeruata tamen ſexus, & ætatis prerogatiua de Iure Franc. ex vulg. conſt. vt de ſucceſſ.*

Quæ verò ſola contrahentium conuentione prætèr feudi communem eſſentiam, vel naturam feudo adijciuntur, accidentalia dicuntur, quibus etiam quandoq; feudum à ſua natura impropriatur, quæ tot modis eſſe poſsũt, quot modis à feudi Natura recedi pactis poteſt.

9 (De feudo; an ſit cõtractus.)

Feudum ipſum etiam contractum eſſe non dicimus, verumtamen ex ſententia peritiſſimi I.C. *Iacobi Cuiac.* feudum eſſe, quod per contra-

tra-

tractum conſtituitur, vndè ipſum contractum feudalem feudum eſſe non arbitramur, verum feudum, ea ratione, ab ipſo feudali contractu diſtingui, qua continens à contento differt, vndè ſicuti continēs ipſum contentum dici nequit, ità feudum ipſum contractum feudalem dici non poſſe elucidamus.

Idemq; feudum præterea, quemadmodùm à feudali contractu diſtingui diximus, ità ab emphyteuſi, cæteriſq; vtilis dominij ſpeciebus 20. & ſi in aliquibus ijs conueniat, vt ſuperficies, aliaq; Iura ſunt, longè diſtat.

*20. Vnde dicitur feudum habere naturā ſeparatā ab alijs bonis, & non comprehendi, ſicut cætera res, Dom. Camill. de Curt. Reſ. feud. c. 1. n. 6. & feuda non comprehenduntur in generali renūciatione facta verbis, quantumuis ampliſſimis, ſicut in generali conceſſione bonorum facta, non veniūt feuda, neq; in mādato generali, vt ſcribit idē ibid. n. 7. nèc in generali hypotheca feuda venire indè conſtat, quemadmodum neq; in generali alienatione ex eod. ibid. n. 8.*

Et ità etiam, quoniam feudum in dominio, quod à Vaſallo in vſufructu habetur præcipuè conſideratur, nèc, vt omne feudalis rei dominium in Vaſallum transferatur, nèc vt apud Dominū remaneat admittit, vt eſt in omnibus bonis, in quibus proprietatis, & vſusfructus dominiū habetur, vt allodia, ideſt libera bona (ſic dicta, quaſi ex eis nemo laudandus in auctorem, ſiuè concedentem eueniat) ſunt.

Feudū ex methodica ſecandi ratione à cauſis primū diſtribui conuenit, & cū præcipuè à cauſis illud conſtituentibus, diuerſas recipiat in ſe qualitates, ideircò primùm, ad cauſam efficiētem, vt aliud feudum Eccleſiaſticum ſit, aliud verò Laicale referimus, quam diſtributionem in vſibus feudorum primùm traditā dicimus. 10 (De feudi diuiſionibus.)

30. Eccleſiaſticum illud exponimus, quod à perſona Eccleſiaſtica de re Eccleſiæ conceditur, nec feudi Eccleſiaſtici naturam admittere fæminam ſuccedere dicimus, nam de eius natura fæminas, pròut laicale etiam feudum ſuccedere non admittit, vndè cum laicali feudo Eccleſiaſticum in hoc conueniūt, licet in multis intèr ſe valdè diſcriminentur; Seculare feudum, ideſt quod à ſæculari, ſiuè laico ſupremi, inferioris, vel infimi gradus conceditur, hoc eſt ab Imperatore, Monarcha, Rege, vel

*30. Vſ. f. vid. in c. 1. de his, qui feudare poſſunt; Anton. Contij Method. feud. cap. 3. de feud. diuiſ.*

alio

Digitized by Google

alio Summo Principe, cuius nemo Superior eſt, præter omnem imperantem Summum Dominum.

Laicale feudum, de quo omnis noſtra ſcribendi oratio præcipuè peragit: Primò, vel eſt regale, ideſt regalis Dignitatis, ſiuè conceſſum ab habente poteſtatem, & voluntatem conferendi Dignitatem Regalem; vel non Regale, ſiuè Dignitatis, ſed non regalis, quæ omnia Dignitatum feuda dicimus, & Imperatorem, ſiuè alium Principem Superiorem non recognoſcentem eo titulo dignitatis nempè Caſtrum donare legitimo Iure plaudente poſſe, cum ex ea donatione damnum Reipublicę nō ſequeretur. 40.

Definimus autem feudum Regale, quod ſit feudum Nobile Principis ſupremi auctoritate cū Regali dignitate conceſſum, & eiuſdem naturā ex *Oberto de Orto* eſſe dicimus, vt Feudatarij reg. feudi, filij non ſuccedant Patri, niſi iterum inueſtiantur, quod tamen hodiè non obtinere *Iſernia* dixit; Et eadem feuda Regalia ex propria eorum natura indiuiſibilia eſſe non ab ratione ſectamur, & ex Regalibus Feudis quædam ſunt Eccleſiaſtica, quæ ab Eccleſiaſtico Principe conceduntur, quædam Laicalia, quę ſ. à laico Principe dantur, exponimus.

Laicalia Regalis Dignitatis verò in ſpecie ſunt: Primò Regnum 50. Secundò Electoràtus 60. Archiduсatus apud Germanos. 70. proùt, & feuda Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quibus additur Baronatus, quæ feuda ipſa etiā Germanica gēs agnoſcit; Apud noſtrates autē Principatus, Ducatus, Marchionatus, Baronatus, in ordine ſolū feuda agnoſcimus. 80.

Et

*40. Ant. Contij ... thod. feud. cap. 3. in 3. diuiſ.*

*50. Regnum, quod cū hereditarium eſt certam familiam conſtituere poteſt, Knip. de fid. fam. nob. c. 1. nu. 178.*

*60. Electoratus, ex quo Electores dicti ſunt, de quibus latè habes, tùm de Laic. tùm etiam de Eccleſ. apud Sueuum ad aureā Bullam, & Knip. de fideic. fam. nob. c. 1. num. 106. & ſeqq. Carpzou. de priuileg. Elect. & Ducum Saxoniæ de non prouoc. in Concluſionibus.*

*70. Archidux dictus quaſi ſuprà Duces, prout Archiepiſcopus ità dicitur, quaſi ſuprà Epiſcopos, & quoniam ex Conſuetudine inductum eſt in Alemania filios omnes dici Duces, primogenitus tñ Archidux à verbo Archos, Archidux, ſiuè Princeps, ex quo tit. Auguſtiſſ. Auſtriaca Familia, quam Deus felici, perpetuoq; omine felicitet, deſcendit, Frecc. de ſubf. l. 2. tit. quis dicatur Dux n. 4. fol. 124. quos Archiduces Auſtriæ ad ducentos ferè annos Romani Imperij faſces obtinuiſſe teſtatur Philip. Knip. de fid. fam. c. 1. num. 174. & ſeq.*

*80. De Ducibus verò, & Comitibus ſcribit Pomponius Letus in Conſtant. hæc verba: qui Comitibus, & Ducibus prò augmento conſueuerant, dabantur Agri, villaq; vt neceſſaria ſuppeterent, quo aduiuerent, Parrochias vocabant; de Ducum, Marchionum, & Comitum etymologia, & origine, vltrà ea, quæ infrà noſtris in Viſionum elucidationibus ſcripſimus, latè habes apud Andr. de Iſern. in Comment. ad cap. 1. quis dicatur Dux, &c. & in cap. 1. de feudo Marchiæ, vbi Afflict. in repetit.*

F Bal.

Et iſti quidem omnes hæc feuda poſſidentes ſub genere Feudatarij in Regno cõuenniũt; 90 Eſt autem Feudatarius in Regno ille, qui in feudũ annuum redditum 20. vnciarũ poſſidet; Vndè in Regno feudum dicitur illud, quod eſt vnciarum 20. & quia minùs, non admittimus feudum eſſe, idcircò tale feudum vnciarũ 20. indiuiſibile dicimus, ità vt ex eo nequeant alia feuda fieri. 100. Et ità verum eſt, quod Feudatarius ille ſit, qui redditum vnciarum 20. poſſidet, non alitèr minùs, vt poſſidens partẽ feudi vnciarum 20. Feudatarius dicendus non ſit; 10. vndè cadit in pænã ſubmonitionis Regię factæ contrà Feudatarios prò Regio ſeruitio, ſi volunt ſeruire, nèc tenetur compatere in parlamento. 20.

Principatus feudum tenens, Princeps dicitur, licet tamen abuſiuè talitèr dicatur; nempè quia à Rege de feudo ſub Principatus titulo inueſtitus eſt; Etenim cum Princeps, quaſi omniũ primus dicatur 30. non poterit indè id tali Principi propriè conuenire, ſi ipſe Vaſallus, Regiſq; Feudatarius, atq; etiam ſubditus dicitur. 40. Quemadmodũ etiam abuſiuè Princeps ille dicitur, qui profeſſioni, officio, vel arti præeſt. 50. Princeps namq; proprius Imperator eſt. 60. vel etiam Monarcha, Rex, vel

alius

*Balzar. Laudenſ. & alij cæteri Repetentes ad dictum tit. & cap. Paris de re militar. lib. 7. verſ. ſed àn Comes, Steph. Forcatul. de f. cap. 3. Renat. Koppin. de Demanio Franciæ lib. 3. tit. à quò creatur Dux, Marchio, vel Comes, Andr. Knichen. de Saxonico non prouoc. Iur. verſ. Ducum Saxoniæ cap. 1. & 4. Vult. 1. de feud. 4. nu. 14. Bodin. de Rep. 3. cap. 2. in fin. fol. mihi 425. Philipp. Knipchilt. de fideic. fam. nob. cap. 1. nu. 129. Forſter. de Iuriſdict. Rom. p. 2. ſect. 3 n. 10. Ripoll. de Regal. cap. 5. Maſtrill. de Magiſtrat. cap. 5. 6. & 7. lib. 4. Dom. Reg. Rouit. & Capibianc. in Pragm. rubr. de Baron poſt Frecc. de ſubfeud tit. quis dicatur Baro in Regno fol. mihi 100. tit. de origine Comit. & quis dicatur Comes fol. 101 tit. de orig. March. & quis dicatur Marchio fol. 117. tit. de orig. Ducum, & quis dicatur Dux fol. 121. & tit. de præced. horum Baronũ, & c. fol. 132. & quis dicatur Princeps, latiſſimè exponit idem Frecc. dicto loco tit. de orig. Principum fol. 139. lib. 2. & in tit. de orig. Baronum, & qualitèr creantur in Regno lib. 1, fol. 10. D. Reg. de Ponte lect. feud. 6. n. 43. & lect. 7. in princ. D. Reg. de Curt. in ſuo diuerſorio feud. p. 1. pag. 11. Conrad. in Templo Iudicum lib. 1. de Mag. Regum cap. 4. 5. 6. & 7. Ann. in rubr. de Vaſallo decrepitæ ætatis n. 34. & 37. Larath. in Theatro feud. tom. 1. p. 5. diluc. 26. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1 Gloſſ. 10. p. 1. & apud innumeros alios.*

90. *Iſern. in cap. 1, § ſimiliter 1. col. de Capitaneo, qui Curiam vendidit, & in Conſt. Regni honorem in 3. col. quem ſequitur Frecc. de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicatur feudatarius num. 1.*

100. *Poſt Andr. quem allegat, ſequitur Frecc. d. l. n. 2.*

10. *Poſt Iſern. ſequitur cit. Frecc. d l. n. 3.*

20. *Poſt alios ſcribit laud. Frecc. d. l. n. 4.*

30. *Ideſt primum caput Paurmeiſter. de Iuriſdict. lib. 2. c. 9. n. 6. Beſold. Theſ. pract. Verb. furſt. vel fordeſte, Io: Linn. de iure publ. lib. 4. c. 2. n. 11. Cæſar lib. 1. de Bello Gallico.*

40 *Frecc. de ſubfeud. lib. 2, tit. quis dicatur Princeps n. 5. fol. mihi 139.*

50. *Frecc. d. l. num. 3.*

60. *Frecc. d. l. n. 4. vndè dicitur ſolũ Imperatori nomen hoc attribui ex l. Princeps 31.*

D. de

alius Supremus Princeps,qui Superiorem non recognoſcit, & in ſuo territorio, vt Princeps, neminem in Superiorem habet,& indè verſum eſt, filios Regum primogenitos,qui Parentibus mortuis in Regnis ſucceſſuri sũt,Principes vocari, vt in Hyſpania *Princeps Sereniſs.* *Infans* vocatur (& exindè Principatus feuda in Hyſpania non admittuntur, nè vel etiam Vaſalli Domini Regis Filij titulum haberent; Sicq;eſt Catholicæ Maieſtati Filijs nomen hoc condecorè reſeruatum) In Gallia *Delphinus*, & in Neap. Regno *Dux Calabriæ*. 70. Vndè ſemper Inclyti Auſtriaci Monarchę Filius,tamquã Regni Neapolis Regis Primogenitus, Princeps Hyſpaniæ, & Dux Calabriæ meritò vocatur.

*D. de leg. & l. 1. D. de conſt. Princ. & hodiè à Metropoli ſua, vel ab Ædibus, & arcibus,quas inhabitant, vel extruere nõ numquã etiã à Pagis, cognomina Principes, & titula aſſumunt, Philipp. Knipſchilt. de fideic. fam. nob. c. 1. n. 18.*

70. *Frecc. d. l. nu. 9. ſcribẽs qualiter Principatus dignitas apud Lõgobardos fuerit incognita, & à quibus originem ſumpſerit, latè ibid. n. 1.*

Ducatus feudum etiam habens,Dux ſolito more dicitur, vndè eſt,Ducem eum dici,qui de Ducatu inueſtitus à Rege eſt 80. De proprio autem huius nominis ſignificatu,dicũt, quod iſta vox, D*ux*, exprimit eum .ſ. qui ſtrenuus, & rei militaris peritus, aciem inſtruit, caſtramentatur, & Exercitum ducit; 90. Vndè Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & quas Baronias appellamus,muneris,& adminiſtrationis, & tẽporalis,non patrimonij nomine fuiſſe conſtat; ſecus hodiè Dignitates perpetuæ ſunt, vndè antè cum temporales eſſent, liberè Principi datas reuocari, nec ad hæredes Ducum, Marchionum, Comitumq;antiquitùs ſpectaſſe legimus. 100.

80. *cap. 1. quis dicatur Dux.*

90. *Bodin. de Rep. lib. 3. cap. 2. in fin. fol. 423.*

100 *Franc. Connan. lib. 2. Commẽtarior. iuris in tit. de bon. lib. fol. 272. quem refert, ac ſequitur Frec. de ſubf. lib. 2. tit. quis dicatur Dux num. 1. Scultz. in colleg. de iur. publ. diſp. 8. cõcl. 6. litt. C*

Et quoniam Dignitates temporaneæ erant, non niſi ab Imperatore pręcario nomine tenebãtur, & ad libitũ cõcedentis,itàut mutata voluntate, quandocumq; dignitatem illam reuocare ei licitum erat, nè vel ſcil. per longum tempus ſtabile Imperium permittendo,Ciuitates, & Caſtra, Ducem, Marchionem, vel Comitem ſtatim Subditi venerarentur,ei aſſueſcerent, &



Digitized by Google

tàm cõſtãtèr obſecrante voto eũ potiùs pręfectũ, quàm concedẽtẽ ipsũ Dñm intelligerent, agnoſcerent, ſicq; vna Ciuibus præ omnibus vrgeret affectio, vt nè Burgenſium Voluntas adeò iſtis in dignitate conſtitutis, ſpe, conuictu, Conſuetudine capta, accederet, vt tandem haud concedentem intelligerent, fidemq; ei promiſſam, neq; cuſtodirent, & ità Duces, Marchiones, Comiteſq; imperandi libidine capti, omne Imperium independenter vſurparent, & hoc præceptum inter Politicorum de Imperio conſeruando Arcana, Dignitates, Magiſtratuſq; ad longum tempus, vel breuè duraturum, congeſſit *Tacitus*. 10. Vndè apud Romanam Rempublicam id ſeruatum fuiſſe erudimur, quoniam *Dictatoris* ſumma erat poteſtas, ideò Rei Romanę, quo maior iuriſdictio erat, ità periculoſior, vltrà proindè ſex mẽſes ea poteſtas cõmiſſa Romana in iuris Hiſtoria non legitur 20. Et cum ex *Carolo Magno*, vt quidam ſcribunt, vel ex *Othone*, vt alij autumantur, Romanum Imperium Germaniam verſus adiret, Territoria Dignitatibus annexa, clientari vſitata, hæreditariæ etiam fidei conceſſa edocemur; Vndè primùm perpetuã Dignitates naturã aſsũpſiſſe liqt. 30. Et ad amicitiam fidelibus Clientulis conciliandam, eiſq; Principes perpetuandã, ad hæredes feuda prorogaſſe ſcribit ex *Tacit.* ſententia *Claap.* 40. Dixi feuda ad hæredes prorogata fuiſſe, quoniam, præter Romani Iuris Dignitates, antiquitus etiam ipſa feuda temporalia erant, & poſt varias leges tandèm perpetua effecta ſunt, nàm vt in vſibus feudorũ legimus; *Antiquiſſimo enim tempore, ſic erat in Dominorum poteſtate connexum, vt quando vellent, poſſent auferre rem, in feudum à ſe datam: poſteà verò eò ventum eſt, vt per annum tantum firmitatem haberent: deindè ſtatutum eſt, vt per*

10. *Tacit. 2. Ann.*

20. *l. 2. § populo, D. de orig. iur. Dionyſ. Liu. Plutarc. Pomponius in Commentar. Forcatul. de feud. d. cap. 3. num. 5.*

30. *Bodin. d. l. 3. c. 5. n. 303. Connanus in Comment. Iur. Ciuil. lib. 2. c. 9. n. 5. Gentil. de iuriſd. lib. 3. cap. 23. Addit. ad Donell. Iur. Ciuil. lib. 17. c. 9. litt. H.*

40. *Claap. de Arc. Imper. lib. 2. cap. 19. idemq; de Procer. & Magnat. animaduertit Giptius in add. ad D. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 35. n. 1. lib. 1.*

Digitized by Google

*per annum tantùm firmitatem haberent: deindè ſtatutum eſt, vt vſq; ad vitam fidelis produceretur, ſed cum hoc iure ſucceſſionis ad filios non pertineret:* Sic *progreſſum eſt, vt ad filios deueniret; in quem ſcilicet* Dominus *hoc vellet Beneficium confirmare, quod hodiè ità ſtabilitum eſt, vt ad omnes æqualiter filios pertineat: Cum verò Conradus Romam proficiſceretur* 50 *petitū eſt à fidelibus, qui in eius erant ſeruitio, vt lege ab eo promulgata hoc etiam ad Nepotes ex filio producere dignaretur, & vt frater fratri ſinè legitimo hærede defuncto in beneficio, quod eorum Patris fuit, ſuccedat; Sin autem vnus ex fratribus à Domino feudum acceperit, eo defuncto ſinè legitimo hærede, frater eius in feudum non ſuccedit, quod & ſi communitèr acceperint, vnus alteri nō ſuccedit, niſi hoc nominatim dictum ſit, vt vno defuncto ſinè legitimo hærede, alter ſuccedat: hærede verò relicto, alter frater remouebitur.* Hoc *autē notandum eſt, quod licet filiæ, vt Maſculi Patribus ſuccedant, legibus tamen à ſucceſſione feudi remouentur, ſimiliter, & earum filij, niſi ſpecialitèr dictum fuerit, vt ad eas pertineat.* Hoc *quoq; ſciendum eſt, quod Beneficium ad vnientes ex latere, vltrà fratres Patrueles non progreditur ſucceſſione, ſecundum vſum ab Antiquis ſapientibus conſtitutum, licèt moderno tempore vſq; ad ſeptimum gradum.* (60) *ſit vſurpatum, quod in Maſculis deſcendentibus nouo Iure in infinitum extenditur.*

(50.) *Corona s. Imperij accipienda cauſa, quā dedit Ioann. XXI. & is eſt Conradus Salius nuncupatus, quod Dux eſſet Francorum Orientalis, qui ſalij dicti ſunt. Cuiac. in cōm. ad §. & quia de his q. f. d. p.*

(60) *Siuè geniculum, vt Cuiac. legit in vulg. c. 1. de his qui feud. dar. poſſ.*

Duces igitur à Romana Republica latè rèpetit *Freccia* (70.) & *Eguinarius Baro* Ducem 12. Comites habere ſecum cæpiſſe teſtatur, qui eum Ducem comitarentur; & ab eius latere non recederent. (80.) Nàm cum Prouincia, ſeù Regio, quæ Duci deputabatur, ſpatioſa territorijs eſſet, idcircò Satellitibus, ideſt Comitibus prò Ducatu exercēdo indigebat. (90) Ducis autem nomen ei competere dicimus,

(70) *Frecc. d. l. nu. 1. & latiſſimè à nu. 9. vſq. ad 31.*

(80) *Eguinarius Baro in Method. Iur. Feud. Cart. 1.*

(90) *Frecc. d. l.*

qui exercitui p̃eſt, à ducẽdo exercitu. licet meliùs Gubernator diceretur. (100. In Regno verò Dux exercitus, vocatur Mareſciallus exercitus, vel exercitus Capitaneus. (10.) Et in Italia Lõgobardos primũ Duces tuliſſe refert *Collenutius*. (10) Dux autẽ maior Barone, Comite & Marchione eſt propter maiorẽ Dignitatẽ, & Iurisdictionẽ, quã habet (10.) Vndè veſtitur circulo, cũ lapidibus prætioſis, & gẽmis prò inſigni. (20.) Quod ſecùs eſt in Comite, qui veſtitur circulo ſinè lapidibus, & ſinè Gemmis. (30.)

Spectabilem perſonam Ducem eſſe non ambigimus, & de Conſuetudine Illuſtriſſimũ dici concedimus. (40.)

Marchio rursùs ille dicitur; qui de Marchia à Rege inueſtitus eſt. (50.) dicimus autem ipſã Marchiã, à Marcha dictã eſſe, quia iuxtã Mare poſita eſt; De Marchionis autem nomine nullam originem haberi poſſe ſcripſit *Zaſius*, & gothicũ putat eſſe vocabulũ, & in Vſ. feudorũ barbara interpetratione deſcriptũ fuiſſe dicit; *Odefredus* verò Frãcorum, & à verbo Liminarcha Rom. Iuris dictum vocabulũ repetit, de quo vide *Alciatũ* in *Parergo*, & alios, qui variè huius nominis deriuationẽ repeterunt, habes apud *Frecciam*. (60.) Breui tamen nos verborum ſcriptura concludimus, Marchionẽ dici ex *Marggrauiorum* Familia, qui ità ex eo erant, quod finibus Imperij tuendis præfecti, limitumq; Iudices fuerint. (70.) Hinc eſt *Albertum Bononienſem*. (80.) dixiſſe Marchionem appellari Regionis, ſeù Prouinciæ Præfectum, atq; Iuriſdicendi Magiſtratum, & optimè etiã Marchionis nomẽ ad Iuris Romani vocabulũ, liminarcha, ſeù fines Imperij cuſtodientem. (90.) referri cõcedimus; Atq; ità olim Marchionis nomen iſtud officij fuit, & temporalis

(100) *Arg. l. quemadmodum § ſi Nauis ad l. Aquil Frecc. d. l. n. 1. in fine.*

(10.) *Ex Luc. de Penn. Freccia d. l. n. 2.*

(10) *Collenutius in hiſtor. Neap. in 2. p. Frec. d. l. n. 3. vbi latè hoc explicat.*

(10) *Frecc. d. l. n. 43.*

(20.) Idem *Frecc. d. l. n. 44.*

(30.) *Frecc. d. l. n. 45. & nu. 46. dicit inſignia, & ornamẽtorum qualitatẽ denotare maioritatem & minoritatem dignitatis, & de Ducum, & aliorum titulatorum pracedẽtia habes apud eundem d. l. à n. 47. vſq. ad fin. per tot.*

(40) *Frecc. d. l. n. 7. vbi nu. 8. ponit Ducem dici quaſi ipſe alios, quod virtutem educat, & qualiter pra cateris debeat eſſe fortis, uigilans, prudens, ſapiens, honeſtus, fidelis, & religioſus & qui nam antiquitus Duces in Regno fuerint ponit n. 6.*

(50.) *c. 1. quis dicatur Dux, Marchio.*

(60.) *Frecc. de ſubf. lib. 2. tit. quis dicatur Marchio n. 1.*

(70.) *Knichen. de Saxon. non prou. Iur. verb. Ducum. c. 4. no. 30. & ſeq. Borch. d. f. c. 5. nu. 31. Nolden. de ſtatu Nobil. c. 8. n. 163.*

(80.) *Albert. Bonon. Italia Region. 10. Cart. 247.*

(90.) *l. liminarcha, C. de ſeru. fugit. Vlt. de feud, 1. cap. 4, n. 14. & rectè Marchio limitaneus apud Germanos vocatur Frecc. d. l. n. 12. vbi n. 13. qua dicantur limitaneus Exercitus, limitanea Ciuitates, limitanea Manſiones, ſeù Domus habes, & n. 14. quinam agri limitati, & fundi limitrophi dicantur, exponit*

Digitized by Google

poralis dignitas, prout cæteræ etiam erant dignitates, vt ſupra diximus, hodiè verò eſt Patrimonij, & hæreditaria, & is Marchio dictus eſt, qui de Marchia iueſtitus eſt à Rege, ſeù Prĩcipe, & ijs Marchionibus, licet hodiè limitum, clauſtrorũq; Imperij Defẽſores nõ ſint, nomẽ attamẽ ex cõmuni loquẽdi cõſuetudine remãſit. (10) Qualiter autẽ Marchio in Cætu Procerũ, & Magnatũ ſedeat, & vtrùm præcedat Comitem, & vter ipſorum antiquior creatus, & quibus comparandus ſit, *Marinus Freccia* adeundus eſt. (20.) probans etiam Marchionem Illuſtriſſ. perſonam dici. (30.)

Comitum appellatione in Iure feudorum veniunt, qui de Comitatu aliquo à Rege inueſtiti ſunt. (40) Quorum autem Familię Dignitatẽ, & appellationẽ antiquiſſimam apud *Cabedum* legimus (50.) Eamq; dignitatem ãtiquiorem fuiſſe, quàm Ducum, Marchionũq; conſtat. (60.) Atq; tùm in Occidentali, tũ etiã in Orientali Imperio, tantã eorum fuiſſe prærogatiuam, vt Ducibus etiam præponerentur, & hi illi adiungerentur in diſciplina Militari, & olim iſti Comites nihil aliud erant, quàm Iudices. (70.) Vndè patet Comitis nomen antiquitùs officij fuiſſe, & Comitatus officio magis, quam Dignitati cohærebat antiquitùs (80.) Et temporalis dignitas, hodiè verò poſtquam Prouinciæ, quibus præficiebantur Comites, infeudari, & hæreditario nomine, & Iure, cum Dignitate regali transferri cęperunt, perpetua ad hæredes tranſitoria dignitas illa facta fuit. (90.) Varia quoq; apud Romanos Comitum fuerunt, & Nomina, & genera, de

(10.) *Matth. Steph. de Iuriſd. lib. 2. p. 1. cap. 6 n. 98.*

(20.) *Freccia d. l. n. 2. vbi de Marchionibus multa nectit de quibus eum adeas.*

(30.) *Frecc. d. l. nu. 7. vbi nu. 8. quare filius Marchionis in Patris Marchionatu non ſuccedat, habes, & nu. 9. ſcribit de Marchionũ priuilegijs, dicens, ijs priuilegijs gaudere, quibus Illuſtr. perſonæ gaudent, & intèr cætera eſt, quod non poſſit prò delictis abſq; licentia Proregis citari quia dicitur Regis Cõſiliarius.*

(40.) *Interp. vna voce comm. in cap. 1. quis dicatur Dux Marchio &c. Bald. in ca. 1 de his qui feud. dare poſſunt Maſtrill. de Magiſtrat. c. 7. nu. 15. lib. 4.*

(50.) *Cabed. dec. Luſitan. 105. n. 2 p. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 7 n. 4.*

(60.) *Sixt. de reg. lib. 1 cap. 4 n. 54. vndè rectè Comes ille dicitur in Frãcia, qui habet ſub ſe decem Barones. Freccia de ſubf. tit. quis dicatur Dux nu. 32. & hãc Comitis Dignitatẽ vetuſiſſimam in Regno etiam priùs quàm Duces eſſent, & Principes eſſe, dicit Freccia de ſubfeud. tot. tit. quis dicatur Comes n. 561.*

(70.) *Frecc. 2. de ſubf. tit. quis dicatur Comes n. 1.*

(80.) *Knichen de iur. territ. Cap. 4. n. 95. quem ſequuntur dam. mem. Petrus Heig. 1. q. 2. & Beſold. conſ. 195. n. 10. & ſeq.*

(90.) *Quod latè explicat Frecc. 2. de ſubſ. tit. quis dicatur Dux n. 1*

Digitized by Google

de quibus *Marinus Freccia* adeũdus eſt. (100) Baro, qui apud Germanos, Galloſq; is dicitur, cui ſpecialitèr à Rege ſup Territorio, ſiuè Oppidorũ Iuriſdictione hæc dignitas cõceſſa eſt. (10) In Regno dicitur, qui Caſtrum habet à Rege in titulum Baroniæ, vel qui habet ſub ſe feudatarios feuda quaternata tenentes. (20.) Baronis autem vocem, & Dignitatem nilmirùm ſi in libro feudorum *Longob.* non legamus. (30.) Quoniam apud *Longobardos* Dignitas hæc incognita fuit, in Regno verò nouæ Dignitatis inſtitutio, Baronia fuit, ex Conſuetudine s. introducta. (40.) Baronum autem appellatio, licet generalis ſit, ità vt cõprehẽdat õnes feuda regalẽ dignitatẽ annexam habentia tenentes, vt puta Duces, Marchiones, & Comites. (50.) Specialitèr attamèn Barones eos intelligimus, qui pręeminentiam quandam habent, vltrà ſimplices nobiles.

Ducibus tamẽ Marchionibus & Comitibus inferiores *B*arones sũt, & ità sũpti, èos intelligimus, qui de Baronia cum Baronali, & regali dignitate inueſtiti à Supremo Principe sũt, vel circà Baroniam hac Dignitate prædití. (60)

Feudum non regale illud exponimus, quod Nobilitatem abſq; Illuſtri dignitate confert, licèt à Principe Supremo Dignitatem conferẽdi poteſtatẽ, nõ verò regalẽ Dignitatẽ cõferendi, voluntatem habente, recognoſcatur, quemadmodum, & à Principe Superiorem recognoſcente feudum non regale recognoſci dicimus.

Quod itẽ feudũ, aliud nobile. i. paradogũ, ſeù nobilitatem conferẽs, aliud ignobile ſit, etiam efficienti Cauſæ adiudicamus; Antiquum autem feudum nobile, ea ratione dicimus, quia no-

(100.) *Marin. Frecc. 2. de ſubſ. quis dicatur Comes à nu. 3. vſq; ad 18. vbi multa ſatis erudìtè de Comitibus ſcribit, vbi quæ nã Comitis inſignia ſint nu. 54. & qualitèr per Vexillũ de Comitatu inueſtiaturn. 57. exponit.*

(10.) *Alciat. lib. 2. parad. tit. 16. & idẽ Alciat. lib. de ſign. cert. C. 32. Cabed. dec. luſit 104. 2. p.*

(20) Frecc. *de ſubſ. 2. tit. quis dicatur Baro in Regno n. 1. & 5. vbi n. 3. quid Græco in Vocabulo Baronis Vox ſonet, exponit, nempè hominem fortem, ac potentem in aliqua notabili praeminentia, excellentia conſtitutũ nu. 7.*

(30) *puta in c. vn. quis dic. dux.*

(40) Frecc *d l. nu. 5. & qualiter Baronum Vſus veterrimus in Regno, ac frequens fuerit in diuerſis Regionibus & Regni Ciuitatibus latè exponit ibid. n. 9.*

(50) *Matth. de* Afflict. *in cap. 1. in princ. n. 1. de his, qui feud. dare poſſ. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 1. n. 25.*

(60) *Choppin. de Doman. Regis Francię lib. 3. tit. 26. n. 7. an autem Barones poſſint ſubditis imponere operas latè exponit Amaya ſuper C. lib. 10. tit. de auro Coron. l. vn. n. 43. vbi negatiuè reſpondit, veluti, vt ſubditi pręſtent eis hoſpitia, lectos, Veſtes, Munera, & alia, & quod imponendo operas iſtas, neq; præſcriptio eis ſuffragari poterit. idem explìcat in Cod. lib. 10. C. tit. de Immunit. & c. l. 1. nu. 17. qualiter autem poſſit Baro præcipere ſubditis, vt Territorium feudi colant, exponit Frecc. 2. de ſubſ Author. 41. n. 1. & qualiter poſſit etiam Vaſallum pignorare authoritate propria prò Iuribus feudi ſibi, idem Frecc. explicat d. l. Author. 40. nu. 1.*

nobilius feudum illud eſt, quod diutiùs in aliqua familia permanſit·(70)

Feudum item, quod aliud maſculinum, aliud verò fæmininũ ſit 80. efficiẽti quoq; cauſæ attribuẽdum eſt, Fæmineum, & maternum feudum idẽ eſſe dicimus; In dubio autem Maſculinum præſumendum, cum de natura feudi fæminæ in feudis ob earum ſexus fragilitatem non ſuccedant; Cùm autem fæminæ feudum conceditur; tunc ſeruitia ei remiſſa cenſentur; Ex feudo autem maſculino, & fæmineo mixtum quoddã componitur, habens ſcilicet naturam feudi maſculini, & fæminini. Quod feudum etiam aliud ſit nouum, aliud antiquum, efficienti cauſæ attribuitur. Similiter, quod feudum aliud ſit ligiũ, aliud verò non, eidem efficienti cauſę adiudicatur; Queadmodũ, quod feudũ quoddam indiuiduum, quoddam verò diuiduum ſit, ab eadem efficienti cauſa repetitur.

Materiali cauſę, quod aliud feudũ corporale, aliud incorporale ſit, meritò adiudicari poſſe ſectamur; Quemadmodum, vt aliud diuiduum, aliud verò indiuiduum ſit.(90)

Et ex conſtitutione etiam feudi, vt aliud hæreditarium, aliud verò ex pacto, & prouidentia, & ex his quoddam mixtum repeti dicimus, hæreditariũ ſcilicet, quod hæredis qualitatẽ reſpicit. 100. ex pacto, quod ſanguinis conditionem exquirit, mixtum, quod vtrumq; continet, atq; requirit. Similiter ex eadem conſtitutionis ratione repetũ-

H tur

(70)*Neq; n. feudum nouum poſſidens Nobilis eſt, neq; n. ex quo diuitiarũ fama quis decoratur, veram nobilitatem habere dicimus, niſi antiquitùs de familia nobilibus geſtis explorata ſit fides; & licèt ſinè opibus, ac diuitijs, nobilis famlia conſeruari, & propagari nequeat, vt Tiraquell. de nobil. cap. 25. per tot. expon. Diuitiæ tamen ſolæ nobilem nõ faciunt, vt* Philipp. *Knip. in tract. de ordin. equeſtr. iur. ac priuil. lib. 1. cap. 5. latè declarat;* Poteſt *.n. quis eſſe pauper, dignitate tamen, & fama domus integra manente, l. vt tantum* 14. § 1. *D. de ſeru. corrupto l. 2. §. poſt hunc* 47. *verſ. ego Sabino D de origine Iur. vndè nemo ſapiẽs Paupertatem, & ignobilitatẽ maledixerit.* Pruckman. *cons.* 6. *nu.* 274. *vol.* 2. *Vueſenbec. conſ.* 18 *n.* 27. *Mynſing reſp.* 2. *nu.* 27. *Gaill.* 2. *obſeru.* 95. *n.* 20. *nullũque abſurdius, aut perniciosius, quam dignitatem quæſtu ordinem pecunijs, Nobilitatem* opibus *metiri exclamat Bodin de Repub. lib.* 3. *cap.* 8.

(80)*Omne autem feudum in dubio, non conſtito .s de tenore inueſtituræ, maſculinum præſumitur, imò in feudo acquiſito pro ſe, & genere, fæminę non ſuccedunt D. Camill. de Curt. feud. reſ. cap.* 1. *n.* 23. *cuius concluſ. cauſ. aſſignat vſq; ad n.* 31.

(90)*Diuiduum, quod in partes diuidi, & ſcindi poteſt, & regulariter inter hæredes diuiditur ſicuti media, & infima feuda, quæ in partes diuidi poſſunt; Et ab initio quidem fuit, vt omnia feuda diuidi poſſent, ſed per Frider. conſtitutum eſt, vt nobilia feuda i. regalia ſint indiuidua § firmiter verſ. præterea tit. de prohib. feudi alien. per Frid.*

(100.)*Vndè dicitur in feudo hæreditario non ſufficere agnationem, niſi hęreditaria qualitas adſit Knip. de fideic. fam. nob. c.* 8. *n.* 369. *& feuda ex pacto acquiri ſucceſſione, hęreditaria verò tranſmiſſione à defuncto in hęredẽ D. R. de Ponte d. feud lect.* 13. *n.* 18. *&* 20. *nu.* 2 *& feudi hęreditarij eã eſſe naturã, vt ſuccedẽs in eo dicatur eſſe hæres feudi, & in eo ſuccedere tanquam hęres inſtitutus à principio generationis ipſius, ex quo pulchram inducit illationẽ author. rei iudic. confirmatam D. Reg. de Ponte lect.* 13. *n.* 19. *feudum autem, cum quis acquirit*

Digitized by Google

tur feudũ quaternatũ, & de tabula; quę feuda propria ſunt.(10)

Verè autem impropria omnia feuda dicimus, quæ feudorum intrinſecæ naturæ repugnant, vt ſunt, quando conceditur feudi proprietas, & vſusfructus Vaſallo; Secundò ſi feudum in re immobili conſtituatur; Tertio feudum ad tempus conceſſum; Omne autem feudum, vel eſt in Curte, vel extrà Curtem; Primũ quando eſt in concedentis territorio, quod in feudum cõceditur; Secundũ quando extrà Domini territorium. i. iuriſdictionem in feudum datur.(20.)

Ex contrahentium pacto, vel etiã ex feudi cõditione non verè improprium feudum eſſe ſortitur, ſed improprium, improprietate ſcilicet naturæ, & eſt, cum feudum ex pacto, vel ex eiuſdem cõditione à regulari natura feudi recederet.

Ex pacto ſunt feudum francum, cenſuale, ex pacto, & prouid. hæred. pignoratitiũ, alienabile, emptũ & alia, quæ à feudorum communi natura ex cõuentione recedunt.

Ex propria feudi conditione imp. vt ſup. feud. ſunt fæminea feuda, de Cam. Cauenæ, ſoldatæ, habitationis, & alia mercedis omnia feuda, vt puta Guardiæ, Gaſtaldiæ, Aduocatiæ, Procuratiæ, & cætera offic. feuda, item, quod aperturę dicunt, & om-

*quirit, prò ſe, & heredibus acquirere dicitur D. R. de Marinis cap. 23. reſol. iur. n. 3. lib. 1. Et feudum hereditarium ab Allodio ſeparatum Patrimonium non eſſe idem D. Reg. de Marin. exponit 1. reſol. cap. 161. n. 6. In feudis verò in Regno, tam ex pacto & prouidentia, quã hereditario Iure francorum viuitur, vt idemet D. R. de Marin. teſtatur lib. 1. reſol. iur. cap. 150. nu. 1 5. 6. 14. & 19. & à feudo ex pacto, & prouidentia ad fideicommiſſum valere argumentum ſcripſit D. de Curte reſol. feud. cap. 1. nu. 116. quę declarat in numeris ſeqq. & an in eo ſuccedatur etiam vſq: ad ſeptimum gradum idem ibid. n. 120. videndus eſt.*

*(10) D. Reg. de Marin 1. reſol. cap. 223. n. 17. & 25. & de differentijs inter vtraq. feuda idem ibid nu. 19. & de conuenientijs num. 28. ibid. Quod regulatur ſecundum ius commune feudor. nõ vero Regni, vt idem D. de Marin. ſcribit d. cap, 223. n. 17. & 24. feudum de tabula, ſiuè planum dicitur, quod à Barone conceditur tenendum immediatè, & in capite à Baronali Curia, & dicitur planum ſecundum Andr. de Iſern. relatum à Georg. in repetit. feudal. cap. 8. n. 14. verſ. ideo, Iſern. ideſt ſinè ſolemnitate arg. c. forus de verb. ſignif. ibi ſummariè, ſimpliciter, & de plano, & de tabula, quoniam non in breui teſtato, ſed ſufficiebat in tabula notari D. Reg. de Marin. 1. reſol. iur. cap. 126. n. 79. n. 80. In Regno autem, quoniam Barones ſubinfeudare nequeunt, ex generali prohibitione habita in Conſtitutione conſtitutionẽ D. M. cui neq: aſſentiri Excellentiſſimus pro tẽpore huius Regni Prorex, poteſt, cum reſeruatũ ſit Catholicę Maieſtati, vt in prag Regni, quę vulgo dicitur nouẽ Capitũ, quę eſt quarta in ordine ſub tit. de feudis, ſancitur, excadentias tamen ex eadem conſtitutione à Barone ſub eodem ſeruitio concedi iterum poſſe conſtat; Excadentię, nempè quę reperiuntur ante ab ipſo Barone cum aſſenſu infeudatę, & poſteà ſunt ipſi deuolutę, quas tunc intelligas poſſe Baronem iterum concedere, cum illas non incorporauerit Domanio feudi, vt ſcribit D. Reg de Marin. d. cap. 126. n. 80 pergens n. 81. Baronem ideò bona Burgenſatica in feudum dare non poſſe in Regno, quia id fieret in pręiudicium collectarum, ex Petro Gregor. de quò eum videas; Quod verò tenetur à Barone conceſſũ, tamen cum Regis aſſenſu, vel conceſſum eſt à Rege, tenendum tamen à Barone, quaternatum feudum eſt, vt latè poſt Iſern. ſcribit Camerar. in l. imperialem fol. mihi 69. litt. A & ſeq. & pręcipuè litt. E. quos memorat cit. D. R. de Marin. d. l. n. 82. de quo feudo eſt etiam in Regni Conſt. poſt mortem, quam exornauit*

& omnia, quæ ratione certi ſeruitij prçſtandi dantur, impropria ſunt. (10.)

11. De feudi cōſtitutione.

Feudum autem cum conſtituitur, tria conſiderantur; Primò. s. perſonæ in feudum dantes, & acquirẽtes 2. res, quę in feudum conceduntur, & 3. modi, quibus feudum conſtituitur. Circa perſonas feudum dantes id ſcribendum eſt .s. quod vnuſquiſq; rei perfectè Dominus legitimã ſuorum bonorum adminiſtrationem habens, legitimè in feudum concedat, quod ad omnes hodiè porrigitur (licet contrarium olim fuerit) tùm s. ad maſculos, tum etiam ad fæminas, licet olim ex ſexu differẽtia eſſet, nec perſonę conditio impedit, quò minùs in feudum dari poſſit, tùm s. ex laicis ſupremis, tum etiam infimis, immò, & Clerici de bonis proprijs omnes indiſtinctè feuda conſtituere poſſunt, immò antiquitus etiam de Bonis Eccleſię quibuſuis, eorum poteſtati, vel præfecturæ ſubditis: ab ea regula tamen, ex Conſtitutione *Papæ Vrbani* II. exempti fuerunt tituli, ac poſteà in *Conc. Lateran.* primitię, & decimæ, immò hodiè ex his non alij, quam, qui antiquitùs feuda conſtituere de dictis bonis ſolent, & in iſtis verificatur illud, quod dicitur, aliquos, & ſi rerũ Domini nõ ſint, in iis tamen feuda conſtituere poſſe; Tantundem Tutoribus, & Curatoribus quin, & alijs alienarum rerum Adminiſtratoribus conceſſum non eſt; Qui autem Tutorum, & Curatorum authoritati ſubduntur, & eorum auxilio indigent, nec ipſi quidem, nec cum dictorum conſenſu .i. auctoritate, feudum conſtituere poterunt, atq; adeò multò minus ſinè illo: De prodigo, furioſo, & cæteris perpetuis morbis laborãtibus, nullũ feudum in bonis proprijs cõſtituere poſſe dicimus, cũ eis eorũ bonorum adminiſtratio per morbum interdicta ſit. (20.) Et de cæteris autem illa regula vera eſt, quod tùm feudi conſtitutio ab ijs facta valeat, cum intelligunt, quod agunt. Qui

*uit D.R. Coſtant. in l. 2. C. de vendit. rer: fiſcal. lib. 10 poſt nu. 34. & eam memorat. cit. de Marin. d. l. n. 83. & Iura Regni de feudo loquentia de feudo, quaternato intelligẽda eſſe D.R. de Marin atteſtatur 1. reſol. cap. 122. n. 6.*

(20) *Ant. Cont. metho. Iur. feud. ca. 3 diuiſ.* 10

(10) *Ant. Cont. cap.* 3 *Meth. in feud. diuiſ.* 7. *quẽadmodũ õnia, quæ ſub ãnno aliquo introitu præſtando, cõceduntur impropria feuda ſunt, & ſi feudi nomine cõcedantur, cum ephyt. magis quam feud. dicẽda, ſint ſiuè vt Balz ex Alex. Aluarot. & alij dicit feuda ſictualia dicẽda eſſe in lib. 2 feud. tit. quid ſit inueſt. ad § ſi vero n. 12. & 13*

(20) *Philipp. Kniſch. poſt alios, quos allegat in tract. de fideicommiſſ. famil. nobil. cap. 3. num. 60. & 61. dicẽs tutò maritũ in rebus dotalibus feud. conſt. poſſe d. l. n. 63.*

Qui alieno rurſus Iuri ſubduntur; hi,cum vix aliquod proprium habeāt vel nè liberam eius adminiſtrationem retineant,non tamen in feudū legitimè concedant.

Hinc filius fam. in re peculiari aduentitia, & profectitia, Ius feudi non concedit,concedat tamen in Caſtrenſi,& quaſi,in quibus peculijs filius familnon dicitur,ſed pro Patre fam. habetur. Serui,nec in feudum dare poſſunt, cum nullum peculium habeant, ſed quidquid eis quæſtu aduenit,Domini eſt: (30.)

Omnes in feudum accipere poſſunt, dummodo id acquirere expreſſè nō prohibeantur. (40.) Nulla.n ſexus ætatis,ſtatus, ordinis, conditionis,& qualitatis ratio habenda eſt, expreſsè autē prohibentur Hęretici, Apoſtatæ, Excommunicati, Proſcripti,& cæteri infames.

Res,quę in feudū datur,ideſt oportet,immobilis ſit, quia. s.feudum vſusfructus eſt,& is,non niſi in rebus immobilibus conſtitui poteſt,quod intelligas,ſiuè ſit res immobilis corpore, ſiuè Iuris intellectu,vt puta, quæ immobilium naturam ſequuntur,vt penſiones (50.) Id autem certum eſt;rem in feudum dādam talem eſſe oporteret, vt s.ex ea aliquod commodum percipiatur, aut pcipi ſperetur,ſiuè in genere dignitatis,hoc eſt honoris,ſiue lucri illud ſit;Ex dictis rebus autē, ōnes cuiuſcūq;generis ſint,concedi poterunt,verum non eodem modo; Etenim quædam eius ſunt naturæ,vt in feudum dari poſſint, per ſe, atq;vnà ſimul cum alijs, quædam non niſi cum alijs,atq;in earum conſequentiam, per ſe numquam;Eius generis primò ſunt res immobibiles ſoli, ſecundò res immobiles ſolo cohærentes, tertiò res,quæ iure immobilium cenſentur, cuius generis ſunt omnia Iura(inter quæ,Regalia excellunt) vt ſunt ānui redditus, debitorum nomina,inſtrumentum, dominia in proprietate, quæ directa dicunt dominia in vſufructu, quæ domi.

*(30) Ant. Cont. Meth. 1. feud. cap. 1. de his qui in feudum dare poſsūt.*

*(40.) Vndè filium fam. feudi capacem eſſe cit, Knip. d. l. cap. 4. n. 12 & Patri Vſufructū quęri 1. n. 13. & 17. cit. Ant. Cont. d. l. tit. de is, qui feudū accipere poſsūt, nō tamen patri vſumfructum quari dixit D. Camillus de Curte. reſ. feud. cap. 1. n. 13.*

*(50) Pēſiones, redditus, nummi panes ciuiles, teſſerę frumētaria Nouell 7. Clem. exijt de V. Sig. l. vn. C. de Iur. dotium, vndè dicitur in feudum cōcedi poſſe Ducatum, Comitatum. Baronatū. Knip. d. l. c. 5. n. 14. Territorium, & ſuperioritates territoriales n. 15. Regalia n. 17. iuriſdictionē altā & baſſam n. 18. Vectigalia. pedagia, Gabellas n. 29 penſiones de Cam. & lacun. nu. 25. Ius piſcandi n. 40. Caſtella nu. 48. Siluas caduas Vineas nu. 62. & ſeq. Bona emphyteutica n. 84. & ſiluis, vel Vineis in feudū conceſſis, extirpatis, quatenus feudales permaneant cap. 5. n. 64.*

dominia vtilia vocant, vſusfructus, vſus, habitationes, & cęteræ ſeruitutes.

In feudum dari nequeunt ex earum natura feudi eſſentię repugnante, res mobiles, etiam ſi cautio interuenerit. (60.) Et res omnes, quæ vel legis, vel hominis diſpoſitione .i. in contractu, vel in vltima voluntate facta, alienari nequeũt; lege, vt puta primò Iure Gent. res communes, publicę, & vniuerſitatis, ſecundò rès ſanctæ, sacræ, & religioſæ, idq; etiam Iure Canonico ſuadetur, & licet publicæ per ſe ſingulæ non alienentur, tamen alienantur in vniuerſitate; In rebus Eccleſiæ hodiè tamen receptũ eſt, legitimũ poſſe Feudum conſtitui (exceptis titulis, decimis, & primitijs) in ijs, ſi à præpoſito Eccleſiæ infeudari ſolitæ ſint. (70)

12 De modis conſtituẽdi, & acquirendi feudum.

Ad feudi conſtitutionem, quemadmodum primò conſiderantur perſonæ in feudum dantes, & acquirentes, & ſecundò res, quæ in feudum cõceduntur, de quibus diximus, ità, & tertiò, modi, quibus feuda conſtituuntur, & acquiruntur, cõſiderandi veniunt; Circà quam rem, & ſi à multis, modi conſtituendi, & acquirendi feudum confundantur, rectiùs attamen loquendo, ità diſcernuntur, vt conſtitutio præcedat, acquiſitio ſequatur. (10.) Vndè ſciendum eſt priùs ſummariè hic de modis conſtituendi feudum proponendum eſſe, deindè verò de modis acquirẽdi ſcribendum; Primò igitur feudum conſtituitur conuentione, qua ex Domini, & Vaſalli placito, ac conſenſu obligatio ad feudum dandum, accipiendumq; contrahitur. (20.)

*(60.) Dummodò, vel in conſequentiã immobilium veniant, vel ſub cautione vſufructuaria tantum concedantur, nàm alitèr in feudum dari non poſſunt. Knipsck. d. l. c. 5. n. 4. 12. 13.*

*(70) De quibus habes apud Forner. in com. de f. tit. quarum rerũ fiat inueſtitura.*

*(10) Arg. § penult. Elemen. Iur. de ſeruitut. Ruſtic & Vrban. pręd. § vſusfructus 1. Elem. de vſufructu l. obligationum 3. D. de oblig. & act. l. traditionibus 20. C. de pact. quidquid Quidam non diſtinguẽdos modos iſtos eſſe cõtenderint, de quibus habes apud Ritthers in partit. feud. l. 1. c. 8. q. 1. dicentes conſtitui, & acquiri eo prorſus modo dici, ſicut amitti, & finiri; Alij tamen, & rectiùs, vt dixi diffinitionẽ vtriuſq, modi cõcedunt, aliter tamen definiunt rem, acquiſitionem nimirum præcedere, conſtitutionem ſequi, adeòq; filio feudum acquiri per ſucceſſionem, conſtitui verò per inueſtituram Vult. .1. de feud. c. 7. nu. 1. & 2. Vueſenbec. de feud. cap. 6. Ant. Cont. in methodo feud. cap. 7. Verius exiſtimantes conſtituẽdi modum acquirendi modo diſtingui, quemadmodum etiam in Iur. Ciu. aliud eſt conſtituere pignus, aliud acquirere l. nõ eſt mirum 27. D. de pignorat. act. aliud conſtituere peculium, aliud acquirere l. 6. & 7. D. de pecu. Arum. Diſput. feud. 5. Theſ. 3. quod latè etiam poſt alias rationes, quas congerit Sueuus latè interpetratur, poſt alios, quos allegat in Exercit. feud. 6. Aſſert. 1. de quibus eum latè adeas.*

*(20) Arg. l. 1. D. de pact. l. obligationes 1. §. obligationes 1. l. non ſolum 31. l. obligamur 52. §*

I    Non    con-

Non quidem nuda, puta, ſi promiſerit quis alteri vſumfructum rei immobilis perpetuũ ſub debito, & conditione fidei, ſeruitiorũq; præſtandorũ, nam hæc aliorũ inſtar nudorum pactorum actionẽ nõ parit; 30. Fit autẽ eadem, aut ſimplici promiſſione abſq; ſolẽni ſtipulatione, aut per ſtipulationẽ præcedente interrogatione, & ſubſequente reſponſione. (40.)

Secũdus modus, quo feudũ cõſtituitur, ſucceſſio eſt, qua non quidẽ feudum conſtitui ſimpliciter, ac propriè dicimus, verũtamẽ reſpectu ſolùm ſuccedentis id intelligimus. (50.) 13 Feudum, qualiter ſucceſſione deferatur, ſiuè conſtituatur.

Idque de legitima tãtum ſucceſſione intelligimus, ſiuè ea, quæ abinteſtato venit, nulla enim defũcti ordinatio in feudo valet, vel manet, vt inquit *feudiſta.* (60.)

Quæ concluſio, licet regulariter ità procedat, id attamen limitationes patitur, nempè ſi conſuetudine hoc introductum ſit, ſi conſenſus Domini interdùm ſolus, interdùm vna cum conſenſu Agnatorum accedat, ſi feudũ hæreditariæ naturæ ſit, aut nouum, ſi inſtituti ſint, qui aliàs abinteſtato erant ſucceſſuri, ità, vt, nec Domino, nèc agnatis præiudicium fiat, de quibus, & alijs, paſſim, & apud *feudiſtas* videre eſt. (70.) Ratio autem cùr nulla in feudis teſtantis voluntas haben-

*cõsẽtiẽtes 4. D. de oblig. & act. l. labeo 19. l. in conuentionibus 219. D. de verb. ſignific.*

(30) *l. 7 §. 4. D. de pact. nulla ſubſit cauſa, ſiuè ad ciu. obligationem, & idẽ act. pducẽdã efficax vt ex d. l. 7. § 1. exponit Sueuus d. l. Aſſert. 2*

(40) *Arg. pr. Elem. iur. de verb. obl. l. 3. l. ſtipulationum 5. § 1. D. eod. l. 1. § verbis obligatio 7. D. de oblig. & act. de quibus omnibus mod. latè Schultz in Synopſi Iur. feud. c. 8. n. 4. 5. 6. & ſeqq adeũdus eſt, iunct. Sueuo d. aſſert. 2. & qua latè Georg. Adam poſt alios quos allegat in Syntag. Iur. feud. c. 7. Aphoriſm. 2. 3. & ſeqq. cumul. quib' me remitto prò nunc, cũ ſatis hic ſit terminos tãtum prò totiùs noſtræ materiæ infrà peragẽdæ actionis ſummaria expoſitione, ſiuè prælectione.*

(50) *Hunn. tract. de feud in princ.*

(60) *Feudiſta in c. vn. de ſucceſſ. feudi, cuius concluſ. rationes latè recẽſet Sueuus d. l. Aſſert. 3. vndè dicitur de rebus feudalibus nullam ualere uaſalli diſpoſitionẽ teſtamentariã Knipſck. de fideic. famil. nob. c. 1. nu. 104. cap. 3. n. 65. c. 11. n. 87. nec quidem ad pias cauſas idẽ ib. in. cap 5. n. 105. cap. 11. n. 187. & 204. & feudi legati nullam deberi æſtimationem in c. 5 n. 106. quæ intelligas ex eodem in feudo ex pacto, & prouidentia procedere ibid. n. 107. etiam nouo, et franco n. 108 ita quod nec pater inter filios diſponere poſſit n. 100 quẽadmodum feudum ex pacto, et prouid. in reſtitutionem fideicommiſſi generalis nonvenire ſcribit n. 110. niſi fideicommiſſarius ſit ex deſcendẽtibus primi inueſtiti ibidem, hinc dicitur in feudo ex pacto fideicommiſſum conſtitui nequire idẽ ibid. n. 112. et in hæreditario mixto antiquo n. 115. ſecus de feudo ſimpliciter hæreditario nouo nu. 113. et dato pro ſe, et hæredibus quibuſcumq. n. 115. et quouis feudo ſi Dominus, et agnati conſentiant n. 126. vel ſit feudũ alienabile, etiam omnium contradictione non obſtante n. 117.*

(70) *Roſenth. de feud. c. 7. concl. 4. & ſeq. Georg. Schult. poſt alios d. c. 8. n. 14. & ſeqq. vbi n. 13. quærit vtrùm Vaſallo de bonis feudalibus ſimul teſtante quo ad bona, etiam allodialia teſtamentum inualidum ſit, dicens veriùs eſſe, quod teſtamentum reſpectu bonorum allodialium validum ſubſiſtat, idq; èx Matth. Berlich. deciſ. 46 n. 6. authoritate rei iudicatæ confirmat, quam deciſionem etiam memorat Sueuus d. Aſſert. 2. propè medium, immò, & idem Schult. cit. ibid. n. 25. quærit, quod cum Vaſallus feudum in teſtamento regulariter legare non poſſit, vtrum ſaltem legatario æſtimatio legati feudi debeatur, de qua eum adeas, dicens ex communi DD. opinione negatiuam ſententiã tenendam eſſe, niſi apertè de teſtantis voluntate cõſtet, vt ei, cui feudũ reliquit æſtimatio legati pſtetur, cũ eo caſu, nõ quidẽ à ſucceſſore feudi, quẽ teſtator ratione feudi grauare nõ potuit, ſed à ſucceſſore bonorũ allodialium præſtanda,*

ve-

Digitized by Google

habenda ſit,quoniã feudum nõ conſiſtit,niſi in rebus alienis, at de rebus alienis nemo teſtari poteſt,ſed tantùm de ſuis,& proprijs. (80.)

14 De ſucceſſione liberorum in feudis.

Abinteſtato ſucceſſio de Iure Cõmuni feudorum, breui verborũ cumulo,hìc proponẽda eſt;Prima namq;cauſa illo Iure liberorum eſt , vt inquit *Feudiſta*.(90.) Siuè primi ordinis, cuius liberi, ſiue deſcendentes ſunt, Iuris .n. feudalis communis,cumq; diſpoſitio circà ſucceſſionem abinteſtato triplex prò ratione lineę, ſiuè ordinis ſuccedendi ſit,Deſcendentium, Aſcendentiũ, & Collateralium ; Deſcendentium appellatione, quoniã veniunt liberi,liberorumq;nomine,non ſolum filios,filiaſuè, ſed largo modo (100.) etiã nepotes,(10) nepteſq; intelligimus (20.) Horum rurſus alij cum ſint legitimi , & naturales ſimul,alii naturales tantùm,alij legitimi tantũ, alij deniq;legitimati;Ex his naturales,&legitimi ſimùl,qui.s.ex iuſtis nuptijs procreati sũt, vt filius

*veniat, qualitèr autem ſine aſſenſu non poſſit in feudo ſucceſſorem grauare, vt perpetuò feudi fructus inter cohæredes, & ſucceſſores diuidat, & in quo caſu poſſit,explic. D.R.de Marin. 1.res. iur.c.119.n.1.4.5.6.& 11.& quod poſſit Feudatarius abſq.aſſenſu diſponere de fructibus feudi prò toto tempore eius uitæ,et uẽdere ibid.probat n.2. & an poſſit feud.citra aſſenſum pecuniam legare, quam ſenſit ex feudi fructibus præſtandam idem ibid n.3.& qua ratione feudatarius de feudis diſponere nequeat,& in quo caſu poſſit, explicat ibid n.7.et 8. et quod hæres extraneus in feudo , quamuis cum conſenſu Domini,ſi feudum apprehẽdit ſine titulo poſſidere dicatur, ſicq.vſurpator potius quam poſſeſſor ſit appellandus,idem D.de Mar.1.res iur. c.309.n.4.7.et 8.expl,dicẽs ibid.tex.in c.1.de ſucceſſ.feudi procedere adhuc,ſi directi domini cõſenſus in teſtamento concurreret ,et n.6. dominium vtile feudatarii in feudo reſtrictum eſſe ad eius vitam tantum,unde vlterius de eo diſpon.nequire, vt ſup.*

(80)*Vlp.in l.verbis D.de verb.ſignif.D.Camil. de Curt. reſ feud.c.1.n.34 quod tamen etiã limitatur,ſi diſpoſitio de exheredatione ſit,nam licet tenens feudum de feudo in inſtitutione diſponere nequeat,de exheredatione tamen permiſſum teſtamentariam facere diſpoſitionem ei eſt,etiam in feudo ex pacto,& prouidentia vt cit.D.Camill. de Curt. probat cap. 1. reſ.feud. n. 9.vbi diſpoſitionem teſtamentariã de feudo Franco validam eſſe refert,quam opinionẽ ipſe non ſequitur,niſi feudũ fuerit conceſſum pro ſe,& cui dederit,de qua re eum adeas ibid. nullam verò diſp.teſtam valere dixit cit.D.de Curte d.l.n.4. idq; intelligendo etiam de feudo hereditario antiquo,etiam cum domini conſenſu ibid n 5 & ſeqq.legitimũ tamẽ inſtituẽdo ſucceſſorẽ in morte poterit feudatarius heredẽ grauare,vſq;ad feudi valorẽ & dictam diſpoſ.totã debebit heres , niſi ſit filius,cui legitima ſuper feudo debetur , ſiue feudum ſit nouum,ſiue antiquũ, eum hoc nullum conſtituat diſcrimen , verum videndum eſt, an feudum ſit hered. qualia ſunt omnia feuda in Regno, Loffred. conſ.46. num. 17 Vincentius de Franch.dec.1.n.39.& deciſ.704.vbi deciſum refert poſſe legitimum ſucceſſorem , ſi retinens eſſet ad obſeruandam defuncti uoluntatem , etiam per capturam perſonæ cogi,& compelli ad feudum uendendum D. Reg. de Ponte in 11 lect.feud.n. 59.& de pot.proreg.tit.6.§.1.n.23.& alij quos refert & ſequitur D.R.de Marin.1 reſ.iur.cap 70 n.35.& 36.qui ſuper hac opin.uid.D.Camill.de Curte contrarium dicẽtẽ monet nu.37.*

(90)*Feudiſta vid.in c.vn.de ſucceſſ.fratrum,vel gradibus ſuccedentium in feudo, vnde dicitur deſcendentes quando ſuccedũt nõ acquirere de nouo,ſed acquiſitum capere.D.Reg. de Mar.1.res c.23.n.4.*

(100)*Cum propriè loquendo alitèr,Nepotes appellentur § fin. qui teſt.Tutores dari poſſint, filium namq;definimus,qui ex Viro,& Vxore eius naſcitur,nepotem verò,qui ex filio noſtro & Vxore eius gignitur § fin.Elem.de patria poteſt.l.filium D.de his qui ſunt ſui,vel alieni Iuris*

(10)*Etenim dulciori nomine Nepotẽ appellare non poſſumus quàm filij l.liberorum D. de verb.ſignif.*

(20)*d.l .liberorum.*

Digitized by Google

us, filia, qui, vel ſunt in poteſtate Patris; vel patria poteſtate liberati per emancipationem, vndè emancipati dicuntur; Primò. n. caſu, aut ſoli extant, aut cum filiis, & filiabus, ex filio, filiauè præmortuo, præmortuaue concurrunt, ſi extant ſoli filius, filiauè, Iure Ciu. in capite ſuccedunt. (30.) Conſuetudinibus verò feudalibus ſoli filij ſuccedunt, fæminæ verò excluduntur. (40) Nec ſaltèm filij, ſed etiam nepotes, pronepoteſq; & cæteri vſq; in infinitum, dummodò ex filio, non filia nati ſint, in feudo ſuccedant. (50.) Secundo caſu, ſcilicet quando ſoli non extant, ſed cũ filijs, filiabus, cæteriſq; p̄mortuorũ, p̄mortuarũuè deſcendentibus cõcurrũt, illi in capite, iſti in ſtirpes ſuccedunt (60.) Ex filijs autem primò emancipati, ſublato Iure veteri, quo ſuitas, & per conſequens ſucceſſio per emancipationem tollebatur, iure ſcilicet Ciu. (70) Et emãcipatus extraneus prorsùs efficiebatur. (80.) Eodem Iur. Ciu. nouo ſcilicet, cum cæteris alijs, qui in patria poteſtate manſerunt, æqualiter ſuccedunt. (90) Iiſq; etiam iure feudali ſucceſſio largitur. (100.)

Tertiò naturales tantum, quod attinet, ità ſcribẽdum eſt, quod aut illi ſunt nothi, aut ſpurij, aut ince-

(30.) *Nouell. 118. c. 1. quoniã hæreditas liberis iure naturæ debetur l. cum ratio D. de Bon. damnat. at Ius Naturę omnes ęqualiter in filios agnoſcit; & indè qui differentiã inducunt, naturę accuſatores exiſtunt, atq pronunciantur, cur. n. non ſolos maſculos generauit, vt vndè generentur, non fiat l. maximum vitium, C. de liber. preteritis.*

(40) *c. un. de ſucceſſ. fratrum, uel gradibus ſuccedentium, &c. Etenim cum feuda prò militia, ſiuè, ut ſeruiãt Domino in Bello introducta ſint, atq; cõcedãtur, undè Bellorũ neceſſitatem feuda peperiſſe dicitur, at cum Bello gerendo, faciendouè feminę idoneæ non ſint, tum quod non deceat eas Arma excitare, & ferre, tum etiam, quod id publica nõ patitur honeſtas, ut Virorũ militãtiũ cętui ſeſe ĩmiſceãt, quod fragilis generis ſint, ineptęque, lubricæ uoluntatis, incõſtantis fidei, cõmercio non laudabili, inhabiles etiam propriis prò commodis, undè aduerſus propria commoda laborare etiam dicũtur l. 4. C. de ſponſal. & ſepè ſapius earum generis natura in propria ſubſtantiæ perniciem deluditur §. 1. Elem. Iur. quibus alienare licèt, uel non. ſicuti etiam à qualitate ſeruitiorum feudalium præſtandorum à iudicio, Curiaq. feudali, & conſeruatione familiarum, poſt alios colligit, Finckel. diſp. feud. 6. Theſ. 23.*

(50) *d. c. un. de ſucceſſ. fratrum, &c.*

(60) *Nam in locum Patris ſuccedere dicuntur, atq; Pater ſi ſuperuixiſſet, nihil plùs, quã id conſequeretur, ergò nec liberi eius deſcendentes; Nemo. n. ſuo hæredi commodũ relinquere poteſt, quod ipſe nõ habuit, l. nemo D. de reg. Iur. Conſtatq; hęredẽ eiusdem iuris eſſe, poteſtatiſuè, cuius fuit defunctus l. hæredem D. de reg. iur.*

(70) *§ item per emancipationem Elem. quibus modis Ius Patr. &c.*

(80) *§ cæteri Elem. de rerum qualitate, & differentia.*

(90) *Nouell. 118. c. 1. ea nimirum ratione ſuadente, quoniã hoc iure non tàm ſuitas, quàm id Ius ſanguinis conſideratur, quod immutabile, & nulli umquam Iur. Ciu, dirimi poteſt § fin Elem. de legitima Agnatorum tut. l. Ius ſanguinis D. de reg. Iur.*

(100) *Iſern. Bald. Aluar. & cęteri DD. cõmuniter in c. un. § hoc quoq. de his, qui feudũ dare poſſunt, quidquid obiici poſſit, quod per emancipationẽ filius deſinat eſſe Agnatus, & maneat ſaltem cognatus, qui ad ſucceſſionem feudi non admittitur c. 1. de ſucceſſione fratrum, etc. nàm non obſtat, quoniã cõiuncti per lineam maſculinam, ſiuè agnati, ſiuè cognàti ſuccedant in feudo, ſiuè in patria poteſtate exiſtant, ſiuè non, iſtud n. Agnatici, et Cognatici diſcrimen p Nouell. 18. cap. 1. ſublatũ, non eſt illud, quod ex linea feminina, ſiuè materna deſcendit, per quam coniuncti in feudo regulariter non ſuccedunt d. c. un.*

Digitized by Google

inceſtuoſi; Nothi dicuntur,qui ex vnica ſoluta domi detenta,& loco Vxoris habita,Concubina naſcuntur,quoniã legitimã Vxorem ipſa imitatur,& loco vxoris habetur.(10.) At Vxores in eodem tempore duas habere non licet; (20.) igitur nèc duas concubinas. (30.) Hi autem,qui ex his naſcuntur, ſoluta ſcilicet, & ſoluto, Patri,ſi legitimos nempè liberos non habeat,quo caſu vnà cum Matre duas paternæ ſubſtantiæ vncias conſequantur. (40.) Cùm verò legitimos liberos habeat alimēta ſaltim debentur,idque ſecundum Matrimonij menſuram (50.) Matri verò indiſtinctè ſuccedant, niſi fuerit perſona illuſtris.(60) Iure verò feudali,nèc Patri,nèc Matri ſuccedunt.(70.) Spurij dicuntur qui incerto Patre nati ſunt, vulgò quæſiti appellantur(80.)Iſti Iure Ciu. Patri nō ſuccedūt.(90.)quoniã Pater eorum eſt incertus.(100.)Immò nec Patrem habere intelligũtur (10.) Paria namque in iure ſunt non eſſe, vel non apparere.(20.

Matri tamen ſuccedãt. (30)quoniã eorum Mater ſemper certa dicitur.(40.)Iure tamen feudali, nec Patri,nec Matri ſuccedant.(50.)Inceſtuoſi ſunt,qui ex inceſtuoſo complexu, & damnato coitu nati ſunt.(60.)Qui Iur. Ciu. non ſucce-



(10)*Cuiac.4.obſeru.6*

(20)*l.2. C. de inceſt. nupt.*

(30)*Nou.89.c.12.§ ſi verò § soluta. Etenim ſicuti vna duobus nupta eſſe non poteſt § affinitatis Elem.de nupt ità vnius Vxor,et alterius concubina, quem, admodum è contrario qui Vxorem habet concubinam habere non poteſt l fin. C. de manumiſſ.*

(40.)*Nouell.89.c.12. Auth.licet C. de natur.liber.*

(50.)*d.Nouell.89.*

(60)*l.ſi qua C.ad Sen. C.orphic. Mulieribus namq; Illuſtrib. et ingenuis, quibus potiùs caſtitatis obſeruatio præcipuum debitum eſt Spurios nominari iniurioſum ſatis, et acerbum videtur l. ſi qua C.ad S.C orphic.*

(70) *DD. communitèr in § naturalis ſi de feudo defuncti,etc.tùm quod honeſtè in Curia Domini ſtare non poſſint,tum etiam quia in ſtatutis, et conſtitutionibus,liberorum appellatione non veniant l.ex facto,§ ſi quis rogatus D.ad S.C.orphic.Gaill.2.obſeru.104.Vult.1.feud.cap.9. num.181.et 182.Georg. Adam.Syntagm.iuris feud.c.9.Aph.3.poſt alios quos alleg.& ſi legitimatus filius naturalis ſit,niſi ſpecialiter ad feuda legitimatus ſit Camill.de Curte reſol.feud.cap.1.n.43.dicēs n.44.legitimationem factam ad inſtantiam tenentis feudum nocere ſucceſſoribus in feudo hæreditario,non autem ex pacto,&c.& n.45.legitimatum ad feuda non capere feuda titulata,naturalis verò filius ad feuda non legitimatus ſed ſimpliciter legit. dicitur capax acquirere feuda præter ſucceſſionem,vt ſcribit idem D.de Curte ibid n.47.*

(80)*l.vulgo quæſiti D.de ſtatu hominum.*

(90.)*l. ſi Spurius D.vndè cognati.*

(100)*d.l.vulgò quæſiti*

(10)*§ vulgo Elem.de ſucceſſ.Cognatorum.*

(20.)*l.duo D.de teſtam.tut.*

(30.)*§ nouiſſimè Elem.Iur.ad S.C.Orphic.*

(40)*l.quia D.de in ius vocando.*

(50.)*DD.communitèr in d.§ naturales ex maioritate rationum, quas ſupra in naturalibus diximus exiſtente.*

(60.)*Auth ex complexu C.de inceſt.nupt.*

Digitized by Google

dunt,immò nec alendi ſunt, immò nec liberi appellandi ſunt,licet tamen Iure Canonico alimenta ſaltèm eis debeantur,idq;ex eiuſdem Iuris æquitate.(70:)

Legitimi filij tantum illi ſunt, qui ciuili ſolum vinculo copulati,adoptiui dicuntur, qui Iure Ciu.ſuccedunt iuxtà diſtinctionem eo Iure traditam.(80.)Iure feudali non ſuccedunt.(90.)

Qui ab initio naturales exiſtunt, & indè legitimãtur, letigitimati ſunt, quod tribus modis accidit;per ſubſequens matrimonium,per oblationem Curiæ,& per reſcriptum Principis; Primi namq:vnà cum liberis naturalibus ſuccedunt, tàm Iure Ciu.quã Canonico,& feudali.(100.) Idq;ſuadetur quoniã nõ inuenitur correctum, nec immutatum Iure aliquo feudali, ac proindè Ius Ciuile ſeruandum,per ea,quæ Obert. de Orto tradit.(10)

Legitimati per oblationem Curię Patri ab inteſtato ſuccedũt.(20.) legitima iura conſequuntur, & Patri legitimi exiſtunt.(30.)

Et eidem in feudo ſuccedunt ante tamen, nõ poſt legitimationem acquiſito.(40)

Legitimati tandem per reſcriptum,ſuitatis, & agnationis ius habent,itaq:exindè nõ ſolũ patri, ſed etiã alijs ſuccedunt,in feudis verò niſi nominatim à Principe ad feuda legitimati ſint.(50.)

Ex

70)C.cũ haberet extrà de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit in adulter:

(80.) in l.penult. C. de adopt.

90) § adoptiui elem.de adopt.ea ratione,quoniã feu.da dãtur ſanguini Iac.Cuiac.feud.3.tit 10 Adoptio vel ius ſanguinis nõ adfert, l.qui in adoptionem D. de adopt. & adoptiui filij veri liberi non ſũt, ſed Adſcititij, & Cõmentitij l. fideicõmiſſum D. de condit. & demonſtrat. licet Cognationem afferat, nam filius adoptiuus eſt Agnatus in ſpecie, cognatus in genere l. inter D.vndè legitimi ſiuè non in ſpeciè,nam cognati in ſpecie dicũtur, qui ex vno nati ſunt l.1.§ 1. D. vndè cognati,vel ex vno cõmuniter nati, vel ab eodem orti ſunt,l.4.§ 1 D.de gradibus, quod adoptiuis non competit,cum arte liberi potius,quam natura procreati, nec propriè cõſanguinei dicuntur, ſed impropriè § 2. Elem.de legitima Agnatorum ſucceſſione;niſi adoptiuus ſit ille,qui abſq; adoptione ſucceſſurus fuiſſet,puta emancipatus, fuiſſet ab auo adoptatus,de quo & alijs caſibus vid.D. Preſ. de Curt.feud.c.1.n.40.& ſeqq.

(190) l cum quis D.de natur.liber.cap.tanta extrà,qui filij ſint legitimi, & ſuccedunt in feudo,etiam quod inueſtitura dicat prò deſcendentibus ex legitimo matrimonio Cannetius in cap.Regni Sicilię volentes q.64.quem ſequitur D Camill.de Curte d.cap.1.n.51.& seqq vbi n.57.ponit cautelam,vt filij naturales primo loco nati, & legitimati per ſubſequens matrimonium non præferantur legitimo matrimonio medio tempore natis,licet D. R. de Ponte ſimpliciter dicat dictam legitimationem per ſubſequens matrimonium non operari in præiudicium Iuris,forſan medio interuallo quæſiti, filijs vt ſupra legitimatis, nec in primogenituræ præiudicium lect. 10 n.32.

(10.)Obèrt.de Orto in cap 1.de feudi cognitione,idq;obſeruat.1.Gaill.2.obſeru. 141.iunct. Mynſing.cent.4.obſeru.42.

(20.) Nouell 89 c.3.

(30) l.omnium C.de naturalibus lib cui indrodantem ſuccedant d.Nouell.89.c. 6.ſublato Quadr.& Beſſe de quo in d.l.communium ſublata quoq;differentia inter Bona Aduentitia,& Profectitia.

(40.)Cuiac.in d.§ naturales Agnatis tamẽ non ſuccedunt d. Nouell. 89 c.4.

(50.) Mynſing.cent.5.obſ.42 quę conc.quòad feudum nouum, nẽpè in præiudicium Agnatorum,liberis non exiſtentibus, legitimari per principem poſſe,ambigenda non eſt, in eò s.

feudo,

Ex his de iure igitur communi feudorum conſtat, mortuo Milite liberis maſculis ſuperſtitibus, omnes ad feudi ſucceſſionem æqualiter vocari, atq; exindè fidelitatem præſtare omnes debeāt, maximè ſi indiuiſum habeant (60) dummodo perpetuò morbo non laborent, ex quo Domino ſeruire nequeāt, (20.) vt ſunt muti, & ſurdi, quod limitabis in feudo, ex quo vel ſeruitium perſonale non præſtatur, ſed in pęcunia, vel in feudo fráco (70) Quod igit. Iure Communi feudorum ità indubitatum eſſe diximus, omnes ſ. filios ad ſucceſſionem feudi equalitèr vocati.

15. De iure primogenituræ ser uata forma Cōſtitutionis Regni, vt de ſuccesſionibus.

De Iure Francorum, quo potiùs in hoc Regno vtimur (80.) haud omnes filij æqualiter ad feudi ſucceſſionem vocari, certum eſt, per ea, quæ Imp. Frider. ſanciuit (90) Verùmtamen ſolùm filij primogeniti, ità, vt mortuo Milite pluribus relictis deſcendentibus Maſculis, non quidem ſim.

*feudo, in quo aliàs Agnati non ſuccedunt c. vn. § fin. de feud. Marchia, &c.* At *in feudo antiquo, & ſi dubitatum ſit, eò quod Agnatus ex pacto primi acquirētis Ius quæſitum habere videatur probatur tamen id Principem facere poſſe quoniam Ius agnatorum non in re ipſa, ſed in ſpè ſaltem poſitum, nec eſt iam acquiſitum, ſed acquirēdum, quod faciliùs quoniam illud acquiri poteſt. Ex cauſa tamen Princeps id, nempè legitimationem faciat, non tamen abſoluta ex poteſtate, nā id poſſe fieri diximus, quod honeſtè poſſumus c. faciat homo q. 2. & quæ cōtrà pietatem, bonoſque mores exiſtimātur & verecundiam reddūt ea, nec facere poſſe credendum eſt l. filius D. de condit. inſtit. & ſup. etiā ex D. de Curte d. l. diximus.*

*(60) cap. 1. § omnes filij, ſi de feudo defūcti, &c. quod limitabis, ſi Pater Miles in eius Vita vni ex ſuis filijs tantum ſpecialiter de feudo diſpoſuerit, nam tunc alijs non poterit intelligi acquiſitum, l. cum Prætor in princ. D. de iud. Bald. in l. 1. numer. 3. de rer. diuiſ. Iacob. de S. Georg. in inueſt. feud. verſ. ità quod ipſi inueſtiti nume. 12. & in verſ. cum pacto, quod de ipſo num. 19. Curt. Iun. de feud. p. 2 n. 69. quod tamen intelligas de feudo nouo, non verò antiquo. Aluar. in cap. 1. § hoc quoq; n. 5. circa med. de ſucceſſ. feudi, non obſtante, quod feudum intelligatur omnibus Deſcendentibus conceſſū in infinitum per cap. 1. § & quia vidimus, qui feudum dare poſſunt cap. 1. § beneficium in quibus cauſis, &c cap. 1. de ſucceſſ. feud. & cap. 1. de natura ſucceſſ. feudi, filios autèm ęqualiter ſuccedere I. feud. dicimus etiam in feudis dignitatum, ſiuè regalibus: hac tamen cum differētia, vt ī feudis dignitatū nō ęqualiter ſuccedāt. ſed īuiſibiliter ideſt hab. pro indiuiſo cū horum feudorū indiuiſibilis natura ſit, per ea quæ conſtituit Imp. Frider. in cap. 1. circà med. de prohib. feud. alienat. in alijs verò feudis, quæ dignitatem annexam non habent, etiā diuiſibiliter ſuccedant, cum de Iure Comm. feud. feuda, quæ dignitatis non ſunt, diuiſibilia ſint, vt probatur ex §. omnes ſi de feudo defuncti cont. ſit. D. Reg. de Ponte lect. feud. 12. nu. 2. & 4.*

*(70) Camill. de Curt. c. 1 reſ. feud. n. 58. 64. & ſeqq. vbi nu 63. dicit, quod licęt tales ex d. cauſis feudo priuentur tamē ſi filios habeant ſuccedant, & n. 65. ſcribit, quod & ſi tales feudo priuentur, tamen eis alimenta danda ſunt, & ſi feudum eſt magnum, tantum eſt illis relinquendum, vt alimenta percipiant, & de alijs caſibus, in quibus deſcēdentes patri non ſuccedunt in feudis pon. n. 67. vbi qualiter filij nati ex matrimonio contracto ad morgonaticam patri non ſuccedant in feudis explicat, & nu. 68. ponit filium patri non ſuccedere ſi dominum feudi in uita patris offenderet & numer. 69. ſi clericus efficiatur filius tempore quo ei defertur ſucceſſio quoad concluſionem, latè poſt alios interpetratur eam exponendo, ampliādo, & limitādo de quibus eum vid. & de varijs quæſtionibus ad deſcendentium ſucceſſionē ſpectātibus eūdē latè vid. d. l. n. 85. & ſeqq. ad quem me remitto nè vel ſatis longa breuis hæc prælectio efficeretur cum Deo dante alijs in noſtris in viſionum partibus de his uaria methodicè dilucidabimus prò veritate, quod autem de filio Clerico diximus intelligas tunc perpetuo à feudorum ſucceſſion. excludi cum in Sacris Ordin. eſt, vt declarat D. Reg. de Mar. 1. reſ. c. 12. nu. 7.*

*(80) immò in omnibus ferè feudis, & partibus Regni Francor. ius ſeruatur teſte D. Camill. de Curte reſ. feud. c. 2. n. 6. & ā Ius Regni potuerit excludere ſecūdogen. à feud. ſucceſſ.*

(90) *Imp.*

ſimpliciter omnes admittendi ſint,ſed ; vt de ſucceſſionibus Comitum,& Baronum, eorum omnium,qui à Rege feuda in capite tenent,vel ab alijs, nulla omninò in poſterum dubietas poſſit oriri, dilucida conſtitutione patet ex Imperatore *Frid.*cũ inquit:ex Feuda tenẽti filij, & nepotes ex eis pronepotes, & trinepotes, & vſq;ad infinitum ex deſcendenti linea deſcendentes,cuiuſcumq; ſexus ſint,liberè,& abſolutè,poſſint ſuccedere,ſeruata tamen ſexus prærogatiua, vt mulieri maſculus præferatur,nec non maioris ætatis inter eos, qui in Regno viuunt Iure Francorum.(100)

Statuit igitur *Frider.*non omnes quidem liberi ad feudi ſucceſſionem ſimpliciter admitti, ſed ſexus, & ætatis prærogatiuam ſeruari debere, vt s.prior natus minori natu præferatur apud illos, qui in Regno Iure Francorum viuunt Vndè dicitur Iure Francorum caueri feuda ad primogenitum, ſiuè ad maiorem ætatem inter filios defuncti militis habentem, & non ad alios transfundi,& feuda indè habentes,& Iure Francorum vtentes, dùm liberis ſuperſtitibus decedunt,ad primogenitum tantum feuda debeantur,quod quidem Francorum Ius conſuetudo quædam fuit,ſi certum eſt illud, quod de primogenituræ Iure in feudorum ſucceſſionibus ſeruandũ ſtatuitur,à conſuetudine, ſiuè à primogenituræ Iure ortũ habere dicitur, ſicq; primogenito conſuetudo, vt alijs fratribus ſecundogenitis in feudo præferatur dare videtur, vt teſtatur A*ndreas de Iſernia.*(10.)

(90) Imp.*Frid. in conſtit. vt de ſucceſſ. D. Reg.de Ponte d.l.n.* 3, *& 6. filios æqualiter patri ſucced.in feud.limitans etiã:ſi id de cõſuetudine haberetur vndè dicitur ius francorũ feud. ĩdiuiduitatẽ introduxiſſe D. Reg.de Mar.*1.*reſ.iur.c.* 126. *n.*22.

(100.) *vndè intelligitur in Regno deſcendentes in ĩfinitũ ſucc. ſeruat. d. conſt. ſexus & ætat.prærog.D.Camill.de Curte l.* 1.*c.*2. *n.*1.

(10.) *And. de Iſern. quæ ſit prima cauſa &c.neq; .n.nouum eſt primogenituræ* Ius *cõſuetudine induci poſſe, vt poſt Tiraq. de primogenit.qu.*4.*num.*13, *& ſeq. & alios, quos allegat, & ſequitur, ſcribit Philipp. Knipſch. in tract. de fidei comm.fam.nob.in c.*6. *n.*79.*dicens nu.* 81. *&* 82.*Primogenituræ Ius ſtatuto.ſanciri poſſe,& præſcript. induci,ipſũque feudum primogeniti legitimam dicimus, licet hoc non obſtante ſucceſſ. in feud. grauari non poteſt D. Camill. de Curt.reſ feud.c.*2.*n.* 11. *& cum eudum hæreditarium eſt debebit imputari in quartam legitimam filijs vel alijs deſcendẽtibus,quibus de iure legitima debetur ob rationem quia feud. hæred.& in petit. hæred.venit cit. de Curte d.l.c.*1. *nu.* 101. *quod ſecus eſt in feudo ex pacto,& an primogenitus qui ſecundum conſuetudinem ſolus ſuccedit in feudo,teneatur feudũ conferre cæteris fratribus in diuiſione hæreditatis adhoc, vt æqualitas ſeruetur idem ibid.n.*102.*dicens n.* 103.*feudũ hereditarium venire in collationem idq;intelligi,quoad æſtimationem feudi, non autem ,vt auferatur corpus feudi, & n.*105. *& in feudo nouo,quanta ſit primogeniti legitima : D.Reg.de Mar.*1.*reſ.iur.c.*250.*num.* 1.5. 6.14,*&* 19. *explicat.*

Pri-

Primogenituræ Ius ea ratio introduxit, quoniã s: primogenitus alijs confratribus habilior eſt militię præcipuè ſeruire, prò qua feudum datũ dicitur; Vndè dicitur etiam in Iure Gent. illud fundatum eſſe, cumità apud omnes ferè gentes ſeruetur, vt s. Imperium ex pluribus filijs vni tantùm, & quidem primogenito, vt habiliori, & aptiori deferatur (20) idq; ex *Lucan.* carmin. confirmatur (30)

*Nulla fides ſocijs, omniſq; poteſtas*
*Impatiens conſortis erit, nec Gentibus vllis*
*Creditæ, nec longè fatorum exempla petantur.*
*Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.*

Et conſonat illud *Statij* (40)

*Ambitus impatiens, & ſomno dulcius vnũ*
*Stare loco, ſocijſq; Comes diſcordia Regnis.*

Facitq; quod *Ouidius* cecinit. (50)

*Non benè cum ſocijs Regna, venuſq; manent.*

Idemq; *ex Ariſtotile* fertur dicente (60.)

*Multos imperare, malum est*, R*ex unicus eſto.*

Idq. Ius in Iure Diuino etiam fundatum eſſe dicimus (70.) Et dicitur ordo non ſolùm Naturæ, ac Diuinæ legis, verum etiam omnium vbiq; Gentium ius, illud approbat; Natura ſiquidem ità comprobatum eſt, vt Maiores natu præſint. dominentur, Iuniores verò ſeruiant, ſubſint, & obediant, quod etiam obſeruari inter Bruta demonſtrant A*riſt.* & alij (80.)

Et olim tam apud AEgyptios, Moabitas, Albanos, Gręcos, Athenienses, Macedones, Troianos, Perſas, Numidas, quàm apud peritiſſimos Germanos, omnesq; alias Gẽtes, ipſum etiam Primogenituræ Ius cõſuetudinem obtinuiſſe cõſtati, ità vt in his omnibus, quæ dignitatis ſunt. Primogeniti cæteris in obtinendo præferãtur, vt demonſtrant *Tiraquell.* & alij. (10)

(20) *Peregr. de Iur. fiſci lib. 1. tit. de his, qui Iu. fiſci hab. nu.* 48. *& ſeq. Beſold. 1. politicorum c. 6. n. 18.*

(30) *Lucan. lib. 1.*

(40) *Stat. lib. 1. Thebaid.*

(50) *Ouid. lib. 2. de Arte amandi.*

(60) *Ariſt. lib. 12. Metaphiſ. quem recenſet, & ſequit. Philip. Knipſckilt. d. l. n. 271. & 272.*

(70) *Deuter. 21. ver. 17. Geneſ. 2. verſ. 29. Paralipom. c. 2. verſ. 3.*

(80) *Ariſt. lib. 6. Hiſtor. Animal cap.* 18. *Plin. lib. 11. Hiſt. nat. cap. 40. AElian. de Natur. Animal. lib. 6.*

(10) *Tiraquell. de iure primogenituræ in præfat. n. 22. Erneſt. Goth. vol. 5. conſ. 1. n. 202. & 284. & ſeq. Bodin. de Rep. lib 6. cap. 5. idemq; adhuc hodiè in Gallia obſeruari teſtatur idem Tiraquell. ibid. n. 3. præſertim inter Nobiles obtinere quoq: in ſucceſſ.*

Cuius autem primogenituræ Ius, ſi dictæ Conſtitutionis Regni verbis ſtare volumus, ità in primogenito communicatum, radicatumq; ſit, vt eo mortuo filijs ſuperſtitibus prælationis Ius ex primogenitura cōſecutum circà ſucceſſionē feudi præ cæteris obtinēdā ad eos trāſfundat, vndè Iura dictæ primogenituræ dicti eius filij repræſentando, Patruos ſecundogenitos à feudi ſucceſſione excludāt (20) Illud namq; Primogenituræ Ius ad filium primogenitum ità transfuſum remanet, vt ab eo, & cæteris eius deſcēdentibus ſeparari nequeat, cum dicat conſtitutio prædicta; Filij autem fratrum hiſq. communis patris fuerunt, aui eorum s. idē Ius, quod patres habuerunt, habeant. (20) Pri-

*ceſſ. bonor. generaliter vt s. melior ſit conditio primogeniti. Oltrad. conſ. 224. Bald. in l. cunctos verſ. ſed, quæ rogo dicere de ſumma Trinitate, ex quibus, & alijs in Hiſpania obſeruari ſcilicet ex Oltràd. conſ. 94. col. vlt. & ex cōſ. 2011. & alijs hoc ius primogenitura in Anglia ex Petro Abellapertic. §. fin. de Iur. Nat. gent. &c. & ex alijs in Vngaria ex cap. licet 6. diſtinct. de voto, in Apulia ex Bald. conſ. 275. col. 3. item quia non debet lib. 2. in Sicilia ex And. de Iſern. in cap. 1. ad finem tit. de eo, qui ſibi &c. & ex alijs in locis recenſet idem Ill. Philippus Knipſchilt. ibid. n. 277. vſq; ad n. 284. & ſeq. indè dicitur Ius hoc primogenitura non quidem à Patre exoriri, verum à Deo, & Nat. & fortuna, vt eleganter diſplicat Caſtrenſ. in conſ. 164. 6. col vol. 2. & Abbas conſ. 85. p. 1. quod quidem Ius eſt ſtatim filio queſitūm, quo ad lucem venit in habitu, & in ſpe ſuſpenſum, tamen vſq; ad mortem Patris Io. Franciſcus dè Pōte in tit. de ſucceſſ. feud. lect. 12. n. 44. Oltrad. conſ. 224. n. 38. dicens hoc Ius, filium primogenitum à natura conſequi.*

(20) *Etenim non ſolum in allodialibus, ſed etiam in feudalibus ſubingreſſio, & repræſentatio datur, & in quibus caſibus præcipuè locum habeat vid. D. Camill. de Curte reſ. feud. c. 1. num. 17.*

(20) *Quod latè explicat D Reg. Rouit. ſuper pragm. 11. de feud. in allegat. omnibus, et tandem in reſponſione facta Præceptori ibid. prop. commentar. ibid. vbi Materiam hanc ſatis optimè, ac perſapientiſſimè, vt cætera ſolet, diſcurrendo edocet, quod quidē comprobatur ex eo, quod ſemper maioratus, ſiue primogenitorum ſucceſſio lineam rectam ſequatur Molina lib. 3. cap. 6. nu. 30. de Hiſpaniæ primogenit: cum incluſio lineæ primogeniti omnes alias lineas excludat, donec ij deficiant, qui ex eius linea proceſſerunt. Bald. in l. cum in antiqu. n. 11. verſ. nemo quia primogenitus, Cod. de iur. deliberand. vbi ait quod primogenitus naſcendo ſe includit, et per conſequens ſecundogenitum perpetuò excludit, et ſic quandiù alij ex primogeniti linea ſuperſūt, nec ſecūdogenitus, nec etiam alius ex eius linea procedens erit admittendus, quod intellexit, ſi primogenitus poſt mortem Patris filijs ſuperſtitibus moriatur Reg. de Ponte de refut. feud. in tract. de poteſt: Proreg. § 10. num. 13. Vndè primogenito poſt mortem patris, filijs ſuperſtitibus defuncto in feudo ſucceſſione illius filij patruis ſecundogenitis iam excluſis præferantur, et ipſi, et illorum deſcendentes in infinitum ex eorum linea, quod ſequitur idem Philipp. Knipſchilt. ibid. cap. 9. de modo ſucceſs. etc. n. 60. more igitur francorum in Regno noſtro vigente omnibus, inquam ferè in partibus circà feudorum ſucceſſionem ſolum primogeniti' in feudorum ſucceſſionibus in Regno vocantur, ſic vt primogeniti alijs fratribus ſecundogenitis præferantur Andr. in cap. 1. § ſed, & res, per quos fiat inueſtitura, & in cap. 1. §. præterea de proh. feud. alienat. &c. per Frider. & in cap. 1. § hoc quoq: de ſucceſſ. feud. & cap. 1. § omnes filij ſi de feudo defunct. &c. Affl. dec. 119. Oltrad. conſ. 124. incipiente iſta ſunt allegationes, & alij relati per Tiraquell. in tract. de iure primogenitura in præſ. num. 3. Camill. de Curte in reſol. feud. cap. 2. n. 4. 5. & 6. Io. Petrus de Ferrarijs in initio ſuæ Prax. Pap. in tit. forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudorum in verſ. ac nomine recti feudi nu. 13. 12. diuis; ità vt nec ſecundogenitis Vitam, & Militiam, ſeu adiutorium ex feudo debito per Conſtitutionem Regni comitibus dandam eſſe Francorum Iur. fuiſſe cognitum, ſed feuda de primogenito ad primumgenitum tranſire teſtatur Io. de Terra Rubea Iur. Conſ. inter Francigenas*

Digitized by Google

nas Ill. Reg. Conſ. in tract. contra rebelles act. 1. tract. 1. concluſ. 20. Rouit. ſuper Pragm. 11. de feud. n. 3. Reg. Conſ. Ant. Gizzarell. deciſ. 36. n. 62. 63. & 64. omnibus ſ. prioris lineæ deficientibus ad aliam lineam ius primogenituræ tranſmigrare, & hoc eſſe de natura primogenituræ, vt ſ. de linea in lineam progrediatur, teſtatur pluries cit. Ill. Philipp. Knipſchilit. ibid. cap. 6. de forma, ſeu modis, &c. nu. 268. Quod autem diximus primogenitos tantũ in feudi ſucceſſione vocari in Regno Siciliæ non ſolum intra pharum locum habet, verum etiam in Regno Siciliæ vltrà pharũ quoq; idem Ius Francorum ſeruatur, vt tradit Iſern. noſter in cap. 1. ad finem tit. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis Bal. in l. cum in antiquioribus C. de Iur. deliber. Camill. de Curte reſol. feud. cap. 2. nu. 7. Si autem quæratur cur Iure Francorum hoc ſtatutum caueatur, dico cum Andr. Tiraquell. in tract. primogenitur. in præfat. n. 5. ideo primogenitos in feud. ſucceſſ. ſecundogenitis eſſe præferendos. quia apud primogenitos ſemper in dubio videtur Princeps feudum concedens voluiſſe feudum confirmare, quod interpretatum fuiſſe recenſet ex omni regula diuina, & ciuili, vt primogeniti aptiores, ac validiores præſumantur, quem ſequitur Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de orig. feud. n. 91. cuiuſ quidẽ concluſionis ratio comprobatur, ex eo, quod Iure Communi antiquo feudorum cauebatur feuda dignitatum, cum eſſent indiuiſibilia, primogenitis deberi tamquam alijs ad ſuccedendũ habilioribus, vt probatur per tex. in cap. 1. § item ſi duo, vbi Andr. Cæteriq. comm. quibus modis feudum, &c. & per cap. primum de natura feudi, & cap. 1. § penult. de prohib. feud. alienat. per Lothar. Angel. conſ. 281. Aretin. conſ. 162. nu 4. verſ. & pro iſtorum Herman. Vult. lib. 1. de feud. ca 8. n 73. & comm. omnium Ciuiliſtarum, Canoniſtarum, & feudiſtarũ opinionẽ recenſet Tiraquell. in tract. primog. 4. q. n. 19. quod cõprobatur ex c. imperialem § præterea ducatus de prohib. feud. alienat. per frid. nam omnia quæ dignitatem ſapiũt, diuiſionem non recipiunt iuxta tradita per DD. & Gloſ. in cap. licet de uoto Oltrad. conſ. 94. & conſ. 237. quod in Gallia præcipuè inter nobiles ſeruari refert Tiraquell. de iure primogenituræ in præfatione n. 3. ſicuti alijs in locis locum habere ex Philippo Knipſchilt ſupra citat. cuſtodiri hoc ius diximus ex Oltrado, dicente in Hiſpania, vt diximus locum habere d. conſ. 44. col. fin. Pariſ. conſ. 85. vol. 1. Dec. conſ. 397. ſicuti & in toto ferè orbe terrarũ ſeruari teſtatur, quemadmodum hanc opinionem comm. fuiſſe Doct. dicit Sozz. conſ. 67. num. 25. vol. 1. & conſ. 165. vol. 2. & ità omnes concludere, ac ſine diſputatione affirmare dicit Curt. Iun. quæſt. 4. quæſt. 3. num. 122. quem ſequitur, & allegat Riminald. iun. conſ. 513. nu. 18. vol. 5. & in hoc neminem diſcrepaſſe teſtatur Caſſan. in conſuetud. Burgun. de feud rub. 3. § 6. n. 7. & eſſe hanc regulam feudalem dicit Fachin. conſ. 26. n. 5. verſ. 2. & in ſpecie de Regno eſt gloſ. in d. cap. ſi hæredes in verbo interdicatur, & in d. cap. licet Schenck Baro in d. § præterea ducatus n. 1. & conſulerunt Cravett. conſ. 135. n. 1. Natta conſ. 505. n. 5. Roland. à Vall. conſ. 5. n. 40. vol. 1. Ceph. conſ. 3. n. 27. & conſ. 12. nu. 13. vol. 1. atquè omnes ità ſcribere in d. § præterea ducatus reſpondit Menoch. conſ. 304. nu. 10. vol. 3. & ità dicens eſſe feudum Marchionatus reſpondit Dec. conſ. 389. nu. 3. Socc iun. conſ. 77. n. 94. vol 1. Dec. conſ. 117. n. 14. & 15. Menoch. conſ. 2. n. 284. & ducatum eſſe, ſeù de ducatu dici in diuiſibilitas, & in primogenitum trãſmigrare voluit Henning. God. conſ. 20. licet aliqui, & quidẽ audacter contrariũ autumati fuerint, vt fuerunt Cyn. in l. Barbar. D. de offic. prætor. & in l. reſcripta n. 3. C. de præcib. impub. &c. Bald. in l. omnes populi col. 7. verſ. tertio quæro, de iuſtitia, & iure Corn. conſ. 199. vol. 2. Alex. conſ. 128. col. 4. vol. 1. Aret. conſ. 164. col. 3. verſ. confirmatur iſta concluſ. Socc. Iun. conſ. 252. col. 4. verſ. 7. vol. 2. & alij, de quibus omnibus videndus eſt Tiraquell. in d. tractatu de primogenitur. qu. 4. quod autem ſit ſeruanda multi poſuere, vt puta Andr. in cap. ſine culpa qu. vlt. de regul. iur. in 6. in Mercur. Bald. in l. in quibus col. 2. verſ. pone conſuetudo C. de ſecundis nupt. Gul. de benedict. in c. Raynutius in verb. eod teſt. relinquens n. 158. & 163. Laud. in c. 1. § mulier. ſi de feudo fuerit controu. Bald. conſ. 389. & conſ. 275. col. 2. verſ. conſuetud. Calder. conſ. 17. ſub tit. de conſt. Guid. Pap conſ. 131. dubio 1. eamq; rationabilem, & iuſtam reſpondit Bertrand. conſ. 79. col. 1. vol. 3. Tiraquell. in tract. de primogenit. qu. 4. n. 13. & alij innum. de quibus õnibus vidẽdus eſt Tiraquell. idem d. q. 4. hinc indè citat. & Herman. vult. lib. 1. de feud. cap. 8. n. 73. & ex noſtratibus Regnicolis citatus Camill. de Curt. ibid. n. 8. & 9. & Nicolaus Gizzarell. dec. 36. & 63. Cuius quidem feudi dignitatis non diuidendi, ſed totum ad primogenitum deferendi rationes repetunt fauore imperij, nè feuda maiora, quorum dignitas ab Imperatorè tamquam à fonte Aquas emanante profluit, & Imperium auguſtius reddit diuiſionibus diminutionẽ patiãtur Gloſ. Hoſtiens. & Io. Andr. in d. cap. licet; Clar. § feudum qu. 44. n. 1. in fine, Borch. cap. 7. p. 7. n. 4. DD. vna voce in d. § præterea ducatus, & alij adducti per Fachineum conſ. 23. verſ. porro, Bald. in auth. hoc ãplius, C. de fideicom. Gaill. obſeru. 153. n. 2. Roland. à Vall. conſ. 80. n. 5. vol. 1. Herman. ibid. citat. n. 74. Roſenthal. in

tract.

Digitized by Google

*tract.feud.cap.9.membr.1.concluſ.55.Zaſ.in epit.feud.p.9.n.vlt.Beluiſ.in d. §. præterea ducatus vbi Iſern.Bald.Laudens.Aluarot.Præpoſit.Rauen.Afflict.Schenck Baro,Hotom & Balzar.n.45.& 11.Mozz.de diuiſ.feud.n 43.Bocer.in tract.de Iur.ſucc.in feud.cap.3. q.118.Intrigliol.in cent.ſua.qu.39.n.1.& ſeq.Schrad.in tract.feud.p.8.cap.2.n.39.& ratio huius Imperij non diminuendi fuit , vt vnum quippè corpus imperij vnius Imperatoris animo regendum videatur,ſicuti, ab vno Gubernatore vna nauis,vt Lipſius docuit lib.2. Polit.c.2.Schenck.Baro in §.& quia n.16.qui feudum dare poſſunt,ſicuti quia Reip. intereſt magnas conſeruari familias;Nam moderatori Reip.Ciuium vita præpoſita eſt Opibus firma,copijs locuples.gloria ampla,virtute honeſta,vt inquit Cicero lib.5.de Rep.Rudinger. lib.1.var.lect.Iuris feud.c.51.n.5.& ſeq.vbi plures adducit rationes,cũ quibus adduci alia poteſt,nempè cur feuda dignitatum primogenitis competentia indiuiſibilia ſint,nam cum feudum dicatur primogeniti legitima,quod ſumunt ex d.cap.licet de voto. ſed legitima diuidi nequit,ergo nec feudum dignitatis primogenito competens.Andr.in Conſtit.Regni cõſt. dignum Card.Alex.in cap per venerabilem qui Filij ſint legitimi,ſicuti & aliam aſſignant, illam referendo ad adminiſtrationis rationem, de quibus,& alijs videndus eſt Vult.n.74. & ſeq.quod quidem primogenituræ ius cum in Regno noſtro ferè omni,ad filios primogenitos tantum feuda iure francorum attento transferantur,vt diximus,hinc dicendum erit,dignitates omnes perpetua ſucceſſionis ſerie apud vnum primogenitum conſiſtere debere,ſecundogenitis verò , ſeù natis poſt primogenitum dando quartum prò alimentis ſecundùm illorum ſtatum expetit,& dummodo remaneat primogenito tantum, quantum poſſit viuere talis qualis eſt,vt Dux verbi Gratia,vel Marchio Schenck.Baro in tract.de ſucc.ab inteſt § 10.n.4 Rudinger.d.cap.51,n.9.& 10.Paulus Berens diſp.feud.1.tom.36.& nouiter idem Berens lib.1.diſſert.5.vbi eleganter ea de rè diſputat.& hoc eſt de iure communi, vt dicunt Canoniſtæ in d.cap licet,& feudiſtæ in d.§.Præterea,cum in tantum debeantur alimenta, in quantum debeat frater alium fratrem alere,vt poſſit honeſtam vitam ducere. vt dixere DD.in d.cap.licet,& §.præterea argum.leg.1.de tutelis Io.Andr.in regula culpa caret de reg.iur.in 6 Card.Alex.in cap.per venerabilem qui filij ſint legitimi in §.quod autem, Iacob.de Sanct.Georg.in d.l.cum in ãtiquioribus,quos,& alios recenſet Camill.de Curt.ibid. citat.n.12. & ſeq.concluſionem amplians,etiam ſi Princeps ſtatuat ità primogenitos in feudis ſuccedere tantum,vt ſecundogenitis nihil ex illis debeatur quoq;primogenitus alimẽta ſecundogenito præſtare tenebitur ex ſententia Rodric.et Suarez in l.quoniam in priorib. C.de inoffic. teſtam.vbi Iaſ.Ripa lib.1.de leg.reſponſ.7. & alij ab eodem ibidem citati,dicens quoq:hæc ſtatuta eſſe eyciẽda ex Abb.in ca.fin.de conſuetud.ibidem n.14.nam alimẽta etiam filio bandito ſunt præſtanda,non obſtante quod dicatur interdictus ignis , & aqua Nellus in ſuo tractatu de banditis p.1.ſecund. temp. qu. 48. & alij ab eodem de Curte cit. n.15.quod ea nimirum ratione procedit,quia quoties quis ex aliquo ſtatuto ob aliquam cauſam à iure ſuccedendi parentibus excluditur,debent præſtari illi alimenta,vt in iure feudali patet ex cap.1.an Mutus vel Surdus,& ex cap.1.§.Mutus,Epiſcopum, vel Abbatem,ſicuti,& exempla quod ſupradictum eſt,comprobatur circà alimenta ſecundogen.præſtanda, & ſi iure conſuetudinario Francorum circa feudorum ſucceſſionem nihil prò ſecundogenitis ex feudis cautum haberetur,cum feudum ad primogenitos totum liberum , & ſimpliciter ſtatueretur,nihilo tamen minus videmus contra conſuetudinis mentem ex pietate introductum fuiſſe ad Panagium ex reg.d.cap.licet,& cap.cum haberet de eo qui duxit in matrimonium , quam polluit in Adulter. quod ità dictum , nam ſicuti vniuerſa ſucceſſio appellatur Anagium ſeù appanagium primogeniti,vt per Io.Fabr.in §. cæterum inſtitutionum de legitima Agnatorum ſucceſſione,& per alios voluit Gizzarel.d deciſ.36.n. 65. hodie tamen de iure Regni noſtri cum detur ſecundogenitis ex feudo antiquo vita,et militia, & paraprætij ex feudo nouo per conſtitutionem comitibus licet per illam conſtitutionem partem prætij deberi non ſtatuatur,ex communi tamen Theorica debetur, vt infra oſtendemus, vitã inquam, & militiam iure francorum incognitam,vt probat idem Gizzarell.ibid. à nu.62. vſq.ad 70.de qua re infrà erit videndum;Circa tamen illud quod diximus feudum eſſe primogeniti legitimam cum Camill.de Curt.ibidem n,10.notare hic tandem non eſt omittendum,& ſi feudum dicatur primogeniti legitima,non per hoc onus in illa imponi nequeat,non obſtante,quod in legitima nullum onus imponi poſſit l.quoniam in princ. & auth. quoniam Nouella C de inoffic. teſtam.licet contrarium non nullos Imperitos putaſſe legatur,contra quos peritè ſcripſit Freccia lib.3. de ſubfeud..19. differentia relatus ab eodem Camill.ibidem,ex mente Gloſ.Pariſ dicentis feudum non eſſe legitimam illam naturalem in primogenito,quæ per legẽ conſideratur in õnibus filijs,in qua prohibetur teſtator onus aliquod imponere,ſed illam quidem legitimam eſſe ſcilicet quandam,legitima ſucceſſione in feudis à Iure Francorum prouenientẽ,vt optimè ipſe Frecc. declarat,& poſt ipſum Camer.in §.præterea de prohib.feud.alien.*

16. De vita, & militia, & parte pretij ſecundogenitis ſuper feudis, debitis.

Primogenituræ autem Ius iſtud, & ſi in damnum ſecundogenitorum videatur vſum obtinere, cum illo Iure ſecundogeniti ad feudi ſucceſſionem non vocentur, immò excludātur, attamen dura lex illud dicendum minimè quidem patet, ex eo. s. quia ſecundogenitis Vita, & Militia in feudis antiquis, & pars pretij in feudis nouis debetur ex Regni *Cōſtitutione* eodem *Frid.* ſanciente. (30.) Quēadmodum, & fœminis, quæ aliàs de iure cōmuni feudorum in feudis ſuccedere excluduntur, etiam maſculis deficientibus, (40.) Et iure francorum maſculis extantibus, nèc in feudis, nèc in allodialibus ſuccedere admittūtur, eiſdem tamen idem Imper. *Frider.* de paragio prouidit. (50)

17. De ſecūdogeniti prò parte pretij ſuper feudo nouo debita creditoribus fratris primogeniti cū hypotheca, & aſſenſu prælatione anteriorit. & potiorit.

De ſecūdogenitorū Vita, & militia in feud. antiquis, & parte pretij, quæ debetur in feudis nouis, latiſſimè adeundi ſunt *Andr. de Iſernia* commune noſtrum feudorum lumen, *Afflict.* & alij. (60) quibus circà hanc rem prò nunc me remitto.

Vnum tamen circà materiam ſpecialiter partis pretij ſecundogenito in feudis nouis debitā notare hìc arbitratus fui, an s. ſecundogenitus prò parte pretij feudi omnibus fratris primogeniti Creditoribus, quantumuis ſuper feudis prædictis expreſſa hypotheca, aſſenſuq; munitis, præferatur.

Circà quam quæſtionem, ſiuè teneamus com-

(30) *Regni Conſt. incip. Comitibus D.R. de Marin. 1. reſol. Iur. cap. 119 n. 11. vndè dicitur ſecūdogenitū cogere fratrem primogen. ad partem pretij feudi noui ſibi ſoluendam idem D.R. de Marin. 1. reſ. cap. 126. n. 58. quod idem dominus n. 60. ibid. limitat, ſi pater feudum non emerit, ſed proprijs meritis feudum acquiſiuerit.*

(40.) C*ap. vn. §. filia verò de ſucceſſ. feudi, ex quo Franc. Iur. feuda dicūtur tranſmitti Balz. ad Tex. in tit. de eo, qui ſibi, &c. n. 9 2. lib. & an feuda delata, & agnita tranſmittantur exp. D. Cam. de Curte reſol. feud. cap. 1. n. 100.*

(50.) *Frider. in conſt. in aliquibus, vndè dicitur primògenitum in Regno in feudum ſuccedere; in allodialibus verò filij* D.R. *de Marin. d. l. cap.* 250. *n.* 3.

(60) *Andr. in d. Conſt. comitibus, & in conſt. in aliquibus, Affl. in l. imperialem §. præterea ducatus de proh. feudi alienat. & in dec. 43. 152 & 138. Cōmēt. ad capitul. alienationis actus Iac. de* Ayell, *in tract. de* Adhoa, *et releuio, Capyc. in dec. vlt. in multis locis ſui operis 2. lib. 37. q. & in tit. de diff. feud. ex pact. & hæred. diff. 9. Camer. pluribus in locis ad l. imperialem, & præcipuè in §. præterea c. 104. & 105. D.R. Conſil. Minad. conſ. 1. & in repret. ad Cōſtit. Regni in aliquibus Præſ. de Franc. dec. 60. & 61. Anna Pater allegat 23. Fabius de Anna conſ. 6. 1. vol. multa Paris in ſuo tract. de reintegr. feud. Cannett. in repet cap. volentes in cap. ſi aliquem Regni Siciliæ D.R. de Ponte conſ. 69. Intrigliol. 1. p. q. 57. Capan. in integro tract. de Vita & militia, Camill. Salern. in addit. ad conſuet. feud. fol. 218. lit. B. quos omnes ad hanc rem alleg. D. Præſ Camill. de Curte reſol feud. cap. 2. n. 16. Quibus addas Balzar. d. conſtit. Comitibus D. Reg. Capyc. Latro dec. 176. 2. tom. Dom. Conſ. Gizzarell. dec. 36. doctrinæ, meritis inter peritiſſimos I.C. noſtræ Parthenopeæ Academiæ, quàm maximè omni virtute memorandus præditus D. Conſ. Paulus Staibanus Iunior cent. 2. reſol. pluribus in locis in reſol. 170. & 161. & alibi poſt D. Reg. Reuert. in plurib. dec. Reg. Cam. & præcipuè 80. 471. & 626. vbi doctiſſimus D.R. de Marin. in obſeru. non nulla ad materiam cumulat poſt D.R. de Ponte in lect. 2. feud. in fine, non nulla etiam perita oratione ad materiam hanc ſcribit, & docet cit. D.R. de Mar. lib. 1. reſol. Iur. 143. n. 9. & alibi iunct. etiam poſt Camill. de Medic. conſ. 59. Molfeſ. conſ. 9. peritiſſ. Illuſtr. D. Reg. Marciano conſ. 66. poſt Ant. Amat. reſol. 2. alijſq. ex Doctiſſimis Regnicolis.*

M petere

Digitized by Google

petere ſecundogenito prò parte pretij conſequenda petitionem hæreditatis, vt D. *Reg. Rouit.* defendit. (70) Quæ quidē petitio hæreditatis actio realis eſt, quæ res, & poſſeſſores proſequitur, omnibus obuiam eſt. (80.) Et ad conſequenda tàm corpora, quàm quãtitates accomodata. (90.) Cùm in æſtimatione pretium, & quantitates in hæreditate eſſe cenſeantur. (100.)

Siuè teneamus competere ſecundogenito in præpoſita controuerſiæ ſpecie actionem perſonalem in rem ſcriptam, vt poſt *Andr: Camerarium, Napodanum*, & alios D. *Reg. Capyc.* Latro teſtatur (10.) Nihilominus ſecundogenitum prò parte pretij omnibus fraternis creditoribus præferendum eſſe, etiam habentibus hypothecam expreſſam, & Regiũ aſſensũ ſuper feudo prædicto, patet.

Quę Iur. Conc. ſi pmiſſa iura certa sũt, neceſſaria pro ſecundogenito facta eſt, cum ſufficiat pro effectu prędicto ſecundogenito realem actionem, ſiuè in rem ſcriptam poſſe competere, ex qua in re obnoxia omnis alia fraterni pignoris cauſa, velut præuenta illi cedere neceſſe ſit.

Quæ Theſis, poſita dicta realitate actionis irrefragabilis remanet, nèdùm ratione, ſed etiã rerum iudicatarum paſſim obſeruantia in terminis purè noſtris, nimirum in caſu Paragij debiti ſuper feudo, vbi exploratum eſt, quod quamuis prò paragio perſonalis actio competere dicatur, non abſonum eſſe quoniam illa in rem ſcriptam ſupponitur, hinc communi DD. calculo concluditur ſororem poſſe, nedum contrà fratrem prò paragio agere, ſed etiã aduerſùs quoslibet feudi poſſeſſores, in quibus per fratrem feudũ alienatum fortè reperiatur; nèc non omnibus creditoribus fraternis, & ſi hypotheca

ex-

(70) *D. R. Rouit. in Prag 26. de iur. proth. nã pretium, quo emptum feudũ eſt in collationem æſtimatur D. Camill. de Curte rej. feud. c. 1. num.* 104. *&* 106. *& quod pars pretii debeatur fratri ſecundog. in feudo ob remunerationem patri conceſſo ſcribit num.* 100. *& declarat n.* 108. *& pro alimentis d. pars pretij ſecundogen. datur vndè neq. virilis, neq. legitima, nec alia portio ſuper f. competat cit. de Curte d. l. c. 2. n. 11. et 12*

(80.) *§. et ſi hereditas Elem. iur. de offic. iudic.*

(90) *ad tex. in l. ſi pater D. de adim. legat. et l. idem ſeruandum 74. D. de legat. 2.*

(100) *Ad tex. in l. ſingulariter D. de petition. hęredit.*

(10) *D. R. Capyc. Latro cõſult. 121. n. 31. et conſult. 13. n. 48.*

expreſsa aſſenſu roborata, præferri, idque deciſum apud *Afflictum* legitur. (20.) (20.) *Affl. deciſ.* 162.

Quinimmò quantò fortiùs in caſu noſtro eadẽ deciſio recipienda eſt, cum nèdum eadem ratio, ac in paragio, nec non ſubrogatio loco illius militet, ſed etiam quia onus partis pretij ratione loci, & cauſæ, ob quam debetur, reale eſſe palàm factum eſt, quia ex dictis videri poteſt onus partis prætij eſſe magis priuilegiatum, quàm ipſum paragium, quippè cum Vitæ Militiæ ſubrogetur, quæ ipſi Paragio fauorabilior in hac parte indubitatum eſt, quippè expreſsæ hipothecæ dẽtur ex *Cap.* Regni *alienationis actus*, quod de paragio non eſt, cui tantum perſonalis, reique perſecutoria tributa eſt actio.

Et quidem ſi veritatem amamus, prædicta negari nullo modo poſſunt; Etenim negari nequit hanc partem pretij dari filio ſecundogenito loco illius portionis, quæ Iure Naturæ illi debita eſt, ità vt in illa portione omne ius debiti naturalis includatur, & vt per eã filius omne, quod iure naturali conſequi debet, contentus remaneat.

Quo poſito plura ſequuntur in re feudali; Primo loco ius ratione cauſæ partis pretij debere eſſe priuilegiatiſſimum; Secundò hoc iure non poſſe filium defraudari, nèc ab ipſo teſtatore à quo deſcendit, & cuius eſt originaria obligatio; Tertio ratione cauſæ, quia onus ſuper rebus hæreditarijs debebatur, & per conſequens actio erit rei perſecutiua; Quartò hæc ſunt, & procedunt, antequã feudum ad primogenitũ perueniat; Quibus poſitis quonàm pacto vmquã poterit, ſi veri iuris tramites ſequendi ſunt, Primogenitus, Secundogenito (obligando feudum) præiudicare, in illa portione, in qua ſecundogeniti præuenit obligatio, & in tempore, cauſa & in iuris potioritate.

Ad-

Digitized by Google

Adducitur prędictis expreſſiùs, ſecundogenitū habere obligatum ipſum feudi acquirētem, ſeù obligationem deſcendētem ab ipſo Teſtatore, & creditorem fraternum habere obligatā aliam perſonam deſcendentem ab, ipſo Teſtatore, nempè ipſum hæredem filium primogenitum, & ab iſto ſuam obligationem inuicem ſumere, ex quo palā videri poteſt, non poſſe primogenitum obligando, obligationibus Auctoris ſui præiudicare, cum translato in eum feudo, hactenùs capiunt illæ obligationes, ſeù portiones debitæ alijs filijs ſecundògenitis à Parente cōmuni, & nihil iur. habet primogenitus, vt præiudicet, ſaltèm in ęſtimatione, cum illis demptis feudum translatum intelligatur, nèc plus iur. habere potuit, quàm ſibi translatum fuerit, atq; ità, quam hypothecam dare poterit primogenitus creditoribus ſuis in præiudicium illorum, portionis, reſpectu quorū nihil iur. habet, & ex his, ſi hæres primogenitus non poteſt defraudare obligat. ſui teſtatoris in feudo ſignantèr hæreditario, quonàm pacto fraudare poteſt ſecundogenito, quem nèc ipſe teſtator fraudare potuiſſet: Cui veritati benè congruit, quod in terminis ipſis noſtris notauit *Io; Baptiſta Thorus*. (30) Inquiens, non poſſe primogenitum obligando feudum præiudicare in parte pretij ſecundogenitis, cum hoc eſſet obligare rem alienam, quæ de iure obligari nō poteſt. (40.)

Confirmatur eadem veritas ex alia ęquipotenti ratione, quæ etiam ex eodem *Thoro ibid*, elicitur, nimirùm hanc partem pretij, quæ velut innixa ſuper æſtimatione feudi, & emolumentis ipſius intèr Burgenſatica numerari ex doctrina peritiſſimi D. *Reg. Gateota* conſtat (50) pendere ab hæreditate pater-

(30) *Io. Baptiſta Thor. in ſupplem. compēd. dec. in verbo ſecundògenit.*

(40) *l. 1. §. 1. D. de pignor. Negus 3. membr. 2. p. n. 5. nec & aſſenſus extenditur de re ad rem D. Reg. de Ponte in tract. de poteſt Proregis tit. de aſſenſu ſuper dote nu. 42. igitur quanto fortiùs ad rem alienam.*

(50) *Ill. D. Reg. Galeota controu. 28.*

paterna burgenſi ; & ex diſpoſitione paterna ad beneficium ſecundogenitorum ; quæ à principio cenſetur facta ad beneficiũ nẽpe ſecũdogenitorũ emẽdo feudũ,& non prohibendo collationem,inquit T*horus* , cũ pars pretij penderet ab hæreditate paterna ad beneficium ſecundogeniti,nihil commune per conſequens habere, cum ſucceſſione ipſius feudi,ſed illos ſpectabit ad ſucceſſores hæreditatis burgenſaticæ , in qua ſunt õnes filii vocati,& pſertim ſi res veluti burgẽſis illa iudicanda erit de Iure Communi , in qua coniunctim omnes filij vocantur.

Ex doctrina eiuſdem D. R*eg* G*aleotæ* Maximi *I.C.*& in materia feudali doctiſſimi , & verſatiſſimi Aurigæ,aliud motiuum, & efficacius inſurgit,ex dictis per illum d.l.dictã s. portionem exoluendam ex dicta æſtimatione,& emolumentis , quæ burgenſatica reputantur , adeo agnouit eſſe ſecundogenito ſoluendam , vt noluerit in ea ſuccedere õnes filios ab inteſtato;Qua doctrina ità poſita,quomodò ſinè Iur. iniuria, poterit ex ea , quod Iure ſuſceptis ſecundogenitis defertur ,primogenitos ſecundogenitos defraudare,& maximè cum defraudati venirent ; non ab eo,qui feudum acquiſiuit , & pretiũ erogauit,ſed ab alio, ſiuè ab eius hærede , à quo nihil habent;Et tandẽ rerum iudicatarũ exemplum,atq; Auctoritas ſententiam hanc confirmet, atq; noſtrum claudat diſcurſum, poſt namq;iura,& rationes , & res iudicatas vnica ſapientium iudicia accedunt, & in effectu prò rebus iudicatis in hac parte præſtij prò ſecundogenito contrà creditores fraternos ſtat deciſio relata à cit. T*horo ibid.* quam attendendam eſſe monemus , nèc ab ea recedẽdum in iudicando ex allatis rationibus liquidè conſtat.

Præterea etiam videamus; qualiter fęminæ in feudis ſuccedant, 18 De fœminarũ ſucceſſ. in feudis.

Et quidem, quod Iure Cæſareo habemus mortuo aliquo, filijs, & filiabus ſuperſtitibus, tũ filios, tùm etiam filias ad eorum parentum ſucceſſionem inſimul vocãdos eſſe, nulla Sexus, AEtatis prerogatiua ſeruata, s. ſiuè ex maſculorum genere, ſiuè ex fœminarum deſcendentia ſint, omnibus aſcendentibus; & ex latere cognatis præferantur (10.)

Limitandum id attamèn primò de Iure Communi feudorum legimus, per quod, regulariter fęminæ in feudorum ſucceſſione nõ vocantur. (20)

Secundò de Iure Conſtitutionis Regni, ex quo fęmina admittitur quidem in feudis ſuccedere, ſed quemadmodum in burgenſaticis conſtitutũ eadẽ lege eſt, nimirũ ſeruata ſexus prærogatiua, in feudis ſuccedat. (30.)

Seruata ſexus prærogatiua .i. quod ſtantibus maſculis filia fęmina non ſuccedat, quæ, & ſi per maſculos in Regno à feudorum ſucceſſione, quemadmodum, & in allodialibus ſuccedere excludatur, ex eadem tamen Regni lege, & in feudalibus, & ĩ allodialibus bonis, in quibus ſtantibus maſculis, ſeruata dicta legę non ſuccedit; *Imp. Frid.* de dote, de paragio vnica lege prouidit, qua grauantur, maſculi fratres, aut nepotes, qui in feudis, & alijs in bonis burgẽſaticis ſuccedunt, Amitas, & ſorores pro facultatum ſuarum modo, æſtimatione, & filiorum ſuperſtitum numero dotare ſecundum paragium s. quod ex dicta conſtitutione ſancitur (40) Ità

vt

(10) § 1 *Auth. de hered. ab inteſt. venientibus l. maximũ vitium C. de lib. prẹter.*

(20) *cap. 1. § filia de ſucceſſ. feudi cap. 1. § hoc autem de his qui feudum dare poſſunt cap. 1 Epiſcopum vel Abbatẽ cap. 1. de alienat. feudi paterni cap. 1. de eo qui ſibi, & heredibus ſuis c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat c. 1. de nat. ſucceſſ. feudi c. 1. § ſimiliter de Capit. qui Curiam vend. c 1. §. ad filias de ſucceſſione fratris c. 1 § benef. in quib. cauſ. & c. c. 1 §. ſiclietulus de alienatione feudi c. 1 §. profectò de l. Conradi, & cap 1. in fine de feudo Marchię, eamq; Conc. ità Iuribus feudorũ certam latè poſt alios innumeros, quos allegant, interpretantur, & probant Sonsbec. p 9. nu. 118. & 121. Clar. in §. feudum q. 73. nu. 1. Schneid. p 6. de ſucceſ. ab inteſtato n. 5. Zaſ. p 8. nu. 36. poſt alios ĩnumeros Hermann. Vult c. 9. n. 27. vbi in n. ſeqq. eiuſdem Conc. rationem aſſignat, iunct.* Philipp. *Knipſchilt. de fideicommiſſis fam. nobil num. 46. & ſeqq. quod, & ſi eod. Iure ſeruato nõnullas limitationes patiatur, de quibus noſtris in viſionibus infra typis edẽdis latè Deo indulgente reſcribatur, prò nunc verò de his vide apud Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 45. & ſeqq. & quid in feudo plano vid. D. R. de Mar. 1. reſ. iur. cap. 229. n. 20. vſq; à nu. 22.*

(30) *Conſt.* Regni *incip. vt de ſucceſſ. & de allodial. ſucceſ. fœmin. in conſtit. in aliquibus habes.*

(40) *d. conſt. & confirm. conſuetud. huius fideliſſimę Ciuitatis. incip. ſi quis, vel ſi qua & cõſuet. ſi moriatur*

Digitized by Google

vt ex feudi pretio paragium quoq; debeatur; Vndè dicitur per emptorem feudi deberi paragium (50.) Et hinc eſt, cum fęminæ ex dicta conſtitutione in feudo, Maſculis non extantibus, admittantur, in Regno vniformem inueſtituram prò maſculis, & fęminis eſſe, attenta ſexus, & ætatis prærogatiua, ità vt, qui alia lege contrahit dicatur id dolo, & fraudolentèr facere, diſpoſitio tamen non vitiabitur, ſed conditio diſſonãs reijciatur. (60.)

Prædictæ autem conſtitutionis ęquitate ſuadẽte, ſanctio promulgata videtur, & quidem illa s. ęquitate, quę colligitur ex *l. maximum uitium* C. *de liber. prat.* Etenim perpetuum in iure eſt, quotiès per maſculorum exiſtentiã fęminæ à ſucceſſione, ſtatuto aliquo mediãte, excluduntur, totiès eas de dote prouidendas eſſe, pro vt quoq; maſculis ſecundogenitis, quos diximus ex Regni conſtitutione per primogenitos à feudorum ſucceſſione excludi, deberi alimenta conſtat. (70)

Rationabilis eadem Cõſtitutio eſt, quoniã per maſculos familiæ honor in perpetuum cõſeruatur. (80.)

Et eò magis rationibus confirmata eadem videtur, cum de dote de paragio fęminis prouiderit, quæ s. in locum legitimę ſucceſſit. (90) Vndè dictam conſtitutionem, tàm maſculis, quã fęminis prouidiſſe, & hinc eſt quod Regnicolæ omnes dicunt, fęminæ, quæ à parentum ſucceſſione excluduntur, cũ fuerint de dote de paragio prouiſæ, dictã dotem de paragio in locũ legitimæ ſucceſſionis ſucceſſiſsè (100.) Ità vt, quemadmodum

*(50) D. Conſ. Paulus Staiban. cent. 2. reſol. 102. n. 19.*

*(60) Gloſſ. in rubr. de alienat. feudi in fine, ex Doctr. Andrea in proprijs termin. in ca. profecto de l. Conradi teſtatur D. Conſ. Gizzarell. in decis. 22. n. 28.*

*(70) Schench. Baro in c. 1. §. & quia n. 12. de his qui feudum dare poſſ. Guill. Ranchin. in tract. de ſucceſſ. abinteſt. §. 1. n. 4. Runding. lib. 1. variar. lect. Iur. feud. ca 51 n. 10 & ſeq. Paul Berẽz diſp. feud. 1. tom. 36. & nouiter Berenz. lib. 1. diſſert. 5. vbi eleganter de ea re diſputat, & propriè in hac materia filię, quæ excluditur per maſculos teſtatur Bald. in l. fin. C. de dotis promiſſione & tradit Campeg. in ſuo tract. dotis in 26. q. ſecundæ part. princ & plenius reſp. Brunus in tract. quod ſtantibus Maſculis fœmina non ſuccedat q. 69. quam recenſet, & ſequitur, D. Praeſ: Camill. de Curte reſol. feud. c 2. n. 42 quibus addas Molin. de primogenitura Hiſpan. lib. 2. c. 1. n. 10. & ſeq & cap. 15. n. 11. & ſeq. & Philipp. Knipſchil. d. tract c. 6. n. 28. & 210 & c. 10. n. 71. & c. 11. n. 234.*

*(80) Philipp. Knipſchilt. ibid. in cap. 8. n. 105. & fœminæ non conſernant familiam idẽ in cap. 1. n. 42. & 93. & cap. 8. n. 128.*

*(90) Bart. in l. ſemper D. de inoff. teſtam.*

*(100) Capyc. dec. 17. n. 9. tradit Surd. in tract. de aliment. tit 3.*

dum legitima iuris natur̃æ debitum di ci tur, ſic,& dos de paragio , cum in illius locum ſubrogata ſit,vt conſuluit Minadous. (10) licet nõ ſapiat,quo ad omnia iur.naturæ debiti.(20.)

Ex quibus omnibus ſcribendũ euenit, dùm paragium loco legitimæ ſubrogatum eſt, cum ſubrogatum ſapiat naturam eius , in cuius locum eſt ſubrogatum (30.)In multis paragium legitimæ ęquipollere, & cum legitima conuenire,etenim, quemadmodùm legitima abſq;vllo grauamine debetur (40) ſic,& paragium.(50.) Ità vt mulieri ſit dandum liberum omni ab onere, vt Dotis nomine illud viro tradat prò oneribus matrimonij ſuſtentandis , prò quibus dos deſtinata eſt. (60) Atq;adeò, nec ab ipſo Paragio ſuper feudo debito,Adoha deducenda erit , & in hoc plus legitimæ paragium eſſe repetitur, ſecundum ea,quæ per S.R.C.facta priùs votorũ paritate in iũctis Aulis deciſũ doctiſſ.teſtatur D.R.C.Paulus Staibanus. (70) Et licet in hoc à legitima diſconueniat, tamen quia in legitimæ locũ, illud ſubrogatum eſt; non debet in omnibus legitimæ conuenire, conueniet tamen,vt quemadmodum legitima debetur deducto ære alienò , cu m ſit quota bonorum,ſicq; bonorum portio , & non hæreditatis(80.)Sicq;à tota hæreditate vt quid facti , & non iuris deducenda (90.) Ità,& paragium(præter onus deducẽdi Adoham ex feudal. ) deductis debitis, prò quibus feudum inueniebatur obligatum , debeatur.(100.)

Quod

(10) *Minad. conſ.2.in liquidatione 2.columna verſ. ſeù aliter proceditur,quem recenset quit. D. Præſ. de Franch. dec.118.n.2. Ioſeph.mele ad Gizzarell.deciſ.4. n.70.D.Cõs.Paul.Staiban.2.Cent.reſol. 139. n.27-28.& ſeq.*

(20)*Piſanell.in d.cõſuet 51.quis,vel ſi qua in addit.incip.Parag.fol. 97. & precipuè quo ad taxationem, in quo differat paragium à debito Naturę,indè neq; pars legitimę dicitur Prouenz.in obſeru.ad conſuet.ſi moriat.8.n.7.Hinc eſt benè dixiſſe Napod.in cõſuet. ſi teſtator , Paragium idem nõ eſſe,ac legitimã, licet ſit ſubrogatum in legitimę locum,vt docuit de Franch.dec. 599.circà fin.erit tamẽ loco ſucceſſ.legitima de Frãch. d.dec.618. Camill. de Curte ibidẽ quo ſup.cit. n.41.in fine, & ſi cõtrarium Affl.ſcribat deciſ. 162.n. 2.Eam tamen in locum legitimæ ſubrogatam eſſe dicimus, ſeù in locum debiti de Iure Naturæ.vt teſtatur Napod. idem , quò ſupra cit. & Præſ.de franch.d.l.Mele;& Staib.ibid.quo ſupra cit.Doctiſſ D Præſes Merlin. lib. 2. controu. forenſ cap.13.dicens ità per S. R. C. fuiſſe deciſũ*

(30)*vt notatur in l. eum qui §.qui iniuriarum D. ſi quis cautiõ.Andr.in cap.1.§.fin.n.24.de cap. Conradi & in c.1.§.plauſtror.quæ ſint regalia n. 58. Quam regulam etiã in mat.correctiua ꝓcedere dixit* D. *Reg. Reuert. dec.197.n. 1.*

40) *l.quoniã in prioribus Auth. nouiſſ. & Auth. quoniam nouell.*C.*de in-offic.teſtam.*
(50)*And.in d.conſtit.in aliquibus Bald.in l.fin.de dotis promiſſ.*
(60)*l.pro oner D.de Iur.Dot.*
(70)D.C*onſ.Paul.Staib.reſol.102.cent.2.n.77.licet d.conc.ſit contrà opin.Anell.Amat conſ.11.quem refutat idem* D.*Staib.ibidem n.171.& ſeq.*
(80)*Affl.deciſ.382.n.2.*
(90)*l.Papin.§ 4.de inoff.teſt.*
(100)*Petr.Greg.in ſuo tract.de Paragio q.2.n.8.& licet* D.*Præs.Merlin.ſup.cit.dicat in*

*omni-*

Digitized by Google

Quod autem ità verum eſt,fœminas eſſe de paragio dotandas eodem Iure Regni ſanciente, vt ſi infrà certum tempus , & ætatem a Regni Conſtitutione, & Conſuet. Ciuit. determinatum, non fuerint dotatę,maſculiari dicantur de qua rè, & alijs ad paragij materiam ſpectantibus latè adeundi ſunt Regnicolæ ones, interpretantes *d. Conſt. & dict.Conſuet.* Ciuit. (10.)quibus me remittere arbitratus fui, vt nè vel rem à peritis Regnic. latè agitatam ſcriberem, & nè vel noſtra pręlectio nimis longa ſcriberetur.

18 De ſucceſſione aſcẽdentium in feudis

Secundus ſuccedendi ordo aſcendentium de iure eſt,deſcendentibus.s. deficientibus, aſcendentes,ſiuè parentes de Iure Ciu. ſucçedunt. (20) Iure autem feudali aſcendentes regulariter à feudi ſucceſſione remouentur(30)cuius concluſionis ea ratio eſt,quoniã,qui feudũ accipit ſibi,& liberis ſuis nõ parẽtibus ꝓſpicit (40)ſimiliter quia datur feudum ob ſeruitia, ad quorum præſtationem liberi deſcendentes in diem habiliores redduntur,aſcendentes verò in dies deficiunt temporis vetuſtate collabentes, potiùsq. mortem inuocant, quàm ſeruitia præſtare idonei videntur. Non nulli

O tamen

*õnibus,equipollere paragium legitimæ, tamen non facit ad caſum, in quo eſt pręſtandum fœminis à maſculis paragium ſecundum ea, quæ ſcribit D. Conſ. Paulus Staiban.d.reſol. 102.n. 95. nam ipſum paragiũ in non nullis à legitima diſcrimantur, quemadmodum enĩ legitima eſt certà ex auth. nouiſſima Cod. de inoff. teſtam. habito reſpectu ad liberorum numerum, non idẽ eſt,in paragio, quod aliquando plùs, quãdoque minùs legitima eſſe poteſt, vt latè Petr. Gregor.ibid.quo ſupra cit. n.5.declarat, nam in paragio præter liberorum numerum conſiderandus euenit perſonarum ſtatus, vt s.mulier pari nubat,conſiderata etiam regionis cõſuetudine,ſecundum ea, quæ declarat Gramm. in deciſ.101.n.63.& 64 & in dec.57.& alij quoque explicant,quos allegat, & ſequitur cit. D. Præſ.Camill. de Curte ibid.quo ſup.cit.n.54 in fine dicens Regni conſtitutionem feminas à ſucceſſione ab inteſtato excludere, per quam excluſionem illas etiam à legitima excludit ex Grammat.dicto.loco quod ea ratione videtur,cum legitima poſt parentum mortem debeatur ad tex.in l.cum quæritur C.de inofficioſo teſt.§.1.in auth.de triente,& ſemiſſe,paragium verò in vità debetur, ità vt poſſit pater cogi ad filiam dotandam,officium namquam Parentum eſt filias dotare l.fin. C. de dotis promiſſ.l. qui liboros de ritu nuptiarum,quam coactionem quidam officio iudicis fieri poſſe atteſtantur,licet Iure actionis idemque fieri licitum eſſe opinantur,vt ſunt Fachin. lib. 3. controuerſ. 78.Bardell.conſ.164.n.9.& ſeq.Didac.Spinell de teſtam.Gloſſ.11. n.11. offic. tamen Iudicis melius ſectati ſunt Molina diſput.424.n.1.& alij,quos idem Molina allegat,& ſequitur poſſe.s Viro tradere,& dare paragium D.Vinc.de Frãch.deciſ.116.Molf. in conſuetud.Napolitan.p.4.tit.de ſucceſſ. abinteſtato q.24.nu.4. & ideò optimè dicitur paragium non eſſe idem ac legitima de Franch.deciſ.599.columnn.fin. licet ſucceſſerit in locum legitimæ idem de Franch.decis.118.nu.2. & cauſam dotis de paragio ſuper feudo debitæ quemadmodum vita,& militia quæſtio,feudalis dicitur, ità quod vt feudalis cauſa habenda ſit,vt latè & doctè exponũt Io.Baptiſta Mucci in lib.var.q.for. dilucid.q.38 D.Conſ.Staib.1.reſol forenſ.57.n.40.omni iuris peritia inſtructus S.Theol.Doct. D.Iulius Capone noſtra in Neap Acad.primaria veſpertina lectionis publicus interpres digniſſimus, meus iuris ciuil ſcholis in obſeruandiſſ. prçceptor in tract. de pactis tit. de ſtip.qu. 7.n.53.Gizz.in obſ.ad Reg.Capyc.Latr.dec.33.n.1.Danza tom.1.de pugn.Doct. tit. de arbitr.cap.7.*

*(10)Vt ſunt Petrus Gregor.in integ.tract.de paragio D.de Curte reſol.feudal.c.2.D. Prouenzal.ad Conſuet.Ciuit.ſi moriatur de ſucceſſ.ab inteſt.in obſeru.8.& alij.*

*(20)Nou.118. c.ſi igitur defunctus 2.in auth.in ſucceſſ.C.de ſuis, & legitimis.*

*(30)C.vn.de nat.ſucceſſ.feudi vbi feudiſta hac verba ſcribit,ſucceſſ.feudi talis eſt Natura,quod aſcendentes non ſuccedant,ex quo eandem ſententiam DD. communiter ſectantur de quib.vid.Scultz in ſynopſi Iur.feud.c.8.n.107.vbi.n.119.*

*(40)Cuiac.feud.1.tit.1.*

Digitized by Google

tamen caſus ſunt, in quibus aſcendentes in feudis ſuccedere admittuntur. Primò ſi expreſsè hoc pactũ in ĩueſtitura ſit, nẽpè quod vaſallo ſine maſcula prole defuncto feudum ad eius parentem pertineat. (50)

Secundus caſus eſt, ſi pater fauore filij feudum antiquum refutauerit, vt filius inueſtiretur, tunc enim filio, patre viuo, nullis ſuperſtitibus liberis mortuo, feudũ ad patrem ſuperſtitem reuertatur (60) cuius cõcluſionis eam rationem aſſignant Doct. quia s. patre refutante, lege id feciſſe dicatur, vt filius eiuſq; hæredes id poſſiderent, iſthac conditione, res ad priſtinum reuertatur, vndè iſto caſu reuerſionis feudi ad patrẽ nõ tã ſucceſſ. quã recuperationẽ appellãdam eſſe Doct. comm. opinãtur. (10)

19 De Collateralium ſucceſſionis iure in feudis ſecundum ius com. feud.

Tertius caſus eſt, ſi filius de feudo, patris contẽplatione ĩueſtitus fuerit, in quo caſu, vt ſup. etiã filio ſine liberis mortuo pater ſuccedat. (20)

Quartus caſus eſt, ſi feudum merè hereditarium eſſet. (30)

Quintò ſi loci, de cuius ſucceſſ. agitur, ſtatuto, vel conſuetudine id caueatur. (40)

Sequitur proſtremò de tertio, & vltimo ſuccedendi ordine, Collateralium ſcilicet. Collaterales

*(50) ex capit extr. feud. patre in feud. filij ſucced. Schneid. in epit. feud. 6. part. cap. 2. princip. c. 3 n. 6. limit. & alij quos alleg. & ſeqtur Schult. d. c. 8. nu. 111. dicens pacto id fieri legitimè poſſe, cum certum in iure feudali ſit, pacto perſonas incapaces capaces, habilesq; ad ſuccedendum fieri poſſe, vt in femina patet, c. vn. § 2. de ſucceſſ. feud. & in fratre in feudo nouo c. vn. §. cũ verò 2. verſ. ſic autem de his qui feud. &c. cap. vn. de frat. de nouo benef. inueſt. in extraneis c. vn. de feud. non hab. prop. nat. ex quib. cit. Schult. idem probat poſt alios, quos alleg.*

*(60) Vueſenbec. d. f. c. 6 nu. 8. Schrad. de feud. p. 7. cap. 6 nu. 4. verſ. 4. hac concluſio Borcholt. d. feud c. 7. rub. de ſucceſſ &c. nu 9. Schneid. in epit. feud. p. 6. cap. 3. princ. c 3. n. 6. Vult. 1. f. 9. nu. 106. verſ. de antiquo etiam Obrecht. tr. feud. 2. lib. c. 16. num. 5. verſ. ſi pater fauore filij Gothofr. Ant. diſp feud 5. theſ. 6 lit. 6. verſ. ſi pater vel auus Arum. diſput. feud. 6. th. 10. & alij quos recenſet, & ſequit. cit. Schultz. d. l. n. 112. quod procedit etiam ſi pater ſimpliciter feudũ filio ſuo refutauerit, quia pater refutando feudum, non intelligitur renunciaſſe ſucceſſionem, & ipſe eſt proximior agnatus D. Reg. de Pont. de poteſt. proreg. tit. de refut. feud. ad rub. n. 30. & 31.*

*(10) Doct. cõm. arg. c. vn. de Vaſall. decrep. ætat. idq. ità dec. in Cam. Imp. teſtatur Myſing. 3. obſ. 93. verſ. excipe tamen caſũ in Regno verò per S. R. C. deciſum traditur parentem iurè ſucceſſionis, non verò reuerſionis in dicto feudo refutato ſuccedere, ſicq. teneri aſcend. ad onera hæreditaria pro occurrenti valore pretij, teſte D. Vinc. de Franch. dec. 3. n. 10. dicens iunctis aulis ità fuiſſe per S. R. C. determinatum, & in ea deciſ. fuiſſe conſideratum, ne creditores videntes feuda donata filio per eum poſſideri, eorumq; dominum eſſe, creditis priuentur, & hanc opin. ſequutus fuit Ann. in repet. d. cap. de vaſ. decrep. ætat. nu. 150 fol. 84.*

(20) Feudiſtæ *communiter ex arg. l. dotem 6. in fin. D. de collat. bonor. l. fin. C. eod. l. ſed ſi plures 10. §. in adrogato 6. D. de vulg. &c. Vult. 1. f. 9. n. 207. verſ. quin etiã Arum. diſput. feud. 6 th. 11. & alij quos alleg. cit. Schult. d. l. n. 113.*

*(30) arg. Nouell. 118. C ſi igitur. defunctus 2. Roſenth. poſt alios in ſynops. f. ca. 7 concl. 14. n. 23. Schultz d. l. n. 114.*

*(40) arg. l. õnes populi 9. D. de iuſt. & iur. l. de qbus 23. D. de legib. poſt alios probat Schneid. in epit feud part. 6 c. 2. princ. c. 3. n. 6. limit. 6. iunctis Vult. 1. f. 9. n. 207. Obrecht. 2. feud. c. 16 n. 7. Bocer. tract. de ſucceſſ. feud. cap. 4 q. 1. verſ. tertius caſus eſt, & parte 2. claſſ. 5. diſp. 18. theſ. 22. lit. E. quem recenſet, & ſequitur Schult. d. l. n. 115. qui de pluribus alijs limit. ad d. reg. ſup. trad. ſe remittit ad Vult. d. loc. & alios vbi n. 117. quærit. vtrũ in hiſce caſibus, in*

quibus

Digitized by Google

Tales igitur omnes illi dicuntur, qui ex latere veniunt, veluti fratres, ſorores, fratrum, ſororumq; liberi, tàm maſculi, quàm fœminæ, ex quibus alij conſanguinei, alij vterini, quidam verò Germani, ſiuè vtrinq; coniuncti, s. qui ex eiſdem Parentibus, eodem nempè patre, eademq; matre nati ſunt. Iſti, aut extant ſoli, aut cum conſanguineis, vterinis, vel fratrum, ſororumq; liberis concurrunt; Si ſoli extant iure Ciu. ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ ſint, in capita ſuccedunt. (50) Iure verò feud. ſoli maſculi ſuccedunt (60) Qui ſi cũ coſanguineis, vel vterinis concurrant, Iur. Ciu. excludant eos. (70) conſuetudine autem feud. ſaltẽ vterinos. s. quia cognati ſunt, quippè non ab eodem patre, ſed eadem matre nati; Ad cognatos verò, neq; beneficij ſucceſſio aliqua eodẽ iur. feud. ſpectat (90) non etiam conſanguineos excludunt, ea nimirum ratione, quia conſanguinitas ſpecies eſt agnationis. (10)

Agnati autem in feudo ſuccedere admittuntur. (10) conſanguinei igitur rectè admittantur, præſertim cum vinculum ex parte matris in feudo non conſideretur, hinc licet in fratre ex vtroq. latere coniuncto, duæ qualitates concurrant, attamen quia ipſarum altera in feudi conceſſione impertinens eſt, ſuccedendi ius, ſiuè effectum aliquem, non augeat. (20)

Si verò cum fratrum, ſororumq; liberis concurrant I. Ciu. ſucceſſio fit in ſtirpes, ea nimirum ſuadente ratione, quia ſi aliter iuris eſſet, hęres plùs iuris, & cõmodi haberet, quã, & ipſe defunctus habuit, cuius vicem repræſentat, contrà ea, quæ ex ratione naturali Iuris. Ciu.

quibus aſcendentes in feudum ſuccedunt cum ijſdem, defuncti fratres vna ad feudi ſucceſſ. admittantur, circa quã affirm. reſpondit ex cõm Feud. opin. dicens, ſicuti in allodialibus fratres vnà cum aſcendentibus admittantur ſuccedere Nouell. 118. c. ſi igitur defunctus 2. auth. defuncto C. ad S. C. Tertull. nam vt ait feudiſta in c. vn. de feudi cognit. ſtrenuus legis peritus ſic vbi caſus emerſerit, qui conſuetudine feud. non ſit comprehenſus abſq; calumnia vti poterit lege ſcripta. s. Romana; & eãdẽ ſententiam ſequutũ fuiſſe Schrad. d. f p. 7. c. 6. n. 16. & ſeqq. vſq. ad fin Roſenth. cap. 7. concl. 14. n. 3 & ſeq. Boc. de ſucceſſ. feud. c. 4. q. 4. per tot. quamuis alij cõtrarium dixerint maximè cũ feudum antiquum, vel conditione, vel refutatione à patre filiò facta ad filium peruenit, illo abſq. deſcendẽtibus maſculis defuncto, patrẽ ſolum non etiam fratres ad feud ſucc. admitti Iſern. in cap. 1. in princ. n. 8. verſ. quid ergo ſi pater acquiſitum feudum de nat ſucceſſ. feud. Affl. in c. 1. n. 2. in fin. de vaſall. decrep. ętatis, recẽſens etiam in foro ſaxonico patrem fratres excludere non ſolùm in feudalibus, verum etiam in allodialibus ſpeciali iure contradiſp. iuris ciuil. cõm.

50) Auth. itaq. c. cõmun. de ſucceſſ. § ſi. igitur defunctus Nou. 118.

(60) C. vn. de ſucceſſ. feud. vbi DD & c. vn. de ſucceſſ. fratrum, &c.

(70) d. Auth. itaq: ea nimirum ratione, quia ex vno ſaltem lat. coniuncti minùs fratres ſunt quàm ex vtroq. Nou 118. cap. 3. immò vulgatum eſt duo vincula plùs in iure ligare, quàm vnum §. ſed hodię elem. de adopt. Nou. 84. c. 1. in fine.

(80) Gaill. 2. obſer. 151.

(90) d c. vn. de ſucceſſ. fratrum.

(100) §. vulgò Elem. de ſucceſſ. cogn.

(10) d. c. vn. de ſucceſſ. fratr.

(20) Gaill. d. l.

Digitized by Google

Ciu.conſtituitur(30)Indè non oportebit,nec fieri poterit ex qualitate,vel num. hæredum, præmortui cohæredis ius reliquorum imminui (40)Sicq;quamuis ſucceſſores num. plures ſint,partem vnam tantum illam capient, quam eorum prędeceſſor defunctus, ſi vixiſſet pro ſuo capite,& iure legitimè accepturus erat (50)fratrum autem liberi, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ ſint,eodem Iur.Ciu. cum defũcti fratribus ad hæreditatem admittãtur (60) Vſibus verò feudorum maſculi ſolum admittũtur,neq.etiam omnes,verumtamen ſoli, qui ex virili. (70) non verò qui ex fœmineo ſexu deſcendunt.(80)ſiuè ſoli extãt, ſiuè cum fratrum liberis concurrant , & ſi cum patruis defuncti concurrant,certũ eſt illos excludi,nã indubitatũ eſt,vt diximus,patrẽ, auũq; nõ admitti,igitur nèc eorũ fratres,hæreditas nãq;etiam Iur.Ciu.potiùs deſcendentibus, quàm aſcendentibus debetur (90) deſcẽdentes nãquam,& naturę ius,& cõmune parẽtum votũ vocare dicitur.(100)

Quid etiam dicẽdum ſit de iure primogeniturę; vtrum s.filij ex filio primogenito patrem ſuũ repræſentẽt,atq;ità patruum ſuum excludãt, ſcribendum eſt;Et quidem ius gentium hoc eſt,vt in Regno primogenitus ſuccedat, vel mos eſt pleriſq;in locis,vt primogenitus filius vel primogenitus fratrer fratri ſuccedat in Aſſe , ea ratione , nè in plures diuiſa hæreditate ob inopiam rei familiaris , familiæ claritas vileſcat, fingamus caſum: Iam patrem eſſe mortuum relicto nepote ex filio primogenito,iam ante mortuo alio filio, vel eſt mortuus fratrer, relicto fratris primogeniti filio, & alio fratre,quis nam ex iſtis ſuccedat,& certè quidem legimus quoſdam pro baſſe nepotis cauſam,& iure,& æquitate plaudentibus potiorem eſſe.(10)

*(30)in l. nemo plus iur. 120.& in l.hæredem 59 D. de reg.iur.ſubrogatũ n. ſub ſurrogantis naturam ſapere dicitur §. fuerat Elem.de act.lib.4.*

*(40)l.2.§.1.D.de verb. oblig.*

*(50)Nou.115.c.3.*

*(60) Auth. ceſſante C. de legitimis hæred. d. Nou.115.c.3.quidquid antiquitus excluderentur l.3.C. de legit. hæred.nempè cum repreſentationis ius incognitum eſſet, & in ſola deſcendentium linea,ex l. duodecim tabularum receptum d.l.3. Hodiè attamen cum linea Collaterali ſaltem quò ad fratrum,ſororumq; liberos, introductum ſit, ſuccedunt non ſolum, ſi cum parentibus Nou. 118.c.3.ſed etiam quãdo cum fratribus defũcti concurrunt Nou.127.*

*(70)C.vn.de ſucceſſ.feudi.*

*(80)d.c.1. de ſucceſſ. fratr.&c.*

*90)§.ſin autem V.illud*

*(100)Vt not.in l.ſcripto D.undè liberi.*

*(10) Poſt alios Myſing. cent.3.obſer,23.*

Verior

Verior tamen ſententia eſt filij cauſam potiorẽ eſſe.(20)

Certum tamen eſt, quod ſi tales, vt ſupra, ex maſculis deſcendẽtes, ſiuè ſoli ſint, ſiuè cum fratrum liberis concurrant, eo caſu ſucceſſionẽ etiam fieri in ſtirpes.(30)

Præterea, ſi ſoli fratrũ liberi, nullis parẽtibus, nec fratribus ſuperſtitibus extent, ſucceſſio, prò vt olim erat.(40) ità, & nùnc in capita fit (50) Quæ ſẽtẽtia, & ſi ab *Accurſio, Bart. & Sonsbec.* improbata ſit (60)

Verior tamen ſententia eadem eſt, atq. pleniſſimũ robur, accipit, idq; habuit per conſtitutionem inuictiſſimæ, atque feliciſſimæ recolendæ memoriæ ſemper triumphatoris Imperatoris *Caroli* V. in *Comitijs ſpirentibus Anno* 1529. promulgatam (70.) Et eãdẽ etiã ſẽtẽtiã 1. feud. quoq: locũ habere peritus I. C. *Iacobus Cuiac.* probauit. (80.)

Poſt fratres, fratrumq; filios, vocantur, qui ſunt in

P gra-

*(20) cui non obſtat, quod Patris, & filij eadem ſit perſona l. fin. C. de ĩpub. & al. ſubſtit. & vna caro c. contradicimus § hac auctoritate 35. q. 3. ſimiliter, & eadem vox §. ei verò Elem. de inutil. ſtipul. quemadmodum, & nepos in locum filij ſuccedit. l. ſi nepotes D. de collat. Bon. quia nepos per ſpeciẽ repreſentationis ſuccedere intelligitur: verùm cum repreſentationis ius hãc ſaltem vim habeat, vt eo ſolo Iure fretus remotior cũ proximiori in ſucceſſione concurrat, cumq; proximior, hoc caſu admittendò s. repreſentationis Ius, in totum excluderetur, idq eò quia excedit vigorem, finem, & repreſentationis effectum, nempè quia non poteſt dari ſucceſſio per repreſentationem prò obtinẽda parte feudi, cum ipſa ſucceſſio rei, de qua agitur, nempè ratione primogenituræ diuiſionem non admittat, igitur nullum ius repræſentationis nepoti fauere poterit tanto magis q̃ cũ ſimus in caſu, in quo ꝓximitas ſimpliciter inſpicitur, nẽpè primogenituræ, ergò non poteſt eſſe locus repræſentationi, quæ remotiorem gradum ſupponit, cumq; hereditatis prælatio ex primogenituræ ſola ratione largiatur, repræſentationi locus eſſe non poteſt, verùm quemadmodum vbi proximitas ſpectanda eſt eum vocamus, qui proximior fuerit mortis tempore, vel quo Bonorum poſſeſſio petitur l. 1. D. vndè legitimi l. 3. D. vndè cognati ità quoq. vbi ratio primogenituræ obſeruatur, ille vocandus eſt, qui moriente eo, de cuius ſucceſſione agitur, primogeniti gradum, locumq: tenuerit, non verò proximioris iam ante mortui filius.*

*(30) c. vn. de his, qui feudum dare poſſunt §. hoc quoq: c. vn. de ſucceſſ feudi §. 2. c. vn. de feudo Marchiæ, c. vn. §. 1. de ſucceſſ. fratr. &c. Et ideo Maſculi ex feminis non ſuccudãt nõ obſtante, quod ipſi habiles ſint ad ſeruitia Domino præſtanda, tum quia cognati ſunt, ad quos feudi ſucceſſio non ſpectat d. c. vn. de ſucceſſ. fratr. tum etiam quia ſtante, quod eorum mater, nec in feudis ſuccederet, non poterit eis id concedi, cum certum in iure ſit, non poſſe alicui aliquid concedi, quod Auctori eius non licuit l. nemo 54. l. aliud 160. § fin. D. de reg. iur.*

*(40) in l. 1. in fin. D. ſi pars hered. &c. Vlp. tit. 26. §. 2. Caius tit. 28. § 6.*

*(50) quoniam quod antiquo iure obtinuit, id nouo iure non inuenitur mutatum, quod autẽ non mutatur, cur ſtare prohibetur l. ſancimus C. de teſtam. & ideo non in ſtirpes, ſed in capita, quia nouæ conſtitutiones ſtrictè interpetrandæ ſunt, cum igitur Nou. 118. tunc in ſtirpes velit fieri ſucceſſionem, quando fratrum liberi cum fratribus defuncti concurrunt d. Nou. in c. 3. ibi, ſed, & tunc, &c. conſequens indè nectitur, vt ſolum fratrum liberi in capita, non in ſtirpes ſuccedant, tanto magis, quoniam non iure repræſentationis, ſed proprio iure ſuccedere vocantur, cum concurrant inter ſe in pari s. gradu.*

*(60) Sonsbec. p. 9. tract. de feud. n. 100.*

*(70) quæ probatur etiam latè per Myſing. cent. 3. obſeru. 94. Zaſ. lib. 1. reſpons. cap. 7. & à contrarijs obiectionibus defenſa à perito* Hottom. *illuſtr. quæſt. c. 14.*

*(80) Iacob. Cuiac. lib. 2. de feud. tit. 11. iunct. Duar. ibid. n. 14. & probatur, quia contrarium in conſuetud. feud. proditum non eſt, vndè ſeruandum iuxtà regulam traditã in L. F, euenit, nommain c. 1. de feudi cognitione.*

Digitized by Google

gradu proximiores. (90) Quemadmodùm, & conſuetud. feudorùm idem cautum legimus. (100) Idq. ſecundũ vſum ab antiquis ſapientibus conſtitutum, ad fratres vſq. patrueles. i. vſq: ad quartum gradum (10) Quoniã ad eũ gradum parentes vlteriores, maiores appellandi ſunt (20.) Quod primò iure feud. obtinuit, poſteà verò vſq. ad ſeptimum (30) Et poſtremò in infinitum, ſi feudum ſit paternum (40)

Idq; obtinuit, nempè in infinitum, quia tandem parentes vſq. in infinitum appellari, etiam vltrà tritauum (50) In iur. feud. receptum fuit, paulatim nãq. ſentẽtiæ iuris creſcunt (60)

Tandem etiam hic vidẽdum eſt qualiter vir ſuccedat vxori, & verſa uice, circà quam rem, ſciendum eſt ex Prætoris edicto in Alodem virum ſuccedere vxori, in feudum verò moribus nullo modo ſuccedit (70) Ad maritum namq. feudi ſucceſſio non ſpectat (80) Niſi de feudo ſpecialiter inueſtitus fuerit. (90)

Poſtre-

*(90( Auth. poſt fratres, C. de legitimis hæred.*
*(100) in cap. 1. ſepè cit. de ſucceſſ. fratr. &c. & in c. vn. in fine de nat. ſucceſſ. feudi.*
*(10) c. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud.*
*(20) l. 10. §. parentes D. de grad.*
*(30) d. §. 1.*
*(40) c. 1, § 4. de his qui feud. dare poſſunt, c. 1. ſi Vaſallus feudo priuetur, c. 1. de nat. ſucc. feud. Gaill. 2. obſ. 150. Myſinc. 4. obſ. 95. nam in feudo nouo nullum ius habet legitimus ſucceſſ. D. Reg. de Mareſ. iur. c. 24. n. 9 & 10*
*(50) l. 4. de in ius voc.*
*(60) l. fideicommiſſa §. ſi rem D. de legat. 3.*
*(70) c. vn. de inueſt. in Maritum facta.*
*(80) cap vn. de inueſt. quam Titius accipit à Sempronio.*
*(90) d. c. vn. de inueſt. in maritum facta, & licet coniuges de eod. feudo ſimul inueſtiti*

*ſint, vt exemplum eſt in tit. 104 § fin. lib. 2. feud. etiã ſi vterq: ſimul inueſtiatur, non ex hoc*
*ſibi ſuccedunt, ſed vno antè alterum in gradu ſucceſſibili mortuo alterius pars domino*
*acquiratur, vt in tit 85. lib. 2. feud. cuius concluſionis ea ratio eſt, nè s. feudnm in ali-*
*enam tranſiret familiam, quemadmↄdum etiam, cum vnus ex fratribus à domino feudũ*
*acquiſiuerit, eo ſinè legitimo hærede defuncto, vt notatur in c. 1. § de his, qui feudum dare*
*poſſunt. i. ſinè hærede maſculo c. 1 de contrauerſia inter Dominũ, & Vaſall. cum in feud.*
*hæredum appellat. maſculi tantum intelligendi ſint, c. vn. de inueſt. quam Titius accepit*
*à Sempronio; frater in eius feudum non ſuccedit d. c. 1. de his qui feudum dare poſſunt,*
*vndè nec deficientis portio ad ſuperſtitem pertineat, etiam ſi ſimul inueſtiti ſint. C. vn. de*
*fratr. de nou. Ben inueſt. communiter cit. §. 3. vnica inueſt vel duabus inueſtiti fuerint c.*
*vn. § fin. de ſucceſſ. feudi, niſi ſpecialiter d. §. 3. & expreſsè dictum ſit d. § fin. atq: per in-*
*ueſtituram à Domino ordinatum, vt in tit. 30. lib. 1 feud. 1. ſi eo pacto inueſt, facta ferit, d.*
*c. vn. de fratr. de nou &c. Vt frater fratri ſuccedat, & deficientis portio ſuperſtiti accre-*
*ſcat, nàm eo caſu ex pacto frater ſuccedat in feudo nouo, non verò dominus, vt in cap. 1.*
*de vaſall. decrepitæ ætatis. qui feudum refutauit, &c. ſimiliter ſuccedit frater fratri in*
*feudo nouo, ſi illi ſint vniuerſorum bonoram Socij, & ambo, vel vnus vtriuſq: nomine do-*
*mino ſciente feudum acquiſiuerit, vnus alteri ſuccedat. c. vn. de beneficio fratr. & qual.*
*frater, &c. Vniuerſorum s. bonorum, nam nec ſufficiat, quod paternam hæreditatem com-*
*munem habeant, cum niſi vniuerſorum bonorum Socij ſint nec feudum ipſum, neq: eiuſdẽ*
*fructus communicandi veniant, per ea, quę notantur in l. cum duobus §. Papinianus D.*
*pro Socio, quemadmodum, vt vtriuſq. nomine acquiratur, requiritur, ſi vnus proprio no-*
*mine feudum acquiſiuerit, aut quidem commune dicendum ſtatim erit, licet, quia de com-*
*muni acquiſiuiſſe præſumitur, atq. videtur, in commune redigendum ſit, vt notatur in l 74.*
*D. pro ſocio l. 4. C, communia vtriuſq. Iudicij, ſicuti, & Domini ſcientiam requirimus, nã*
*ſi Dominus vni particulari nomine vendidiſſe credat. cum emerent ambo, licet iudicio*
*familię herciſcundę, vel comm. diuid. fructus feudi poſſint communicari, ipſumq. etiam*
*feudum in commune redigi l. 73. §. 1. D. pro ſocio. Non tamen alter alteri ſibi inuicem ſuc-*
*cedat, nè s. inuite Dom ino alterum, quem ſibi voluerit in Vaſallum acquirat iuxtà no-*
*tato*

Digitized by Google

Poſtremò ſciendum eſt, graduum computationē ſecundùm Ius ciuile, non autem ſecundùm Ius Canonicum in ſucc. feud. faciendam eſſe, idq. non ſolum in feudalium ſucceſſ. locum habere, verùm etiam in alijs quibuſcumq. bonis, ꝓcedit prout latè explicat. D: *Praſ. Camill. de Curte*. (100.)

Iure feudorum, conſuetudinum, hæc Collateralium de ſucceſſione in feudis habemus (10)

10 De ſucceſſione Collateralium in feudis ſeruata forma iuris Regni, & gratiarum Regis, fideliſſimę Ciuitatis largitarum.

Iure autem huius Regni, primò ex Imperatore *Friderico* Collateralium in feudis antiquis reſtrictam ſucceſſionem vſq. ad tertium gradū, cum haberemus. (20)

*Andreas de Iſernia*, Iurium Feudalium communis Præceptor, cumq; dubitauerit. (30)

An patruus, & amita in hoc tertio gradu comprehenderentur, ita quòd poſſint illi in feudis Nepoti ſuccedere, concluſeritq. quod conſtitutio *Friderici* prædicta, voluerit gradus enumerare, & non perſonas, & dilucidare materiam ſucceſſionis: Inde *Affl.* & alij dixerunt. (40) Cōſtitutionem *Friderici* prædictam gradus enumerare, & nō perſonas, & propterea, omnes exiſtentes intra tertium gradum, ſiue ex aſcendētibus, ſiue ex deſcēdētibus illi ſint, admittēdos fore probarunt.

Quæ quidem ſententia, & ſi apud citatos DD. ità certè, & indubitanter ſe haberet, nihilò tamen

*tata in c. vn. de fratr de nou. benef. &c. Ipſi etiam fratres in feudo nouo ſuccedant, ſi communibus Armis, & equis, quæ plerumq. Vaſalli offerebant, à domino impetratum ſit d. c. vn. de frat. &c. itē ſi bello paratum c. vn. de benef. fratr. &c. in fine, vel ſi inſimul ſteterint d. c. 1. de Ben. fratr. 1. ſimul in domo communi habitauerint d. cap. 1. de fratr. &c. Prohibetur etiam Iure communi regulariter fæmina in feud. ſuccedere, c. vn. § filia vero de ſucceſſ. feudi.*

(100) *Camill. de Curte res. feud. c. 1 n. 122. dicēs n. 124 poſito, quod ſit feudum, in quo omnes æqualiter ſuccedunt prò, ut iure communi conſideratur, & ſint defuncto feudatario plures nepotes, & vnus freter, vel è contra, ſucceſſionē in ſtirpes conſiderari, & n. 125. fratrem conſanguineum admitti vna cum vtrīque couiuncto in ſucceſſione feudi de iure comm. feudorū.*

(10) *Cætera verò, quæ eodem iure circà ſucceſſiones cauentur latè habes apud Georg. Adam. poſt alios, quos allegat in Syntagm. Iur. feud. cap. 9. per tot. Vult. 1. de feud. c. 9. Georg. Scultz. in Synopſi Iur. feud. in tit. de mod. quibus feudum conſtituitur, poſt Veſenb. Nicolaum Intrigl. Schrader. Mozz. Borch. Sōsbec. Obrecth, Ruding. & alios in tit. de ſucceſſ. feud. & apud Regnicolas poſt Andr. de Iſernia, Afflict. Balzar. aliorumque Regnicolarum interpretum Theoricas ad vſus feud. in comment. & præcipuè ad tit. de ſucceſſ. feud. & de nat. ſucceſſionis feud. poſt alios etiam; quos allegat, & cumulat, latiſſimè habes apud D. Praſidentem Vrſinum in tract. de ſucceſſ. feudi, Vaſallo autem ſine feudatario in religionem ingreſſo an ſtatim ad dominum deuoluatur, vel agnatis aperiatur feudum, & quid ſi poſt religionis ingreſſum ipſi feudatario feudum per ſucceſſionem deuolueretur latè expon. D. Reg. de Mar. 1. reſol. iur. c. 120. nu. 1. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. ad quem me remitto dicens n. 8. ibid. feudum amitti ſi poſt mortem feudatarij illius ſucceſſor Clericus efficiatur idque expon. n. 15.*

(20) *Imper. Frider. notatus in Regni conſtitutione, vt de ſucceſſionibus D. Reg. Reuerter. dec. 334. n. 1.*

(30) *Andr. de Iſern. in d. conſtit. vt de ſucceſſ.*

(40) *Affl. & Balzar. in dict. conſtit. vt de ſucceſſ.*

Digitized by Google

men minus ad cõtrouerſias omnes tollendas, ne s. in poſterum, nouis DD. opinionibus; id in dubium reuocari poſſet, immortalis Memoriæ Reg. Catholic. huius Regni Barones, ſiuè feudatarij ſupplicauerunt, vt omnis difficultas indè circa quod ex ſola DD. opinione teſtabatur, tolleretur, atq. ceſſaret, vt patruos nepoti in feudis ſuccedere poſſe, admittere, dignaretur, cumq. id obtinuerint, inter Regni Capitula, & largita priuilegia Patruos poſſe in feudis antiquis nepoti ſuccedere, legitur (50) Quod priuilegium confirmauit etiam Inuictiſſimus, atq; ſemper triũphator Auguſtus, *Carolus* V. Et indè illud etiam in Pragm. huius Regni corpore, tãquã ius in ſucceſſione feudi ſeruãdũ, clausũ, expreſſũq; fuit (60.) Poſtmodũ ſub patrui nomine, an amita comprehenderètur, cũ dubitandũ eueniret, recolendæ, atq; nobis omnibus Vaſallis feliciſſimæ Memoriæ Rex Hiſpaniarũ Monarcha *Philippus II.* declarauit, quod in omnibus caſibus, in quibus Patruus ſuccedere poteſt, amita quoq. comprehenderetur, atq; ità eadem ad ſucceſſionem admitteretur, fuitq; hoc inter priuilegia eiuſdem fideliſſimæ Ciuitatis inſertũ, & in Pragm. corpore ſcriptum. (70)

Verùm quia de Iure Cõſtitutionis prædictæ, frater, fratri etiam ex vno latere, tùm in feudo nouo, tùm etiam in feudo antiquo, cùm inueſtitura pro ſe, & hæredibus concepta fuerat, ſuccedebat, vel vbi nullum inueſtituræ documẽtum producebatur, vt *Amatus* probat. (80)

Dubitari autẽ poterat, ſi inueſtitura prò ſe, & hæredibus ex corpore deſcẽdẽtibus caneret, ã frater, vel ſoror, ſiuè ex vtroq; ſiue ex vno tãtũ latere, fratri in feudis nouis ſuccederet, in *Anno* 1589. largita gratia fuit, quod in feudis nouis etiam conceſſis prò ſe, & hæredibus ex corpore

(50) Cap. Regni 17.

*(60) Pragm. corpus vid. in Pragm. 6. de feud.*

*70) cap. 1. inter capitula & priuileg. Neap. prag. 12. de feud. Praſ. Camil de Curte reſol. feud. c. 3. n. 26. 27. & 28.*

*(80) Amat. conſ. 9. n. 14 & ſi contrarium fuerit de iure communi, quo frater fratri in feudo nouo non ſuccedebat c. 1 de benef. frat. & cap. 1 de duob. fratr. niſi cõceſſio feudi noui fuerit facta iure feudi antiqui D. Camill. de Curt. reſ. feud. c. 1. n. 114 de iure namq. comm. feudorum qui non deſcendebat à primo acquirẽte in feud. non ſuccedebat, etiam ſi in proxima linea Collaterali eſſet idem ibid. n. 109. & quid ſi duo fratres fuerint à ſummo Principe inueſt. de feudo, an habeat locum ius accreſcendi idem ibid num. 111. dicens num. 113. tranſuerſales admitti ad feudi ſucceſſ. ſi inueſtit. pro accipiente concepta ſit, declarans num. 115. gradus, & ſucceſſionem in feudo hæred. ab vltimo moriente capi non à primo acquirente feudum.*

pore

Digitized by Google

pore tam fratres,quam ſorores,eorumq; filij vtriuſq;ſexus ſuccederent in feudis,fuitq. ea digeſta in Pragm.corpore(90) Et poſteà extenſa quoq,ſucceſſio in feudis nouis fuit, vt filij fratrum vtriuſq.ſexus,nepotes acquirentis ſuccederent.(100)

Similiter, & poſteà feudatarijs largita gratia fuit, vt fœminæ immediatè ſucceſſuræ à feudis hæreditarijs teſtamẽto excludi poſſẽt,& quod maſculus in gradu ſucceſſibili inſtitui poſſet, eademq; fuit in corpore quoq. Pragmaticarum ſcripta.(10)

Præterea cùm vſq;ad quartum gradum in feudis antiquis Collaterales ex dicta Regni Conſtitutione non admitterentur ſuccedere, verũ vſque ad tertium tantùm gradum, fideliſſima etiam Ciuitate ſupplicante ab immutabili, ac perpetua Regis noſtri Maieſtate, gratiarũ fõte pluries vſq;ad quartũ gradũ Collaterales in feudis antiquis ſuccedere admittendos eſſe, obtentum fuit,vt in pragm. corpore legitur.(20)

Tandèm eadem Ciuitas aliam gratiam obtinuit, ex qua Collaterales in feudis ſuccedere vſq; ad quartum gradum admittuntur (30)Cumque ipſa etiam Collaterales in feudis vſq; ad quartũ gradũ ſuccedere admittentẽ gratiã,nõ tàm,de feudis antiquis diſponere, intènderet; cum iam hoc per aliam antecedentẽ gratiam obtinuiſſe certum conſtaret (40) verũ de nouis feudis eam loqui teſtaretur, aduersùm dictam fideliſſimæ Ciuitatis interpretationem de feudis nouis intelligendam eſſe teſtantem, Illuſt.*D.Iul. Cæſ. Bonitus* olim prẹſtãtiſſimus Regni Sec.Dux Inſulæ,integerrimus tunc fiſci Patronus, ſiuè Regij Patrimonij peritiſſimus Aduocatus,& ad præſens Regiæ Cameræ meritiſſimus Præſidens, prò Regio Fiſco peritè hæc allegauit,ex quibus dictam gratiã de feudis antiquis intelligi debere,elucidabatur,non verò de feudis nouis.

(90) *Prag.29.de feudis & inter grat.& capit fidel.;Ciuit. anni* 1589.

(100) *Pragm.25.de feud. & ſi feudatarius moriatur pluribus fratribus patruelibus ſuperſtitibus, quis nã illorum in feudo à communi ſtipite obuento,ſuccedat explic D.R. de Marin.* 1. *reſ.iur. cap.*121. *nu.* 64.

(10) *Pragm.* 33. *de feud.Praſ.Camill.de Curte ibid. quo ſuprà cit.& latè Dom.Reg. Rouit.dec.*94.*n.*2.3.5.*& ſeqq. proponunt, & num feudatarius habens maſculum, & fœminam poſſit in vim nouiſſimæ gratiæ diſponere,vt eo moriẽte ſine filijs ,succedere debeat alius maſculus de familia,feudatario in gradu ſucceſſibili,filia fœmina excluſa expon. D. Reg.de Marin.*1.*reſ. iur.c.*121.*n.*116.*& d. gratiã etiam in maſculo remotiori in gradu, fœmina, dummodo in gradu ſucceſſibili ſit procedere explic.idẽ ibid.n.*75.

(20) *Pragm.corp.notat in Pragm.*18.*de feud.*

(30) *Pragm.*24.*de feud & habes eandem in Priuil.Neap.* 31.*fol.* 349.

(40) *Pragm.*18.

Q      Nem-

Prætereà etiam videamus; qualiter fęminæ in feudis ſuccedant, 18 De fœminarū ſucceſſ. in feudis.

Et quidem, quod Iure Cæſareo habemus mortuo aliquo, filijs, & filiabus ſuperſtitibus, tū filios, tùm etiam filias ad eorum parentum ſucceſſionem inſimul vocādos eſſe, nulla Sexus, AEtatis prerogatiua ſeruata, s. ſiuè ex maſculorum genere, ſiuè ex fœminarum deſcendentia ſint, omnibus aſcendentibus; & ex latere cognatis præferantur (10.)

Limitandum id attamèn primò de Iure Communi feudorum legimus, per quod, regulariter fęminæ in feudorum ſucceſſione nō vocantur. (20)

Secundò de Iure Conſtitutionis Regni, ex quo fęmina admittitur quidem in feudis ſuccedere, ſed quemadmodum in burgenſaticis conſtitutū eadē lege eſt, nimirū ſeruata ſexus prærogatiua, in feudis ſuccedat. (30.)

Seruata ſexus prærogatiua .i. quod ſtantibus maſculis filia fęmina non ſuccedat, quæ, & ſi per maſculos in Regno à feudorum ſucceſſione, quemadmodum, & in allodialibus ſuccedere excludatur, ex èadem tamen Regni lege, & in feudalibus, & ī allodialibus bonis, in quibus ſtantibus maſculis, ſeruata dicta legę non ſuccedit; *Imp.* Frid. de dote, de paragio vnica lege prouidit, qua grauantur, maſculi fratres, aut nepotes, qui in feudis, & alijs in bonis burgēſaticis ſuccedunt, Amitas, & ſorores pro facultatum ſuarum modo, æſtimatione, & filiorum ſuperſtitum numero dotare ſecundum paragium s. quod ex dicta conſtitutione ſancitur (40) Ità

vt

(10) § 1 *Auth. de hered. ab inteſt. venientibus l. maximū vitium C. de lib. preter.*

(20) *cap. 1. § filia de ſucceſſ. feudi cap. 1. § hoc autem de his qui feudum dare poſſunt cap. 1 Epiſcopum vel Abbatē cap. 1. de alienat. feudi paterni cap. 1. de eo qui ſibi, & hæredibus ſuis c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat c. 1. de nat. ſucceſſ. feudi c. 1. § ſimiliter de Capit. qui Curiam vend. c 1. §. ad filias de ſucceſſione fratris c. 1 § benef. in quib. cauſ. & c. c. 1 §. ſiclietulus de alienatione feudi c. 1 §. profectò de l. Conradi, & cap 1. in fine de feudo Marchię, eamq; Conc. ità Iuribus feudorū certam latè poſt alios innumeros, quos allegant, interpretantur, & probant Sonsbec. p 9. nu. 118. & 121. Clar. in §. feudum q. 73. nu. 1. Schneid. p 6. de ſucceſ. ab inteſtato n. 5. Zaſ. p 8. nu. 36. poſt alios īnumeros Hermann. Vult c. 9. n. 27. vbi in n. ſeqq. eiuſdem Conc. rationem aſſignat, iunct. Philipp. Knipſchilt. de fideicommiſſis fam. nobil num. 46. & ſeqq. quod, & ſi eod. Iure ſeruato nōnullas limitationes patiatur, de quibus noſtris in viſionibus infra typis edēdis latè Deo indulgente reſcribatur, prò nunc verò de his vide apud Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 45. & ſeqq. & quid in feudo plano vid. D. R. de Mar. 1. reſ. iur. cap. 229. n. 20. vſq; à nu. 22.*

(30) *Conſt. Regni incip. vt de ſucceſſ. & de allodial. ſucceſ. fœmin. in conſtit. in aliquibus habes.*

(40) *d. conſt. & confirm. conſuetud. huius fideliſſimę Ciuitatis. incip. ſi quis, vel ſi qua & cōſuet. ſi moriatur*

Digitized by Google

vt ex feudi pretio paragium quoq; debeatur; Vndè dicitur per emptorem feudi deberi paragium (50.) Et hinc eſt, cum fęminæ ex dicta conſtitutione in feudo, Maſculis non extantibus, admittantur, in Regno vniformem inueſtituram prò maſculis, & fęminis eſſe, attenta ſexus, & ætatis prærogatiua, ità vt, qui alia lege contrahit dicatur id dolo, & fraudolentèr facere, diſpoſitio tamen non vitiabitur, ſed conditio diſſonās reijciatur. (60.)

Prædictæ autem conſtitutionis ęquitate ſuadēte, ſanctio promulgata videtur, & quidem illa s. ęquitate, quę colligitur ex *l. maximum uitium* C. *de liber. prat.* Etenim perpetuum in iure eſt, quotiès per maſculorum exiſtentiā fęminæ à ſucceſſione, ſtatuto aliquo mediāte, excluduntur, totiès eas de dote prouidendas eſſe, pro vt quoq; maſculis ſecundogenitis, quos diximus ex Regni conſtitutione per primogenitos à feudorum ſucceſſione excludi, deberi alimenta conſtat. (70)

Rationabilis eadem Cōſtitutio eſt, quoniā per maſculos familiæ honor in perpetuum cōſeruatur. (80.)

Et eò magis rationibus confirmata eadem videtur, cum de dote de paragio fęminis prouiderit, quæ s. in locum legitimę ſucceſſit. (90) Vndè dictam conſtitutionem, tàm maſculis, quā fęminis prouidiſſe, & hinc eſt quod Regnicolæ omnes dicunt, fęminæ, quæ à parentum ſucceſſione excluduntur, cū fuerint de dote de paragio prouiſæ, dictā dotem de paragio in locū legitimæ ſucceſſionis ſucceſſiſsè (100.) Ità vt, quemadmodum

(50) *D. Conſ. Paulus Staiban. cent. 2. reſol. 102. n. 19.*

(60) *Gloſſ. in rubr. de alienat. feudi in fine, ex Doctr. Andrea in proprys termin. in ca. profecto de l. Conradi teſtatur D. Conſ. Gizzarell. in decis. 22. n. 28.*

(70) *Schench. Baro in c. 1. §. & quia n. 12. de his qui feudum dare poſſ. Guill. Ranchin. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. §. 1. n. 4. Running. lib. 1. variar. lect. Iur. feud. ca 51 n. 10 & ſeq. Paul Berēz diſp. feud. 1. tom. 36. & nouiter Berenz. lib. 1. diſſert. 5. vbi eleganter de ea re diſputat, & propriè in hac materia filię, qua excluditur per maſculos teſtatur Bald. in l. fin. C. de dotis promiſſione & tradit Campeg. in ſuo tract. dotis in 26. q. ſecunda part. princ & plenius reſp. Brunus in tract. quod ſtantibus Maſculis fœmina non ſuccedat q. 69. quam recenſet, & ſequitur, D. Praeſ: Camill. de Curte reſol. feud. c 2. n. 42 quibus addas Molin. de primogenitura Hiſpan. lib. 2. c. 1. n. 10. & ſeq & cap. 15. n. 11. & ſeq. & Philipp. Knipſchil. d. tract c. 6. n. 28. & 210 & c: 10. n. 71. & c. 11. n. 234.*

(80) *Philipp. Knipſchilt. ibid. in cap. 8. n. 105. & fœmina noncon ſernant familiam idē in cap. 1. n. 42. & 93. & cap. 8. n. 128.*

(90) *Bart. in l. ſemper D. de inoff. teſtam.*

(100) *Capyc. dec. 17. n. 9. tradit Surd. in tract. de aliment. tit 3.*

Digitized by Google

dum legitima iuris naturæ debitum dicitur, ſic, & dos de paragio, cum in illius locum ſubrogata ſit, vt conſuluit *Minadous*. (10) licet nõ ſapiat, quo ad omnia iur. naturæ debiti. (20.)

Ex quibus omnibus ſcribendũ euenit, dùm paragium loco legitimæ ſubrogatum eſt, cum ſubrogatum ſapiat naturam eius, in cuius locum eſt ſubrogatum (30.) In multis paragium legitimæ ęquipollere, & cum legitima conuenire, etenim, quemadmodùm legitima abſq; vllo grauamine debetur (40) ſic, & paragium. (50.) *Ità* vt mulieri ſit dandum liberum omni ab onere, vt Dotis nomine illud viro tradat prò oneribus matrimonij ſuſtentandis, prò quibus dos deſtinata eſt. (60) Atq; adeò, nec ab ipſo Paragio ſuper feudo debito, Adoha deducenda erit, & in hoc plus legitimæ paragium eſſe repetitur, ſecundum ea, quæ per S.R.C. facta priùs votorũ paritate in iũctis Aulis deciſũ doctiſſ. teſtatur D.R.C. *Paulus* Staibanus. (70) Et licet in hoc à legitima diſconueniat, tamen quia in legitimæ locũ, illud ſubrogatum eſt; non debet in omnibus legitimæ conuenire, conueniet tamen, vt quemadmodum legitima debetur deducto ære alieno, cum ſit quota bonorum, ſicq; bonorum portio, & non hæreditatis (80.) Sicq; à tota hæreditate vt quid facti, & non iuris deducenda (90.) Ità, & paragium (præter onus deducẽdi Adoham ex feudal.) deductis debitis, prò quibus feudum inueniebatur obligatum, debeatur. (100.)

Quod

(10) *Minad. conſ. 2. in liquidatione 5. columna verſ. ſeù aliter proceditur, quem recenſet quit. D. Præſ. de Franch. dec. 118. n. 2. Ioſeph. Mele ad Gizzarell. deciſ. 4. n. 70. D. Cõs. Paul. Staiban. 2. Cent. reſol. 139. n. 27. 28. & ſeq.*

(20) *Piſanell. in d. cõſuet 51. quis, vel ſi qua in addit. incip. Parag. fol. 97. & precipuè quo ad taxationem, in quo differat paragium à debito Naturę, indè neq; pars legitimę dicitur Prouenz. in obſeru. ad conſuet. ſi moriat. 8. n. 7. Hinc eſt benè dixiſſe Napod. in cõſuet. ſi teſtator, Paragium idem nõ eſſe, ac legitimã, licet ſit ſubrogatum in legitimę locum, vt docuit de Franch. dec. 599. circà fin. erit tamẽ loco ſucceſſ. legitima de Frãch. d. dec. 618. Camill. de Curte ibidẽ quo ſup. cit. n. 41. in fine, & ſi cõtrarium Affl. ſcribat deciſ. 162. n. 2. Eam tamen in locum legitimæ ſubrogatam eſſe dicimus, ſeù in locum debiti de Iure Naturæ, vt teſtatur Napod. idem, quò ſupra cit. & Præſ. de franch. d. l. Mele; & Staib. ibid. quo ſupra cit. Doctiſſ D Præſes* Merlin. *lib. 2. controu. forenſ cap. 13. dicens ità per S. R. C. fuiſſe deciſũ*

(30) *vt notatur in l. eum qui §. qui iniuriarum D. ſi quis caution. Andr. in cap. 1. §. fin. n. 24. de cap. Conradi & in c. 1. §. plauſtror. quæ ſint regalia n. 58. Quam regulam etiã in mat. correctiua ꝓcedere dixit* D. *Reg. Reuert. dec. 197. n. 1.*

(40) *l. quoniã in prioribus Auth. nouiſſ. & Auth. quoniam nouell.* C. *de in-offic. teſtam.*

(50) *And. in d. conſtit. in aliquibus Bald. in l. fin. de dotis promiſſ.*

(60) *l. pro oner D. de Iur. Dot.*

(70) D. *Conſ. Paul. Staib. reſol. 102. cent. 2. n. 77. licet d. conc. ſit contrà opin. Anell. Amat conſ. 11. quem refutat idem* D. *Staib. ibidem n. 171. & ſeq.*

(80) *Affl. deciſ. 382. n. 2.*

(90) *l. Papin. § 4. de inoff. teſt.*

(100) *Petr. Greg. in ſuo tract. de Paragio q. 2. n. 8. & licet D. Præs. Merlin. ſup. cit. dicat in omni-*

Digitized by Google

Quod autem ità verum eſt, fœminas eſſe de paragio dotandas eodem Iure Regni ſanciente, vt ſi infrà certum tempus , & ætatem a Regni Conſtitutione, & Conſuet. Ciuit. determinatum, non fuerint dotatę, maſculiari dicantur de qua rè, & alijs ad paragij materiam ſpectantibus latè adeundi ſunt Regnicolæ ones, interpretantes *d. Conſt. & dict. Conſuet. Ciuit.* (10.) quibus me remittere arbitratus fui, vt nè vel rem à peritis Regnic. latè agitatam ſcriberem, & nè vel noſtra pręlectio nimis longa ſcriberetur.

58 De ſucceſſione aſcẽdentium in feudis.

Secundus ſuccedendi ordo aſcendentium de iure eſt, deſcendentibus.s. deficientibus, aſcendentes, ſiuè parentes de Iure Ciu. ſuccędunt. (20) Iure autem feudali aſcendentes regulariter à feudi ſucceſſione remouentur (30) cuius concluſionis ea ratio eſt, quoniã, qui feudũ accipit ſibi, & liberis ſuis nõ parẽtibus ꝓſpicit, (40) ſimiliter quia datur feudum ob ſeruitia, ad quorum præſtationem liberi deſcendentes in diem habiliores redduntur, aſcendentes verò in dies deficiunt temporis vetuſtate collabentes, potiùsq. mortem inuocant, quàm ſeruitia præſtare idonei videntur. Non nulli

O tamen

*õnibus, equipollere paragium legitimæ, tamen non facit ad caſum, in quo eſt pręſtandum fœminis à maſculis paragium ſecundum ea, quæ ſcribit D. Conſ. Paulus Staiban. d. reſol. 102. n. 95. nam ipſum paragiũ in non nullis à legitima diſcrimantur, quemadmodum enĩ legitima eſt certà ex auth. nouiſſima Cod. de inoff. teſtam. habito reſpectu ad liberorum numerum, non idẽ eſt, in paragio, quod aliquando plùs, quãdoque minùs legitima eſſe poteſt, vt latè Petr. Gregor. ibid. quo ſupra cit. n. 5. declarat, nam in paragio præter liberorum numerum conſiderandus euenit perſonarum ſtatus, vt s. mulier pari nubat, conſiderata etiam regionis cõſuetudine, ſecundum ea, quæ declarat Gramm. in deciſ. 101. n. 63. & 64 & in dec. 57. & alij quoque explicant, quos allegat, & ſequitur cit. D. Præſ. Camill.* de Curte *ibid. quo ſup. cit. n. 54 in fine dicens Regni conſtitutionem feminas à ſucceſſione ab inteſtato excludere, per quam excluſionem illas etiam à legitima excludit ex Grammat. dicto. loco quod ea ratione videtur, cum legitima poſt parentum mortem debeatur ad tex. in l. cum quæritur C. de inofficioſo teſt. §. 1. in auth. de triente, & ſemiſſe, paragium verò in vità debetur , ità vt poſſit pater cogi ad filiam dotandam, officium namquam Parentum eſt filias dotare l. fin. C. de dotis promiſſ. l. qui liboros de ritu nuptiarum, quam coactionem quidam officio iudicis fieri poſſe atteſtantur, licet Iure actionis idemque fieri licitum eſſe opinantur, vt ſunt Fachin. lib. 3. controuerſ. 78. Bardell. conſ. 164. n. 9. & ſeq. Didac. Spinell de teſtam. Gloſſ. 11. n. 11. offic. tamen Iudicis melius ſectati ſunt Molina diſput. 424. u. 1. & alij, quos idem Molina allegat, & ſequitur poſſe s Viro tradere, & dare paragium D. Vinc. de Frãch. deciſ. 116. Molſ. in conſuetud. Napolitan. p. 4. tit. de ſucceſſ. abinteſtato q. 24. nu. 4. & ideò optimè dicitur paragium non eſſe idem ac legitima de Franch. deciſ. 599. column. fin. licet ſucceſſerit in locum legitimæ idem de Franch. decis. 118. nu. 2. & cauſam dotis de paragio ſuper feudo debitæ quemadmodum vita, & militiæ quæſtio, feudalis dicitur, ità quod vt feudalis cauſa habenda ſit, vt latè & doctè exponũt Io. Baptiſta Mucci in lib. var. q. for. dilucid. q. 38 D. Conſ. Staib. 1. reſol forenſ. 57. n. 40. omni iuris peritia inſtructus S. Theol. Doct. D. Iulius Capone noſtra in Neap. Acad. primariæ veſpertinæ lecttonis publicus interpres digniſſimus, meus iuris ciuil ſcholis in obſeruandiſſ. pręceptor in tract. de pactis tit. de ſtip. qu. 7. n. 53. Gizz. in obſ. ad Reg. Capyc. Latr. dec. 33. n. 1. Danza tom. 1. de pugn. Doct. tit. de arbitr. cap. 7.*

(10) *Vt ſunt Petrus Gregor. in integ. tract. de paragio D. de Curte reſol. feudal. c. 2. D. Prouenzal. ad Conſuet. Ciuit. ſi moriatur de ſucceſſ. ab inteſt. in obſeru. 8. & alij.*

(20) *Nou. 118. c. ſi igitur defunctus 2. in auth. in ſucceſſ. C. de ſuis, & legitimis.*

(30) *C. vn. de nat. ſucceſſ. feudi vbi feudiſta hac verba ſcribit, ſucceſſ. feudi talis eſt Natura, quod aſcendentes non ſuccedant, ex quo eandem ſententiam DD. communiter ſectantur de quib. vid. Scultz. in ſynopſi Iur. feud. c. 8. n. 107. vbi n. 119.*

(40) *Cuiac. feud. 1. tit. 1.*

tamen caſus ſunt, in quibus aſcendentes in feudis ſuccedere admittuntur. Primò ſi expreſsè hoc pactū in iueſtitura ſit, nēpè quodva ſallo ſine maſcula prole defuncto feudum ad eius parentem pertineat. (50)

Secundus caſus eſt, ſi pater fauore filij feudum antiquum refutauerit, vt filius inueſtiretur, tunc enim filio, patre viuo, nullis ſuperſtitibus liberis mortuo, feudū ad patrem ſuperſtitem reuertatur (60) cuius cōcluſionis eam rationem aſſignant Doct. quia s. patre refutante, lege id feciſſe dicatur, vt filius eiuſq; hæredes id poſſiderent, iſthac conditione, res ad priſtinum reuertatur, vndè iſto caſu reuerſionis feudi ad patrē nō tā ſucceſſ. quā recuperationē appellādam eſſe Doct. comm. opinātur. (10)

Tertius caſus eſt, ſi filius de feudo, patris contēplatione iueſtitus fuerit, in quo caſu, vt ſup. etiā filio ſine liberis mortuo pater ſuccedat. (20)

Quartus caſus eſt, ſi feudum merè hereditarium eſſet. (30)

Quintò ſi loci, de cuius ſucceſſ. agitur, ſtatuto, vel conſuetudine id caueatur. (40)

Sequitur proſtremò de tertio, & vltimo ſuccedendi ordine, Collateralium ſcilicet. Collaterales

19 De Collateralium ſucceſſionis iure in feudis ſecundum ius com. feud.

(50) ex capit extr. feud. patre in feud. filij ſucced. Schneid. in epit. feud. 6. part. cap. 2. princip. c. 3 n. 6. limit. & alij quos alleg. & ſeqtur Schult. d. c. 8. nu. 111. dicens pacto id fieri legitimè poſſe, cum certum in iure feudali ſit, pacto perſonas incapaces capaces, habilesq;, ad ſuccedendum fieri poſſe, vt in femina patet, c. vn. § 2. de ſucceſſ. feud. & in fratre in feudo nouo c. vn. § cū verò 2. verſ. ſic autem de his qui feud. &c. cap. vn. de frat. de nouo benef. inueſt. in extraneis c. vn. de feud. non hab. prop. nat. ex quib. cit. Schult. idem probat poſt alios, quos alleg.

(60) Vueſenbec. d. f. c. 6 nu. 8. Schrad. de feud. p. 7. cap. 6 nu. 4. verſ. 4. hæc concluſio Borcholt. d. feud c. 7. rub. de ſucceſſ &c. nu 9. Schneid. in epit. feud. p. 6. cap. 3. princ. c 3. n. 6. Vult. 1. f. 9 nu. 106. verſ. de antiquo etiam Obrecht. tr. feud. 2. lib. c. 16. num. 5. verſ. ſi pater fauore filij Cothofr. Ant. diſp feud 5. theſ. 6 lit. 6. verſ. ſi pater vel auus Arum. diſput. feud. 6. th. 10 & alij quos recenſet, & ſequit. cit. Schultz. d. l. n. 112. quod procedit etiam ſi pater ſimpliciter feudū filio ſuo refutauerit, quia pater refutando feudum, non intelligitur renunciaſſe ſucceſſionem, & ipſe eſt proximior agnatus D. Reg. de Pont. de poteſt. proreg. tit. de refut. feud. ad rub. n. 30. & 31.

(10) Doct. cōm. arg. c. vn. de Vaſall. decrep. ætat. idq. ità dec. in Cam. Imp. teſtatur Myſing. 3. obſ. 93. verſ. excipe tamen caſū in Regno verò per S. R. C. deciſum traditur parentem iurè ſucceſſionis, non verò reuerſionis in dicto feudo refutato ſuccedere, ſicq. teneri aſcend. ad onera hæreditaria pro occurrenti valore pretij, teſte D. Vinc. de Franch. dec. 3. n. 10. dicens iunctis aulis ità fuiſſe per S. R. C. determinatum, & in ea deciſ. fuiſſe conſideratum, ne creditores videntes feuda donata filio per eum poſſideri, eorumq; dominum eſſe, creditis priuentur, & hanc opin. ſequutus fuit Ann. in repet. d. cap. de vaſ. decrep. ætat. nu. 150 fol. 84.

(20) Feudiſtæ communiter ex arg. l. dotem 6. in fin. D. de collat. bonor. l. fin. C. eod. l. ſed ſi plures 10. § in adrogato 6. D. de vulg. &c. Vult 1. f. 9. n. 207. verſ. quin etiā Arum. diſput. feud. 6 th. 11. & alij quos alleg. cit. Schult. d. l. n. 113.

(30) arg. Nouell. 118. C ſi igitur. defunctus 2. Roſenth. poſt alios in ſynops. f. ca. 7. concl. 14. n. 23. Schultz d. l. n. 114.

(40) arg. l. ōnes populi 9. D. de iuſt. & iur. l. de qbus 23. D. de legib. poſt alios probat Schneid. in epit feud part. 6 c. 2. princ. c. 3. n. 6. limit. 6. iunctis Vult. 1. f. 9. n. 207. Obrecht. 2. feud c. 16 n. 7. Bocer. tract. de ſucceſſ. feud. cap. 4 q. 1. verſ. tertius caſus eſt, & parte 2. claſſ. 5. diſp. 18. theſ. 22. lit. E. quem recenſet, & ſequitur Schult. d. l. n. 115. qui de pluribus alijs limit. ad d. reg. ſup. trad. ſe remittit ad Vult. d. loc. & alios vbi n. 117. quærit. vtrū in hiſce caſibus, in

quibus

Digitized by Google

Tales igitur omnes illi dicuntur, qui ex latere veniunt, veluti fratres, ſorores, fratrum, ſororumq; liberi, tàm maſculi, quàm fœminæ, ex quibus alij conſanguinei, alij vterini, quidam verò Germani, ſiuè vtrinq; coniuncti, s. qui ex eiſdem Parentibus, eodem nempè patre, eademq; matre nati ſunt. Iſti, aut extant ſoli, aut cum conſanguineis, vterinis, vel fratrum, ſororumq; liberis concurrunt; Si ſoli extant iure Ciu. ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ ſint, in capita ſuccedunt. (50) Iure verò feud. ſoli maſculi ſuccedunt (60) Qui ſi cũ coſanguineis, vel vterinis concurrant, Iur. Ciu. excludant eos. (70) conſuetudine autem feud. ſaltẽ vterinos. s. quia cognati ſunt, quippè non ab eodem patre, ſed eadem matre nati: Ad cognatos verò, neq; beneficij ſucceſſio aliqua eodẽ iur. feud. ſpectat (90) non etiam conſanguineos excludunt, ea nimirum ratione, quia conſanguinitas species eſt agnationis. (10)

Agnati autem in feudo ſuccedere admittuntur. (10) conſanguinei igitur rectè admittantur, præſertim cum vinculum ex parte matris in feudo non conſideretur, hinc licet in fratre ex vtroq. latere coniuncto, duæ qualitates concurrant, attamen quia ipſarum altera in feudi conceſſione impertinens eſt, ſuccedendi ius, ſiuè effectum aliquem, non augeat. (20)

Si verò cum fratrum, ſororumq; liberis concurrant I. Ciu ſucceſſio fit in ſtirpes, ea nimirum ſuadente ratione, quia ſi alitèr iuris eſſet, hęres plùs iuris, & cõmodi haberet, quã, & ipſe defunctus habuit, cuius vicem repræſentat, contrà ea, quæ ex ratione naturali Iuris. Ciu.

*quibus aſcendentes in feudum ſuccedunt cum iyſdem, defuncti fratres vna ad feudi ſucceſſ. admittantur, circa quã affirm. reſpondit ex cõm Feud. opin. dicens, ſicuti in allodialibus fratres vnà cum aſcendentibus admittantur ſuccedere Nouell. 118. c. ſi igitur defunctus 2. auth. defuncto C. ad S. C. Tertull. nam vt ait feudiſta in c. vn. de feudi cognit. ſtrenuus legis peritus ſic vbi caſus emerſerit, qui conſuetudine feud. non ſit comprehenſus abſq; calumnia vti poterit lege ſcripta. s. Romana; & eãdẽ ſententiam ſequutũ fuiſſe Schrad. d. f p. 7. c. 6. n. 16. & ſeqq. vſq. ad fin. Roſenth. cap. 7. concl. 14. n. 3 & ſeq. Boc. de ſucceſſ. feud. c. 4. q. 4. per tot. quamuis alij cõtrarium dixerint maximè cũ feudum antiquum, vel conditione, vel refutatione à patre filiò facta ad filium peruenit, illo abſq. deſcendẽtibus maſculis defuncto, patrẽ ſolum non etiam fratres ad feud ſucc. admitti Iſern. in cap. 1. in princ. n. 8. verſ. quid ergo ſi pater acquiſitum feudum de nat ſucceſſ. feud. Affl. in c. 1. n. 2. in fin. de vaſall. decrep. ętatis, recẽſens etiam in foro ſaxonico patrem fratres excludere non ſolùm in feudalibus, verum etiam in allodialibus ſpeciali iure contradiſp. iuris ciuil. cõm.*

*50) Auth. itaq. c. cõmun. de ſucceſſ. § ſi. igitur defunctus Nou. 118.*

(60) *C. vn. de ſucceſſ. feud. vbi DD & c. vn. de ſucceſſ. fratrum, &c.*

(70) *d. Auth. itaq: ea nimirum ratione, quia ex vno ſaltem lat. coniuncti minùs fratres ſunt quàm ex vtroq. Nou 118. cap. 3. immò vulgatum eſt duo vincula plùs in iure ligare, quàm vnum §. ſed hodię elem. de adopt. Nou. 84. c. 1. in fine.*

(80) *Gaill. 2. obſer. 151.*

(90) *d c. vn. de ſucceſſ. fratrum.*

(100) *§. vulgò Elem. de ſucceſſ. cogn.*

(10) *d c. vn. de ſucceſſ. fratr.*

(20) *Gaill. d. l.*

Ciu.conſtituitur(30)Indè non oportebit,nec fieri poterit ex qualitate,vel num. hæredum, præmortui cohæredis ius reliquorum imminui (40)Sicq;quamuis ſucceſſores num. plures ſint,partem vnam tantum illam capient, quam eorum prędeceſſor defunctus, ſi vixiſſet pro ſuo capite,& iure legitimè accepturus erat (50)fratrum autem liberi, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ ſint,eodem Iur.Ciu. cum defũcti fratribus ad hæreditatem admittãtur (60) Vſibus verò feudorum maſculi ſolum admittũtur,neq.etiam omnes,verumtamen ſoli, qui ex virili. (70) non verò qui ex fœmineo ſexu deſcendunt.(80)ſiuè ſoli extãt, ſiuè cum fratrum liberis concurrant , & ſi cum patruis defuncti concurrant,certũ eſt illos excludi,nã indubitatũ eſt,vt diximus,patrẽ, auũq; nõ admitti,igitur nèc eorũ fratres,hæreditas nãq;etiam Iur.Ciu.potiùs deſcendentibus, quàm aſcendentibus debetur (90) deſcẽdentes nãquam,& naturę ius,& cõmune parẽtum votũ vocare dicitur.(100)

Quid etiam dicẽdum ſit de iure primogeniturę, vtrum s.filij ex filio primogenito patrem ſuũ repræſentẽt,atq;ità patruum ſuum excludãt, ſcribendum eſt; Et quidem ius gentium hoc eſt,vt in Regno primogenitus ſuccedat, vel mos eſt pleriſq;in locis,vt primogenitus filius vel primogenitus fratrer fratri ſuccedat in Aſſe, ea ratione, nè in plures diuiſa hæreditate ob inopiam rei familiaris, familiæ claritas vileſcat, fingamus caſum: Iam patrem eſſe mortuum relicto nepote ex filio primogenito,iam ante mortuo alio filio, vel eſt mortuus fratrer, relicto fratris primogeniti filio, & alio fratre,quis nam ex iſtis ſuccedat,& certè quidem legimus quoſdam pro baſſe nepotis cauſam,& iure,& æquitate plaudentibus potiorem eſſe.(10)

(30)in l. nemo plus iur. 120.& in l.hæredem 59 D. de reg.iur.ſubrogatũ n. ſub ſurrogantis naturam ſapere dicitur §. fuerat Elem.de act.lib.4.
(40)l.2.§.1.D.de verb. oblig.

(50)Nou.115.c.3.

(60) Auth. ceſſante C. de legitimis hæred. d. Nou.115.c.3.quidquid antiquitus excluderentur l.3.C. de legit. hæred.nempè cum repreſentationis ius incognitum eſſet, & in ſola deſcendentium linea,ex l. duodecim tabularum receptum d.l.3. Hodiè attamen cum linea Collaterali ſaltem quò ad fratrum,ſororumq; liberos, introductum ſit, ſuccedunt non ſolum, ſi cum parentibus Nou. 118.c.3.ſed etiam quãdo cum fratribus defũcti concurrunt Nou.127.
(70)C.vn.de ſucceſſ.feudi.
(80) d.c. 1. de ſucceſſ. fratr.&c.
(90)§.ſin autem V.illud
(100)Vt not.in l.ſcripto D.undè liberi.

(10) Poſt alios Myſing. cent.3.obſer. 23.



Digitized by Google

Verior tamen ſententia eſt filij cauſam potioreſ eſſe.(20)

Certum tamen eſt, quod ſi tales, vt ſupra, ex maſculis deſcendẽtes, ſiuè ſoli ſint, ſiuè cum fratrum liberis concurrant, eo caſu ſucceſſionẽ etiam fieri in ſtirpes.(30)

Præterea, ſi ſoli fratrũ liberi, nullis parẽtibus, nec fratribus ſuperſtitibus extent, ſucceſſio, prò vt olim erat.(40) ità, & nùnc in capita fit (50) Quæ ſẽtẽtia, & ſi ab *Accurſio, Bart. & Sonsbec.* improbata ſit (60)

Verior tamen ſententia eadem eſt, atq. pleniſſimũ robur, accipit, idq; habuit per conſtitutionem inuictiſſimæ, atque feliciſſimæ recolendæ memoriæ ſemper triumphatoris Imperatoris *Caroli* V. in *Comitijs Spirentibus Anno* 1529. promulgatam (70.) Et eãdẽ etiã ſentẽtiã *I.* feud. quoq: locũ habere peritus I. C. *Iacobus* Cuiac. probauit. (80.)

Poſt fratres, fratrumq; filios, vocantur, qui ſunt in

P gra-

*(20) cui non obſtat, quod Patris, & filij eadem ſit perſona l. fin. C. de ĩpub. & al. ſubſtit. & vna caro c. contradicimus § hac auctoritate 35. q. 3. ſimiliter, & eadem vox §. ei verò Elem. de inutil. ſtipul. quemadmodum, & nepos in locum filij ſuccedit. l. ſi nepotes D. de collat. Bon. quia nepos per ſpeciẽ repreſentationis ſuccedere intelligitur: verùm cum repreſentationis ius hãc ſaltem vim habeat, vt eo ſolo Iure fretus remotior cũ proximiori in ſucceſſione concurrat, cumq; proximior, hoc caſu admittendo s. repreſentationis Ius. in totum excluderetur, idq eò quia excedit vigorem. finem, & repreſentationis effectum, nempè quia non poteſt dari ſucceſſio per repreſentationem prò obtinẽda parte feudi, cum ipſa ſucceſſio rei, de qua agitur, nempè ratione primogenituræ diuiſionem non admittat, igitur nullum ius repræſentationis nepoti fauere poterit tanto magis q. cũ ſimus in caſu, in quo ꝓximitas ſimpliciter inſpicitur, nẽpè primogenituræ, ergò non poteſt eſſe locus repræſentationi, quæ remotiorem gradum ſupponit, cumq; hereditatis prælatio ex primogenituræ ſola ratione largiatur, repræſentationi locus eſſe non poteſt, verùm quemadmodum vbi proximitas ſpectanda eſt eum vocamus, qui proximior fuerit mortis tempore, vel quo Bonorum poſſeſſio petitur l. 1. D. vndè legitimi l. 3. D. vndè cognati ità quoq. vbi ratio primogenituræ obſeruatur, ille vocandus eſt, qui moriente eo, de cuius ſucceſſione agitur, primogeniti gradum, locumq: tenuerit, non verò proximioris iam ante mortui filius.*

*(30) c. vn. de his, qui feudum dare poſſunt §. hoc quoq: c. vn. de ſucceſſ feudi §. 2. c. vn. de feudo Marchiæ, c. vn. §. 1. de ſucceſſ. fratr. & c. Et ideo Maſculi ex feminis non ſuccudãt nõ obſtante, quod ipſi habiles ſint ad ſeruitia Domino præſtanda, tum quia cognati ſunt, ad quos feudi ſucceſſio non ſpectat d. c. vn. de ſucceſſ. fratr. tum etiam quia ſtante, quod eorum mater, nec in feudis ſuccederet, non poterit eis id concedi, cum certum in iure ſit, non poſſe alicui aliquid concedi, quod Auctori eius non licuit l. nemo 54. l. aliud 160. § fin. D. de reg. iur.*

*(40) in l. 1. in fin. D. ſi pars hered. & c. Vlp. tit. 26. § 2. Caius tit. 28. § 6.*

*(50) quoniam quod antiquo iure obtinuit, id nouo iure non inuenitur mutatum, quod autẽ non mutatur, cur ſtare prohibetur l. ſancimus C. de teſtam. & ideo non in ſtirpes, ſed in capita, quia nouæ conſtitutiones ſtrictè interpetrandæ ſunt, cum igitur Nou. 118. tunc in ſtirpes, velit fieri ſucceſſionem, quando fratrum liberi cum fratribus defuncti concurrunt d. Nou. in c. 3. ibi, ſed, & tunc, & c. conſequens indè nectitur, vt ſolum fratrum liberi in capita, non in ſtirpes ſuccedant, tanto magis, quoniam non iure repræſentationis, ſed proprio iure ſuccedere vocantur, cum concurrant inter ſe in pari s. gradu.*

*(60) Sonsbec. p. 9. tract. de feud. n. 100.*

*(70) quæ probatur etiam latè per Myſing. cent. 3. obſeru. 94. Zaſ. lib. 1. reſpons. cap. 7. & à contrarijs obiectionibu defenſa à perito* Hottom. *illuſtr. quæſt. c. 14.*

*(80) Iacob. Cuiac. lib. 2. de feud. tit. 11. iunct. Duar. ibid. n. 14. & probatur, quia contrarium in conſuetud. feud. proditum non eſt, vndè ſeruandum iuxtà regulam traditã in I. F, euenit, nonnaiz c. 1. de feudi cognitione.*

Digitized by Google

gradu proximiores.(90) Quemadmodum, & conſuetud. feudorum idem cautum legimus. (100) Idq. ſecundũ vſum ab antiquis ſapientibus conſtitutum, ad fratres vſq. patrueles. i. vſq: ad quartum gradum (10) Quoniã ad eũ gradum parentes vlteriores, maiores appellandi ſunt (20.) Quod primò iure feud. obtinuit, poſteà verò vſq. ad ſeptimum (30) Et poſtremò in infinitum, ſi feudum ſit paternum (40)

Idq; obtinuit, nempè in infinitum, quia tandem parentes vſq. in infinitum appellari, etiam vltrà tritauum (50) In iur. feud. receptum fuit, paulatim nãq. ſẽtẽtiæ iuris creſcunt (60)

Tandem etiam hic vidẽdum eſt qualiter vir ſuccedat vxori, & verſa uice, circà quam rem, ſciendum eſt ex Prætoris edicto in Alodem virum ſuccedere vxori, in feudum verò moribus nullo modo ſuccedit (70) Ad maritum namq. feudi ſucceſſio non ſpectat (80) Niſi de feudo ſpecialiter inueſtitus fuerit. (90)

Poſtre-

*(90( Auth. poſt fratres, C. de legitimis hæred.*
*(100) in cap. 1. ſepè cit. de ſucceſſ. fratr. &c. & in c. vn. in fine de nat. ſucceſſ. feudi.*
*(10) c. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud.*
*(20) l. 10. §. parentes D. de grad.*
*(30) d. §. 1.*
*(40) c. 1, § 4. de his qui feud. dare poſſunt, c. 1. ſi Vaſallus feudo priuetur, c. 1. de nat. ſucc. feud. Gaill. 2. obſ. 150. Myſinc. 4. obſ. 95. nam in feudo nouo nullum ius habet legitimus ſucceſſ. D. Reg. de Marreſ. iur. c. 24. n. 9 & 10*
*(50) l. 4. de in ius voc.*
*(60) l. fideicommiſſa §. ſi rem D. de legat. 3.*
*(70) c. vn. de inueſt. in Maritum facta.*
*(80) cap vn. de inueſt. quam Titius accipit à Sempronio.*
*(90) d. c. vn. de inueſt. in maritum facta, & licet coniuges de eod. feudo ſimul inueſtiti*

*ſint, vt exemplum eſt in tit. 104 § fin. lib. 2. feud. etiã ſi vterq: ſimul inueſtiatur, non èx hoc*
*ſibi ſuccedunt, ſed vno antè alterum in gradu ſucceſſibili mortuo alterius pars domino*
*acquiratur, vt in tit 85. lib. 2. feud. cuius concluſionis ea ratio eſt, nè s. feudnm in ali-*
*enam tranſiret familiam, quemadmodum etiam, cum vnus ex fratribus à domino feudũ*
*acquiſiuerit, eo ſinè legitimo hærede defuncto, vt notatur in c. 1. § de his, qui feudum dare*
*poſſunt. i. ſinè hærede maſculo c. 1 de contrauerſia inter Dominũ, & Vaſall. cum in feud.*
*hæredum appellat. maſculi tantum intelligendi ſint, c. vn. de inueſt. quam Titius accepit*
*à Sempronio; frater in eius feudum non ſuccedit d. c. 1. de his qui feudum dare poſſunt,*
*vndè nec deficientis portio ad ſuperſtitem pertineat, etiam ſi ſimul inueſtiti ſint C. vn. de*
*fratr. de nou. Ben inueſt. communiter cit. §. 3. vnica inueſt vel duabus inueſtiti fuerint c.*
*vn. § fin. de ſucceſſ. feudi, niſi ſpecialiter d. §. 3. & expreſſè dictum ſit d. §. fin. atq: per in-*
*ueſtituram à Domino ordinatum, vt in tit. 30. lib. 1 feud. 1. ſi eo pacto inueſt, facta ferit, d.*
*c. vn. de fratr. de nou &c. Vt frater fratri ſuccedat, & deficientis portio ſuperſtiti accre-*
*ſcat, nàm eo caſu ex pacto frater ſuccedat in feudo nouo, non verò dominus, vt in cap. 1.*
*de vaſall. decrepitæ ætatis. qui feudum refutauit, & c. ſimiliter ſuccedit frater fratri in*
*feudo nouo, ſi illi ſint vniuerſorum bonoram Socij, & ambo, vel vnus vtriuſq: nomine do-*
*mino ſciente feudum acquiſiuerit, vnus alteri ſuccedat. c. vn. de beneficio fratr. & qual.*
*frater, & c. Vniuerſorum s. bonorum, nam nec ſufficiat, quod paternam hæreditatem com-*
*munem habeant, cum niſi vniuerſorum bonorum Socij ſint nec feudum ipſum, neq: eiuſdẽ*
*fructus communicandi veniant, per ea, quę notantur in l. cum duobus §. Papinianus D.*
*pro Socio, quemadmodum, vt vtriuſq. nomine acquiratur, requiritur, ſi vnus proprio no-*
*mine feudum acquiſiuerit, aut quidem commune dicendum ſtatim erit, licet, quia de com-*
*muni acquiſiuiſſe præſumitur, atq. videtur, in commune redigendum ſit, vt notatur in l 74.*
*D. pro ſocio l. 4. C, communia vtriuſq. Iudicij, ſicuti, & Domini ſcientiam requirimus, nã*
*ſi Dominus vni particulari nomine vendidiſſe credat. cum emerent ambo, licet iudicio*
*familię herciſcundę, vel comm. diuid. fructus feudi poſſint communicari, ipſumq. etiam*
*feudum in commune redigi l. 73. §. 1. D. pro ſocio. Non tamen alter alteri ſibi inuicem ſuc-*
*cedat, nè s. inuite Dom ino alterum, quem ſibi voluerit in Vaſallum acquirat iuxtà no-*
*tata*

Digitized by Google

Poſtremò ſciendum eſt,graduum computationẽ ſecundùm Ius ciuile,non autem ſecundùm Ius Canonicum in ſucc.feud.faciendam eſſe, idq.non ſolum in feudalium ſucceſſ. locum habere,verùm etiam in alijs quibuſcumq.bonis,pcedit prout latè explicat.D:*Præſ.Camill. de Curte.*(100.)

Iure feudorum,conſuetudinum,hæc Collateralium de ſucceſſione in feudis habemus (10)

10 De ſucceſſione Collateralium in feudis ſeruata forma iuris Regni, & gratiarum Regis,fideliſſimę Ciuitatis largitarum.

Iure autem huius Regni,primò ex Imperatore *Friderico* Collateralium in feudis antiquis reſtrictam ſucceſſionem vſq. ad tertium gradũ, cum haberemus.(20)

*Andreas de Iſernia*, Iurium Feudalium communis Præceptor,cumq; dubitauerit. (30)

An patruus,& amita in hoc tertio gradu comprehenderentur,ita quòd poſſint illi in feudis Nepoti ſuccedere, concluſeritq. quod conſtitutio *Friderici* prædicta, voluerit gradus enumerare,& non perſonas, & dilucidare materiam ſucceſſionis:Inde *Affl.* & alij dixerunt. (40)Cõſtitutionem *Friderici* prædictam gradus enumerare,& nõ perſonas, & propterea, omnes exiſtentes intra tertium gradum, ſiue ex aſcendẽtibus,ſiue ex deſcẽdẽtibus illi ſint, admittẽdos fore probarunt.

Quæ quidem ſententia, & ſi apud citatos DD. ità certè,& indubitanter ſe haberet, nihilò tamen

*tata in c.vn.de fratr de nou. benef. &c.Ipſi etiam fratres in feudo nouo ſuccedant,ſi communibus Armis, & equis, quæ plerumq. Vaſalli offerebant, à domino impetratum ſit d.c.vn.de frat. &c itẽ ſi bello paratum c.vn. de benef.fratr. &c in fine,vel ſi inſimul ſteterint d.c. 1. de Ben. fratr. 1.ſimul in domo communi hebitauerint d.cap.1. de fratr. &c. Prohibetur etiam Iure communi regulariter fæmina in feud. ſuccedere,c.vn.§.filia vero de ſucceſſ.feudi.*

(100)*Camill. de Curte res.feud.c.1n.122.dicẽs n.124 poſito,quod ſit feudum, in quo omnes æqualiter ſuccedunt pròut iure communi conſideratur, & ſint defuncto feudatario plures nepotes, & vnus freter, vel è contra,ſucceſſionẽ in ſtirpes conſiderari, & n.125. fratrem conſanguineum admitti vna cum vtrique couiuncto in ſucceſſione feudi de iure comm. feudorũ.*

(10)*Cætera verò, quæ eodem iure circà ſucceſſiones cauentur latè habes apud Georg. Adam. poſt alios,quos allegat in Syntagm.Iur. feud.cap.9.per tot. Vult. 1. defeud. c.9. Georg. Scultz.in Synopſi Iur. feud. in tit. de mod. quibus feudum conſtituitur, poſt Veſenb. Nicolaum Intrigl.Schrader.Mozz. Borch. Sõsbec. Obrecth, Ruding.& alios in tit.de ſucceſſ. feud. & apud Regnicolas poſt Andr.de Iſernia, Afflict. Balzar. aliorumque Regnicolarum interpretum Theoricas ad vſus feud. in comment.& præcipuè ad tit. de ſucceſſ. feud.& de nat. ſucceſſionis feud. poſt alios etiam, quos allegat, & cumulat,latiſſimè habes apud D.Præſidentem Vrſinum in tract de ſucceſſ. feudi,Vaſallo autem ſiue feudatario in religionem ingreſſo an ſtatim ad dominum deuoluatur, vel agnatis aperiatur feudum,& quid ſi poſt religionis ingreſſum ipſi feudatario feudum per ſucceſſionem deuolueretur latè expon.D. Reg.de Mar.1.reſol.iur.c.120.nu.1.9.10.11. 12.13.& 14.ad quem me remitto dicens n.8. ibid. feudum amitti ſi poſt mortem feudatarij illius ſucceſſor Clericus efficiatur idque expon.n.15.*

(20)*Imper.Frider.notatus in Regni conſtitutione,vt de ſucceſſionibus D. Reg. Reuerter. dec.334.n.1.*

(30)*Andr.de Iſern.in d.conſtit.vt de ſucceſſ.*

(40)*Affl.& Balzar.in dict.conſtit.vt de ſucceſſ.*

Digitized by Google

men minùs ad cõtrouerſias omnes tollendas, ne s. in poſterum, nouis DD. opinionibus, id in dubium reuocari poſſet, immortalis Memoriæ Reg. Catholic. huius Regni Barones, ſiuè feudatarij ſupplicauerunt, vt omnis difficultas indè circa quod ex ſola DD. opinione teſtabatur, tolleretur, atq. ceſſaret, vt patruos nepoti in feudis ſuccedere poſſe, admittere, dignaretur, cumq. id obtinuerint, inter Regni Capitula, & largita priuilegia Patruos poſſe in feudis antiquis nepoti ſuccedere, legitur (50) Quod priuilegium confirmauit etiam Inuictiſſimus, atq; ſemper triũphator Auguſtus, *Carolus* V. Et indè illud etiam in Pragm. huius Regni corpore, tãquã ius in ſucceſſione feudi ſeruãdũ, clauſũ, expreſſũq; fuit (60.) Poſtmodũ ſub patrui nomine, an amita comprehenderetur, cũ dubitandũ eueniret, recolendæ, atq; nobis omnibus Vaſſallis feliciſſimæ Memoriæ Rex Hiſpaniarũ Monarcha *Philippus II.* declarauit, quod in omnibus caſibus, in quibus Patruus ſuccedere poteſt, amita quoq. comprehenderetur, atq; ità eadem ad ſucceſſionem admitteretur, fuitq; hoc inter priuilegia eiuſdem fideliſſimæ Ciuitatis inſertũ, & in Pragm. corpore ſcriptum. (70)

Verùm quia de Iure Cõſtitutionis prædictæ, frater, fratri etiam ex vno latere, tùm in feudo nouo, tùm etiam in feudo antiquo, cùm inueſtitura pro ſe, & hæredibus concepta fuerat, ſuccedebat, vel vbi nullum inueſtituræ documẽtum producebatur, vt *Amatus* probat. (80)

Dubitari autẽ poterat, ſi inueſtitura prò ſe, & hæredibus ex corpore deſcẽdẽtibus caneret, ã frater, vel ſoror, ſiuè ex vtroq; ſiue ex vno tãtũ latere, fratri in feudis nouis ſuccederet, in *Anno* 1589. largita gratia fuit, quod in feudis nouis etiam conceſſis prò ſe, & hæredibus ex corpore

pore

(50) Cap. Regni 17.

*(60) Pragm. corpus vid. in Pragm. 6. de feud.*

*70) cap. 1. inter capitula & priuileg. Neap. prag. 112. de feud. Praeſ. Camil de Curte reſol. feud. c. 3. n. 26. 27. & 28.*

(80) *Amat. conſ. 9. n. 14 & ſi contrarium fuerit de iure communi, quo frater fratri in feudo nouo non ſuccedebat c. 1 de benef. frat. & cap. 1 de duob. fratr. niſi cõceſſio feudi noui fuerit facta iure feudi antiqui D. Camill. de Curt. reſ. feud. c. 1. n. 114 de iure namq. comm. feudorum qui non deſcendebat à primo acquirẽte in feud. non ſuccedebat, etiam ſi in proxima linea Collaterali eſſet idem ibid. n. 109. & quid ſi duo fratres fuerint à ſummo Principe inueſt. de feudo, an habeat locum ius accreſcendi idem ibid num. 111. dicens num. 113. tranſuerſales admitti ad feudi ſucceſſ. ſi inueſtit. pro accipiente concepta ſit, declarans num. 115. gradus, & ſucceſſionem in feudo hæred. ab vltimo moriente capi non à primo acquirente feudum.*

Digitized by Google

pore tam fratres,quàm ſorores,eorumq; filij vtriuſq;ſexus ſuccederent in feudis,fuitq. ea digeſta in Pragm.corpore(90) Et poſteà extenſa quoq,ſucceſſio in feudis nouis fuit , vt filij fratrum vtriuſq.ſexus,nepotes acquirentis ſuccederent.(100)

Similiter, & poſteà feudatarijs largita gratia fuit , vt fœminæ immediatè ſucceſſuræ à feudis hæreditarijs teſtamẽto excludi poſſẽt,& quod maſculus in gradu ſucceſſibili inſtitui poſſet, eademq; fuit in corpore quoq. Pragmaticarum ſcripta.(10)

Præterea cùm vſq;ad quartum gradum in feudis antiquis Collaterales ex dicta Regni Conſtitutione non admitterentur ſuccedere, verũ vſque ad tertium tantùm gradum , fideliſſima etiam Ciuitate ſupplicante ab immutabili , ac perpetua Regis noſtri Maieſtate, gratiarũ fõte pluries vſq;ad quartũ gradũ Collaterales in feudis antiquis ſuccedere admittendos eſſe, obtentum fuit,vt in pragm. corpore legitur.(20)

Tandèm eadem Ciuitas aliam gratiam obtinuit, ex qua Collaterales in feudis ſuccedere vſq; ad quartum gradum admittuntur (30)Cumque ipſa etiam Collaterales in feudis vſq; ad quartũ gradũ ſuccedere admittentẽ gratiã,nõ tàm,de feudis antiquis diſponere, intènderet; cum iam hoc per aliam antecedentẽ gratiam obtinuiſſe certum conſtaret (40) verũ de nouis feudis eam loqui teſtaretur, aduersùm dictam fideliſſimæ Ciuitatis interpretationem de feudis nouis intelligendam eſſe teſtantem, Illuſt.*D.Iul. Cæſ. Bonitus* olim præſtãtiſſimus Regni Sec.Dux Inſulæ,integerrimus tunc fiſci Patronus, ſiuè Regij Patrimonij peritiſſimus Aduocatus,& ad præſens Regiæ Cameræ meritiſſimus Præſidens, prò Regio Fiſco peritè hæc allegauit,ex quibus dictam gratiã de feudis antiquis intelligi debere,elucidabatur,non verò de feudis nouis.

(90)*Prag.29.de feudis & inter grat. & capit.fidel.Ciuit. anni* 1589.

(100)*Pragm.25.de feud. & ſi feudatarius moriatur pluribus fratribus patruelibus ſuperſtitibus, quis nã illorum in feudo à communi ſtipite obuento,ſuccedat explic D.R. de Marin.* 1. *reſ.iur. cap.*121. *nu.* 64.

(10) *Pragm.* 33. *dẽ feud.Praſ.Camill.de Curte ibid. quo ſuprà cit.& latè Dom.Reg. Rouit.dec.*94.*n.*2.3.5.*& ſeqq. proponunt, & num feudatarius habens maſculum, & fœminam poſſit in vim nouiſſimæ gratiæ diſponere,vt eo moriẽte ſine filijs ,ſuccedere debeat alius maſculus de familia,feudatario in gradu ſucceſſibili,filia fæmina excluſa expon. D. Reg.de Marin.*1.*reſ. iur.c.*121.*n.*116.*& d. gratiã etiam in maſculo remotiori in gradu, fœmina, dummodo in gradu ſucceſſibili ſit procedere explic.idẽ ibid.n.*75.

(20)*Pragm.corp.notat in Pragm.*18.*de feud.*

(30)*Pragm.*24.*de feud & habes eandem in Priuil.Neap.* 31.*fol.* 349.

(40)*Pragm.*18.

Nempè dictam gratiam de feudis antiquis intelligi debere, dùm ità intendit prorogare ſucceſſionem Collateralium in feudis, dummodò primi acquirentis, Collaterales, qui in quarto gradu ſuccedere habent ex deſcendẽtibus ſint; ſicq; ſupponit feudum antiquum eſſe, & quemadmodum Iure cõſtitutionis Regni, tranſuerſalium ſucceſſio vſq; ad tertium gradum incluſiuè, cùm ex primi acquirentis deſcendentibus eſſent, admitterẽtur, ità quod niſi conſtaret Collaterales ex deſcendentibus primi inueſtiti eſſe non deberi ad ſucceſſionem admitti ex reg. actore non probante reus abſoluendus. (50.)

(50) *l. ei, qui D. de prob. l. vlt. C. de rei vindic. l. qui accuſare C. de eden.*

Et ità voluerunt *Afflictus*, & *Zaſius* (60.) ſcribentes etiam extrà dictum gradum, & ſi probent Collaterales, ex deſcendentibus primi inueſtiti eſſe, nèc ſucceſſionem feudorum obtinere poſſe dicto iure conſtitutionis attento; Et ſi contradixerit *Cephalus* (70) Ità etiam in gratia, de qua agitur, cũ requirat ex primi inueſtiti deſcẽdẽtibus Collaterales, cũ ſucceſſionẽ vſq. ad quartũ gradũ in feudis largiatur, debeant Collaterales probare, ex primi acquirentis deſcendentibus eſſe, vt ſuccedere valeãt, vigore dictę gratię, aliàs nõ admittãtur ſuccedere, ex dicta reg. actore non probante reus abſoluendus, cumq. dictam qualitatem in laudata gratia requiſitam Collaterales probando, videantur in feudis antiquis tãtũ admitti poſſe, cùm in feudis nouis qualitas iſta, quod Collaterales ſint ex primi acquirentis deſcẽdẽtibus verificari nequeat, igitur optimo voto ex d. qualitate in dicta gratia requiſita, de feudis antiquis interpretari debebit, non verò de feudis nouis.

(60) *Affl. in cap. vn. n. 12. ſi Vaſallus feudo priuetur Zaſ. in Epit. feud. p. 8. n. 1. in fin. & 5.*

(70) *Cephal. cõſ. 307. n. 46*

Iure enim communi feudorum, quo Collaterales in feudis antiquis vſq. ad ſeptimum gradum ſuccedere admittebatur, eo caſu obtinebant,

cùm

cùm primi inueſtiti ex Deſcendentibus Collaterales erant, vt ex *Gerhardo Capagiſto* habemus (80.) Vndè dictam qualitatem probare habebant, & hinc dicebatur in feudo antiquo iure conſuetudinum feud. ſeruato, ſi deficiat linea deſcendentiū, ſuccedit linea tranſuerſalium, qui tamen ſint ex deſcendentibus primi inueſtiti, vt ex eodem *Gerhardo* ſcribēdum eſt (90.) Neq. n. in feudo antiquo, quis ſuccedit, tamquam, ex linea Collaterali, ſed ex natura primi principij, hoc eſt ſtipitis, vt teſtantur *Ang. Bald. & Afflict.* (100.) Vndè etiam, ſi per mille manus feudum deambulauerit, vltimus ſucceſſor primi inueſtiti intelligatur ſecundùm dicta *Afflicti*, *Ang.* & aliorum (10.)

*Contractum feudalem deſcribi,quod ſit Actus,quo Domino vſusfructus,ſeu utile rei Dominium promittendo,& ſolemni actu aſſignanti,quis ſe obligat ad præſtandam fidem apud Georg.Adam.in ſyntagm.iur feud.c.8.Aphoriſm.4.qui quidem contractus differt à cæteris contractibus,quibus feudum promittitur,cum illi dicantur conuentiones , s.promiſſio vi fructuum concepta de feudo dando ſub conditione fidei , & ſeruitiorum,manet in terminis nudæ conuentionis,per quam neq;contractus dicitur celebratus,neq:feudum conſtitutum Conſ.Hunn.tract.feud.c.10 pag.188.& ſeq.Finkelth.diſp feud.6.Theſ.3.Gottofr. Suauus exercit.feud.6.Aſſert.2.in fine Georg.Adam.cap.8.Aphoriſm.3.in fine , ſicuti circà illum ſciendum eſt,nempè contractus feudalis perfectionis vnus,alter conſummationis,de quibus videndus eſt Vult.lib.1.de feudis cap.10.n.5.cuius autem contractus feudalis ratione , actio autem, quæ datur,vel datur ad adimplendũ contractum,vt s. Vaſallus præſtet ſeruitia promiſſa,& actio ex contractu feudali,ſiuè ex inueſtitura,perindè, vt actio eſt contractu emphiteutico,quæ Dominus exigit Canonẽ erit.Georg.Adam.c.8.Aphoriſm 4.& c.10.Aphoriſm.vltimo,& cap.16.Aphoriſm.2.verſ.5.vel ad reſcindendum contractum,ſeù repetendum feudum,violata s.fide promiſſa,uel aliàs feudi iure ſecundùm inueſtituram finito,quam actionem ob ſimilitudinem nominant compilatores iur.feud.condictionem cauſa data,cauſa non ſequuta,de qua habes per eundem Adam.d.c.8.Aphoriſm. 4.& c.15.Aphoriſm.11.& 12.ſicuti,& alij uocant conditionem ob ingratitudinẽ , Rutg. Rulant.in tract.de Commiſſar.p.3.d.3.c.19.nu.5.ſicuti ex contractu feudali competit Vaſallo contra Dominum actio perſonalis,ſcilicet,ſi fortè contrà Dominum propter amiſſum dominium directum Vaſallus experiri uelit:licet.n.expreſsè fidem non promittat Dominus*



Digitized by Google

21 De fine, & effectibus feudi.

In feudo, ſiue in feudali contractu etiam finem, effectumq; conſideramus, prout in cęteris contractibus, in quibus mutuum contrahi dicitur Synalagma(10) Et vltrò, citròque obligatur ad actionē parendam efficax; Etenim feudum vtriuſq; gratia conceditur, quēadmodùm, & contractus venditionis, locationis, ceterique ſui lucri cauſa quiſq; celebrat(20) tàm s. Domini, quàm Vaſalli, Domini puta, vt Vaſallum ad ſeruitia præſtanda obligatum habeat, Vaſalli, vt beneficio gaudeat, eodemq; fruatur (30)

Et feudi effectus ſunt indè iura, quæ ſeniori .i. Domino, & Vaſallo, eorumque legitimis hęredibus competunt.

De iure igitur primò ſenioris in feudo, ſciendū breuitèr eſt, illud primò exigere, vt Vaſallus ſe fidelem fore iuret(40) Et omnia, quę fidelitatis iuramento continentur, ritè ſeruaturum(50) Dominum ſuum contrà omnes prætèr Imperatorem, vel Regem (60) defenſurum, id eſt in bello, dummodò; tamen illud iuſtum ſit, nam prò iniuſto Domino, bellum iniuſtum indicente opem ferre non tenetur Vaſallus(70) Dominum adiuuare tamen poterit, ſiuè per ſe, ſiuè per aliū (80) ſimilitèr, vt Vaſallus ſeruitia Domino

*nus Vaſallo, tamen per conſequentiam ex contractu illo hæc obligatio domini ſub pœna amittendi dominij directi fluit, vt in c. 1. qualiter dominus proprietate feudi priuetur, de qua re latè videas Georg. Adam. in cap. 2. Aphoriſm. 5. & in c. 15. Aphoriſm. vlt. quæ quidem omnia ſint hìc ſatis poſita, prò huius diſceptatione.*

*(10) prout in emptione, venditione, locatione, conductione, dote, pignore, ſocietate, & ſimilibus l. labeo D. de verb. ſignif.*

*20) l. actionē D. de act. & oblig. ſolet. n. emptor viliori pretio comparādi, venditor cariori diſtrahendi votum gerere, hinc etiam naturalitèr permiſſum contrahentibus eſt ſe inuicèm decipere l. 16. §. idē Pomponius de minor. & emendo circumſcribere minoris, quod ſit pluris, & vendendo pluris, quod ſit minoris l. 22. D. locati, ſublata namq. ſpe quæſtus, friget mercatus Robertus 3. Sentent. ca. 12. in fine.*

*(30) c. 1. in fin. in quibus cauſis feudum amittatur.*

Y exhi-

*(40) c. 1. de forma fidelitatis.*

*60) c. 1. de noua forma fidelitatis.*

*60) d c. 1. de noua forma fidelitatis, in omni fidelilatis iuramento Imperator, vel Rex excepti dicuntur c. 1. de probibita feud. alienat. per Frider. in fine, non contrà antiquiorem dominum c. 1. § fin. hic finitur lex, nec contrà Patrem d. §. fin. vbi Iac. Cuiac. verba illa illa: (& Patrem) delenda exiſtimat, Patri. n. fides, obſequium, & honor Iur. natur. & ciu. debetur. domino verò I. C. tantùm, quèmadmodùm, nec contrà ſeipſum, cùm in generali locutione loquentis perſona non contineatur, nèc videtur conſenſiſſe in his, quæ ſunt contrà ſeipsū l pign. Paulus, & ibi Bart. D. de pign. ſimiliter, nèc contrà Patriā, quia cuiq; ſuauiſſima eſt l. qui habebat D. de legat. 3. im mò ergà Deum religionem ſeruare, vt parentibus, & patriæ pareamus, eiuſdem iuris ſunt, quò ſc. gentes humanæ communi ratione vtūtur l. vetuſti 2 D. de iuſt. & iur. quod etiam contrà fratrem, & filium affirmatiuè dicas dictum iuramentum extendì ex d. §. fin quod & ſi durum quodamodò videatur, attamen ità lex ſcripta eſt, vt in ſimili reſpondeat Vlpianus in l. reſpexit D. qui, & à quibus manumiſſ*

*70) d. c. vn. hic finitur lex, fides namq. ad facinora non extenditur l. 7. §. ſi ob maleficium D. de pact. immò in malis promiſſis reſcinditur c. in malis 22. qu. 4. præſtare in ſcelere patrocinium defenſionis legibus, & ipſi naturæ contrarium eſt l. per omnes C. de defenſor.*

*80) c. vn. § ſi quis deceſſerit, ſi de feudo defuncti, & c. muneris. n. ſui Vicariū dare poteſt c. 1. § firmiter de prohib. feud. alienat. per Frider. & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur c. qui facit de iur. n. 6.*

Digitized by Google

exhibeat,tàm induſtrialia ; quàm officialia dummodò tamèn requiſitus ſit(90)eà nimirnm ratione quia probabilitèr ignorare poteſt,an.s.dominus ſua opera indigeat, ideoq; denunciatione opus eſt)100)libertus quoq; antequam fuerint indictæ , promiſſus operas præſtare non cogitur (10) illa non ſuis verùm Domini ſumptibus (20) hæc autem ſimplicitèr præſtat,indè, & ſi non admonitus,nec accuſare dominum debet (30) ſicuti nec famoſam contrà eundem actionem intentare (40)quemadmodùm nec iuramentũ calumniæ ab eodem exigere (50) licet ſinè venia Dominũ ꝓuocare poſſit(60)nec egẽtem alere obligatur(70) & indè multò minùs ære alieno grauatum liberare (80) aut eandem ob cauſã carceri mancipatum redimere(90)Circà perſonam Domini( effectus etiam ex feudo conſideramus)quoniam hũc euictionis nomine vaſallus obligatum habet (100)puta ſi ignorauerit rem eſſe alienam, vel alij pignoratam , ignoranti namq;non ſcienti actio de euictione datur(10)nec poteſt ab eodem accuſari(20) vel iniuria affici (30)vel feudo ſinè cauſa priuari.(40)

Similiter circà rẽ,effectus quoq;ex feud.cõſideramus,quoniam vtile eius dominium conſequimur. (50)

Fru

*(90)§ licet ſi de feud.defunct.§ 2.hic finit.lex § fin.de Vaſall.qui contr.conſt.loth.&c.*

*100)d.c.1.§.1.de vaſal.qui contr.conſt. loth. in locũ verò ſeruitij perſonalis in Regno Adhoa ſubrogata eſt, quæ altero de duobus modis debetur, & venit etiam in feudo ſimpliciter cõceſſo D. Reg. de Ponte lect. feud.2.n.46.47.& ſeqq. adhoa,ſiuè adhoamenti nomen vnde deriuet,& qd illud ſit exponit D. Reg.Rouit.ſuper pragm.18.de offic.proc.Cæſ.n.2 eandem Adhoam tamẽ nõ deberi niſi ꝑmittatur ſcribit n.3. de cuius autem adhoę materia latè habes apud Capan.in integro de iure Adohæ & apud cit.D.R.Rouit.d.l.&c.*

*10)l.patronus l. quotiès D.de oper. libert.*

*20)tit 2.feud.107. niſi quatenus de fructibns commodè id fieri poſſit Zaſ.p.7.nu. 24.quibus idcircò dimidiam vnius anni partem preſtando exonerari poteſt § firmiter de prohib.feud.alien.per Frid.*

*30)§ item ſi delator quæ fuit prima cauſa,&c.& § in quibus de conſuet.recti feudi.*

*40)c. vn. de milit. vaſ.&c.arg. l. cum nec patronus C.de iniurijs.*

*50)d.§.in quibus*

*60)Iul.Clar:§.feud. quæſt.25.& exp.Mynſing.4.obſeru.92.*

*70)Aluarot.in § licet ſi de feud.def.&c.*

*80)d.§ licet etenim neq.filius æs alienum patris ſoleuere cogitur l. ſi quis § parentes de lib.agnoſc.*

*90(Aluar.d.l.*

*100)c.1.de inueſt.de re alien.facta c.1.qualiter Dom. proprietate feudi priuetur.*

*10)Cuiac.2.feud.tit.8.*

*20).§.penult.vbi Gloſ.in verb.accuſare de conſuet.recti feudi.*

*30)§.domino ſi de feud.defunct.*

*40)c.vn.qual. olim,&c. c.vn.§ ex ead.de leg Conradi etenim reciproca eſt inter dominum,& vaſallum fides,nè vlla fraus,vel dolus interuenire debet c.1. ſi. vaſallus feudo priuet.& c.vn.qualiter dom propriet.&c.etenim ſi dominus ad illa quæ vaſallo tenetur non exhibeat meritò cenſebitur male fidus c.un.de forma fidelit.&c.*

*50)d.c.vn. qual. olim & vaſallus enĩ eſt poſſeſſor,& rei vtilis dominus c.vn.in fin.quid ſit inueſt.cuius precipuus effectus eſt fructus lucrari, & ſuos facere l.certum de rei vind. & an eius anni,quo feudum domino aperitur,fructus ſuos faciat, vel diuidat,& quomodo*

*quæſtio-*

Digitized by Google

Fructus omnes,& vtilitates ſuas facit,liberamq; adminiſtrandi, ſiuè fruendi poteſtatem habet(60)feudum namque diuidere etiam poteſt(70)Hypothecarè(80)locare(90) ſub in feudare(100)refutare(10) quemadmodùm repudiata hæreditate retinere(20)de eodem tráſigere(30) & ſimilitèr cópromittere(40) Ex eodem feudo,ſiuè feudali contractu contrà vaſallum etiam nó nulli exoriuntur effectus, vt puta quod non poſſit feudum ſinè domini conſenſu,vel agnatorum, ſi feudum ſit paternum(50)alienare(60)nec illud donare (70)nec in doté(80)emphyteuſin(90)vſum fructú(100)vel in ſolutum dare(10)ſimilitèr non poteſt illud legare (20) pignorare (30) permutare(40)prælegare(50)vendere (60)vel alio quouis modo diſtrahere. (70)

Si

*queſtionis eſt de qua D.in §.3.hic finit.. lex agunt Cuiac 4. fin. tit. 30.Gail.2.obſ.154 n.1. ſimiliter àn pecunia ex fructibus feudi durante tutela à tutoribus collecta ad ſolum filium pertineat, vel filiabus etiã communicetur,Mynſ.6 obſ.100.*

*60) c.vn. § ſi vaſallus hic finit.lex,quod de rei feudalis incremento dicendum,& ad quẽ pertineat vide Cuiac.feud. 1.§ ſi quis tit.1.*

*70)c vn.§ præt. de prohib.feud.alien.per Frid & licet diuiſio venditionis vicem obtineat, emptio tamen propria non eſt,nihil.n.ea extrà vaſalli domum, familiamq.alienat, nec domino preiudicat; quod s.Vaſalli inuicem inter ſe feudum alien.poſſunt,dicunt c.vn.de contr.inter vaſall.& alium de benef. c.vn. de pace tenenda inter ſubditos, indè tantò magis diuidere,tũ quia diuiſio propriè alienatio non eſt l.voluntas C.de fideicommiſſ. tum etiã quia nemo in communione, quæ plerumq.diſcordias alit l. ſi non ſortem § ſi cautum D:de condict.indeb. inuitus permanere cogitur l.cum pater § dulciſſimis,D.de leg. 2. & quid ſi feudum ſit paruum,vel maioris momenti quid obtineat vid § preterea vbi feudiſta comm.de prohib.feud.&c.*

*(80)Vuurmſ.pract.obſeru.tit.de feud obſ.21.per Hypothecã namq.poſſeſſio non trãsfertur l.ſi rem § propriè D.de pign.act.cui non refrag.quod hypoth à pign. ſolo nominis ſono differat l 5.§ fin.de pign.quia hoc ad formulam dumtaxat,ſiuè actionem hypothec.referendũ eſſe,vel ex inſcriptione d.l.colligitur,& liquet ex §.item ſeruiana Elem. Iur. de Act.*

*(90)c.vn.§ donare qualiter olim,&c.nam locatio alienatio non dicitur l. non ſolet D. locat.niſi fiat ad longum tempus,quo caſu emphiteusi comparatur § adeo elem. iur. de locat.& conduct.indè eſt quod quemadmodum feudum in emphiteuſim concedi nequit, ut communiter Doct.opinantur in c.un.de prohib.feud. alien. per Frid. in uerb. alienare, ità nec ad longum tempus locari c.un.§ donare qualiter olim,&c.*

*(100)c.1.per quos fiat inueſt.§.ſed etiam uerſ.per feudum c.un.in pr.quatuor olim, &c. verſ.ſi verò § beneficium ſi de feud.def.& c.c.vn.§ ſimiliter in princ.de vaſallo qui contr conſt loth §.callidis à contrario ſenſu de prohib.feud.alien.per Frid. dummodo tamen tria hæc concurrãt 1.vt æquali det c.vn.§.2.de leg conradi 2.vt eadem lege, & conditione,qua habuit det c.vn. qualiter dom.propriet.n.3. vt nõ in præiudicium domini det §. callidis de prohibit.feud.alien.per frid. quæ ſubin feudatio ità his concurrentibus à Vaſallo facta reſpectu Vaſalli in perpetuum teneat, reſpectu verò domini quamdiu Vaſallus viuat, nam eo caſu,ea regula locum habeat,qua.s habemus, quod reſoluto iure datoris reſoluatur ius acceptoris l.lex vectigalis D. de pignor.*

*(10)c.vn de vaſall.qui contr.conſt.loth. feudum namq in vaſalli fauorem conceditur, vnde beneficium appellari meruit, & beneuolam actionem c.vn.in quib. cauſ. &c. & fauori ſuo,ideſt prò ſe introducto,atq.largito quilibet renunciare poteſt l.pen. C. de pact. igitur quiſq benef.refut.poterit.*

*(20)c.vn.àn agn.vel fil.dummodo ſit agnatus.filius namq.ſinè benef.repudiare nequit d. c.vn,verb.abſq.feudo hæreditatem recuſare non poteſt c.vn.de capit qui cur, vend. § 4. Mynſ.6.obſ.66.agnato namq,feudum debetur ex pacto & prouidentia primi acquirentis, Gaill.2.obſ 228.n.19 filio verò ex ſucceſſionis vi tãquã hæredi,debetur autẽ ideoq.hæredit patris à feudo ſeparare nequit,quoniam hæreditas ex parte acceptare nõ poteſt l. 1. D. de*

acq.

acquir.hæred.Cuiac.4.tit.54.feud. ne vel paganus, ſiuè ciuis romanus decedat pro parte teſt.prò parte verò inteſtatus,quod impl.in iure l.nemo poteſt de reg.iur.

(30)c.vn.§.ſi vaſallus ſi de feud.def.&c.

(40)c.vn.de l.conradi & c.vn.àn apud Iud.vel Curiam Domini,quam ſent.probat peritus Duar.c.12.n.11. d.feud.licet Iulius Clarus contr.tanquam magis comm.amplectatur ſētēt.in § feud q.29.exiſtimans textus iuris feud.quibus de feud. controu.fieri mittebatur eſſe,ex Frid.conſt ſublatos,& correctos.

(50)nam ad eos quandoq; ex primi acquirentis prouidentia,& inueſtituræ lege eſt reuerſurum c.vn.de alien.feud.patern.indè vt de quorum præiudicio agitur eorundem non ab re, & meritò conſenſus requiratur arg.l.nam ità D.de adopt. vndè dicitur alienatione feudi in fraudem ſucceſſorum prohibitam eſſe D. R.de Mar.1.reſ.iur.ca.24. num.2.

(60)c.vn.de probib.feud. alien. per Loth. probibitionis,legem ea ſuadet ratio, ne vel Dominus ideſt Imperator,vel Rex Imperij viribus debilitentur, cum milites omnibus bonis exuti dominorū,quorū ſeruitia ſubterfug.d.c.vn.imò in Regn. in certis caſibus,nec Prorex,quia alias in Regis vicē aſſentire poteſt, aſſenſū præſtare ſuper alienationibus feudorum, de quibus caſibus habes in prag.4.de feudis,vt puta ſi feudatarius legitima prole careret,vt in ſecundo capit.5.pragm.habetur cuius concluſ. occaſione D.Reg.de Marin.quærit àn aſſenſus præſtandus ſit,vbi feudatarius alienans in ſucceſsorem haberet Clericum beneficiatū 1.reſ.iur.c.21.n.5. de qua re eum adeas dicens ibid.n.8.d.prag.pro legitimo ſucceſsore in feudis hodiè requirere intelligatur etiam ille qui uigore noſtrarum gratiarum ad ſucceſſionem adimitiitur,& habes etiam præter caſus in d.pragm.4.contentos,alium in prag.17.de feudis vbi habetur proregē ſup alienatione feudorū in Regno ab exteris poſseſsorū nō poſse aſsēſu pſtare.cū illud Cath.Maieſtati ſeruatū ſit,quid autē àn eadem prag.procedat in ceſſione actionis ſuper feudo explicat D.Reg.de Marin.lib.1.reſ.cap.23.n.2.& quid an eadem pragm. procedat in muliere extera feuda in Regno poſſidente nupta Ciu.Neap.idem ibid.num.4. & quid in ſucceſs.hypot.ſuper feudo idem D.c.126.n.94.vbi alia ad expoſ.d.prag. cumulat,& quid ſentiat lex feudalis de contractibus,qui fiunt inter feudatarium,& proximè ſucceſsurum ibid.exponit n. 2. ubi textus in cap.1.§.ſed & res per quos fiat inueſt.& in cap.1.§.& ſi libellum de alienat.feudi paterni ſint hodiè correcti reſpectu uenditionis ibid.n.10.& 11.feudum uerò abſq.domini conſenſu alienari nequire ex dictis conſtat,D.R.de Mar.c.121.n.1.expon.ſcribens n. 2. alienationem feudi factam ſinè aſsenſu domini poſse per contrahentes reuocari,& an procedat prohibitio de feudo non alienando inducta per conſt.Regni Diuæ Mem.ubi Iudex coegit feudatarium ad feudum vendendum,& quid in ſimplici alienatione ſubhaſta idem ibidem à nu.3. vſq.ad 16.cum eadem conſtit.procedens in empt.& vendit.locum habeat in promiſs. de uendendo ibid.n.4.& 5.hinc ſine aſſenſu feudi facta alienatio īualida dicitur,idē in cap.122.n.5.vbi multa de feudi alien.cum aſſenſu facienda ſequitur,& in cap.124.n. 7.& 13.exp.an ius commune feud.ſit correctum per d.Regn.Conſt. Diuæ Mem. & alia de alie.feud.reuocāda,vel ex ea de feudi caducitate habes ibid.n.4.10.& 14.dicēs n.12.feudum alien.non poſſe,& ſi in vendit.apponatur clauſula ſaluo aſſenſu Domini & multa etiam habes in c.125.n.1.nec feudum vnitum Baroniæ alienari,abſq.aſſenſu poteſt probat idem D.c.129.n.1.& 5.emptor autem feudi diſmembrati ſi fuerit conuentus à ſucceſsore in Baronia iura reintegrandi an poſſit ab actore petere ne dū pretium quod impendit.ſed etiam illius intereſſe,& relaxare feudum vna cum fructibus idem D.ibid.n.2.6.11.& 17.dicens ibid.n.4.quod feudatarius alienās feudum abſque Domini aſſenſu feudum perdat,& emptor pretium niſi bonæ fidei ſit emptor, & nu.8. actiones ad feudū eſſe in ipſo feudo radicatas,non verò in perſona feudatarij,& num.9 feudum eſse hominē ſurdum,& mutum,& n.13.& 14 Conſt.Diuæ Mem.nullum iuramē afferre,quando contrahentes fuerunt in mala fide,ſed contra ibid.& eandem conſt. quo ad pœnam ammiſſionis feudi ſinè Domini conſenſu alienati,ius comm. feud. non correxiſse,& proinde quando non interuenit reuocatio,ſit locus diſp.iur.comm.feud. ibid. n.15.& 16.

(70)ſ do-

Digitized by Google

(70)§ *donare qualiter olim, &c.*

(80)*d.§ donare quod de patre filia dotãte intell. cui non obſtat, quod ipſa pro ſe dare poteſt c.1. de inueſt. quã titius accepit à ſempron. quoniam intelligitur, ſi feudum, quod ei obuenit ex conuentione (cum alioqui feudo ſit incapax iure comm. feud.) mulier in dotem det, quo caſu d. dotat. alienationem non dicimus, nam quamuis conſtante matrimonio dos in bonis mariti ſit, mulieris tamen iure naturali permanet l. quamuis D. de iure dot. l. in reb. C. eod. l. lucius § item D. ad munip. ſecùs in patre de feudo eam dotante eſt (ſeruato d. iure feud. commun.) cum eo caſu alienatio ſit, nam ex quo ante dotationẽ erat in patris patrimonio, filiæ patrimonium efficitur l. pater D. ad l. falcid. l.4. D. de collat. bonor. l. deniq. § ergo D. de minor. indè meritò d. iure prohibita eſt, quam ſent. vt veriorem acceptatam* Mynſ.4.obſ.84. *atteſtatur.*

(90)*c. vn. de ꝓhib. feud. alien. per Frid. & ibi Doct. in verbo. alienare, datio nãq. in emphyt. alienatio dicitur Nou.7. & 120.*

100) *Doct. in d. l. vſumfructum nãq. in re conſtituere, vel eũdem concedere, alienare dicitur. l. fin. C. de reb. alien. non alien.*

(10)*vera enim alienatio in ſolutum datio eſt l.1.C. de fundo dot.*

(20)*d.§ donare, cum nulla de feudis in teſtamento valeat ordinatio c.1. de inueſt. de rè alien. facta.*

(30)*quoniam ſublato modo. quo ad extremum, ipsũ quoq. ſublatum cenſetur l. ſcimus § fin. C. de inoff. teſt. igitur ſublata pignoratione, per quam ad alienat. peruenitur, vt in tit. D. & C. de diſtr. pign. ipſa tollatur etiam alienatio.*

(40)*Aluar. in d. c. vn. de prohib. feud. alien. per Frider. n.16. nam permutatio, quam cãbium Gerhardus appellat in c. vn. ſi de inueſt. controu. fuer. § cum autem iuncto Obert. in c.1. de mil. vaſallo qui cont. eſt à verbo cambire, quod eſt mutare Alciat. lib. 2. parer. c.45. proxima eſt emptioni, & venditioni l.2. D. de rer. permut. indè Sabiniani permutatione rerum empt. & venditione contrahi voluerunt l.1. D. de contr. empt. quod tamen à Proculianis, quorum ſententia obtinuit, improbatum fuit, teſte Iuſtin. in elem. iuris de empt. & vendit.*

(50)*Gaill. 2. feud. obſ.154. n.13. nec obſtat quod in 9 feud. vt in c.1. de feud. March. & c.1. de nat. ſucc. feud. & c. vn. de prohib. alie. p loth. legitur uni obueniſſe nam id intel. ex diuiſione fratrum, non verò patris diſpoſitione, nam liberi inter ſe præſertim feuda tũ magna diuidere poſſunt c.1. de prohib. feud. alien. § præterea ducatus, nec patri locus eſt uni ex liberis feudum prælegare, tũ quia in eo ſuccedere æqualiter debent d.c.1 tum etiam quia agnatis, & liberis, illud reſeruare debet, exemplo lucrorum nuptialium quæ ſuperſtes coniux ſeruat liberis communibus nulla electione conceſſa* Nouel. 2. & 22. *& licet ius patronatus vni ex liberis aſſignari poſſit l.1. de adſign. libert. l. vnum ex familia D. de leg.2. & ſi omnibus debeatur l. ius iurandi §. ſi liberti D. de oper. libert. quia cum omnis teſtamentaria diſpoſitio in feudis valida non ſit c.1. de ſucceſſ. feud. ius ciuile, ex quo ſup. adductum arg. depromitur non poteſt, nec debet attendi, quod non alia niſi cum iure feudi expreſſum non eſt, ſeruandum dicimus c.1. de feud. cogn.*

(60)*d.§. donare nam, & ſi impropriè uenditio in alienationis uerbo ueniat l. alienatũ D. de verb. ſignif. nihilominus in generali alienationis ſignificatione, uenditionem etiam uenire dicimus. Nou.7. cap.1. & licet uaſallũ plus ius in feudo habere, ac uſumfructuarium communiter Doct. feudiſtæ dicant, & probent, atqui uſufructuarius, cum uel ipſe re uti poſſit, uel eam uendere l.12.§.2. D. de uſufr. tamen haud uerum eſſe dicimus uſufructuariũ uſusfructus ius alienare poſſe, ſed tantùm perceptionem illam fructuum (nam concedendo uſusfructus ius extraneo nihil agat § fin. elem. de uſufruct. & illud amittat l. ſi uſufr. D. de iur. dot.) concedere, ſiuè alienare poſſe l.66. D. de iure dot. quod quidem, nempè feudi fructus uendere, &c. Vaſallo haud prohibetur Vueſembec. de f. c.1. n.6. licet feudum, ideſt ius feudi, quod ipſe militis nomine habet alienare non poterit, quemadmodum nec in uicem legis commiſſoriæ dare c. un. de feud. dato in uic. legis commiſſ.*



Digitized by Google

23 De modis, quibus finitur, vel amittitur feudum.

SI certum eſt noſtrã ètiam omnium in veriori Philoſophia, res omnes, quas, vt domini poſſidemus, eodem iure, & apud nos ipſos conſtitui, & finiri.

Poſtea quàm de feudi conſtitutione hucuſque breuitèr, vt propoſitæ Eclogæ res expetebat noſtra, actum eſt, meritò ipſum etiam feudũ qualiter finiatur, eodem vocabulo materiæ accomodato, agendum hìc ſummariè eſt.

Quemadmodum autem varijs modis conſtituendi feudum, conſtitui dicitur, ità, & multis contrarijs conſtitutioni, ipſum quoq; feudum finiri legimus.

Finitur igitur vel extinctione, vel amiſſione.

Extinguitur primò, ſinè vaſalli culpa, nempè religionis ingreſſu. (10) miles namq; ſeculi eſſe deſinit, qui factus *Chriſti* Miles eſt (20) milites namque *Chriſti* ſeruire *Chriſto*, & non alio debent, quemadmodum, & milites ſæculi ſæculo (30) vndè *nec beneficium pertinet ad eum, qui non debet gerere officium*. (40)

Secundò corporis vitio, puta mutus, *qui feudũ retinere non poteſt, ſcilicet, qui nullo modo loquitur*; ſed ſi feudum fuerit magnum, quo ei ablato, ſe ſuſtinere non valeat, tantùm ei relinqui debeat, vndè ſe ſuſtinere poſſit (50) quod etiam dicas procedere in ſurdo, cæco, claudo, vel alitèr imperfecto, quoniam hi debito ſeruitio non ſufficiunt (60)

Tertiò præſcriptione (70) etenim ſi vnus ex præcipuis modis, quibus feudum acquiritur præſcriptio eſt, conſequens indè verſa vice eſt, vt eodem modo amittatur. (80)

Quartò refutatione (90) ea nimirum ratione, quia non tam propter perſonam vaſallus, quàm ob rem obligatus, eſt, quã ſi velit refutare ampliùs non tenebitur, & ſi dominum offendere non debeat, cum maneant etiam poſt refutationem dominici iuris quædam

re-

(10) *cap. vn. §. qui clericus ſi de feudo def. &c. quo caſu ſucceſſoribus in gradu ſucceſſibili nõ extantibus feudum ad R. C. deuoluatur, diciturq. fiſcũ illud vti Dominũ acquirere, non verò vti feudatarij hæredem D. R. de Mar. 1. reſ. iur. c.* 130. *n.* 2.

(20) *c. vn. de Vaſall. qui arma bellica depoſuit.*

(30) *tit.* 109. *feud. lib.* 2.

(40) *d. cap. vn. de vaſall. milit. qui arma bellica &c.*

(50) *c. vn. §. quin etiam Epiſcop. vel Abbat.*

(60) *c. vn. an mut. vel al. imperfectus feudũ retin.*

(70) *§ ſi quis per* 30. *ſide feud. def. &c.*

(80) *arg. l. nihil tam naturale D. de reg. iur.*

(90) *c. 1. qualiter olĩ, &c. c. 1. de Vaſal. l. decrap. ętat. c. 1. de Vaſall. qui contr. conſt. lotb.*

Digitized by Google

reliquiæ (100) & licet feudalis contractus vltrò citroq; obligatorius ſit, cum Dominus, & Vaſallus in eo inuicem obligentur ille .ſ. ad rem tradendam (10) Vaſallus verò ad ſeruitia præſtanda (20) & contractus vnius indè diſſenſu ſolui non poteſt (30) igitur nec feudum refutari, non accedente .ſ. domini conſenſu; Attamen quia feudum contractum non dicimus, verùm ius, quod in contractu, vt materia deducitur, imò cùm ſit beneuola actio gaudium tribuens capiēti (40) nec prætextu pecuniæ, ſed amore Domini acquiratur (50) inde poterit refutari (60) ſimiliter licet Dominus refutare Vaſallum non poſſit, niſi in certis cauſis, vnde erui poſſet, ergò nec Vaſallus dominum, quia cōtrariorum eadem eſt diſciplina (70) Nam dicimus iſto caſu, non eādem contrariorum rationem eſſe, feudo enim refutato nullum Domino præiudicium infertur, cùm feudi proprietatem, vt priùs retineat (80) nec tam difficile eſt alium Vaſallum acquirere, Vaſallo autem non ſinè damno feudū eripi poteſt, hinc rectè pronunciatur faciliùs refutationem, quàm feudi priuationem admittendam eſſe. (90)

Quintò rei in feudum datæ interitu, feudum extinguitur (100) Vaſallus nāq; reſpectu rei in feudū cōceſſæ Domino obligatur, illa igitur extincta, extinguetur etiā obligatio. (10)

Sextò, & vltimò morte, cum .ſ. Vaſallus ſinè hæredibus maſculis, vel agnatis moriatur ſeruata l. *conſuet. feud.* (20) vel ſi decedat non ſuperſtitibus hæredibus in gradu, conditione, vel qualitate ſucceſſibili, ſeruata for-

(100) *c.1. de Vaſall. qui contr. conſt. lothar.*
(10) *c.1.§.6. hic finit. lex*
(20) *c.1. in fin. inqb. cauſ.*
(30) *l. ſicut C. de oblig. & act. nam ſi duorum conſenſu fit, igitur conrum conſenſum, vt ſoluatur requir. dicendum eſt arg. l. nihil tam naturale D. de reg. iur.*
(40) *c.1. in fin. in quibus cauſ.*
(50) *c.1. de feud. dat. in uic. leg. commiſſ.*
(60) *arg. l. pen. C. de pact. & mordicùs defendit Mynſing. 5. obſ. 65.*
(70) *l. vlt. C. de indict. viduit.*
(80) *c.1. de allodijs.*
(90) *proùt nec refragatur c.1. de eo qui fin. fecit. Agn. nam non loquitur de refutatione, quæ in manus Domini fit, ſed de refutatione facta ab agnato feudatario, ac agnato, cui feudi ſucceſſio ſpectabat, ſicuti, licet Vaſallus iuret, & iuramentum inuiolabiliter ſeruandum ſit, auth. ſacramēta pub. C. ſi aduerſ. vēd. tamen quia Vaſallus ſolū iuramento obſtringitur, quandiù .ſ. poſſidet, indè feudo cuius intuitu d. iur. prꝫſtatur refutato, eodem non adſtringatur, imò quia iure permittēte refutauit peierasse indè non dicatur l. vlt. D. qui ſatiſd. cog. & licet Vaſallus ſine agnatorū conſēſu feudū deteriorare nō poſſit c.1.§.1. de īueſt. de re al. fact. nec alienare c. 1. de phib. feud. alien. per Frid. nihilominus in manus Domini refutare poteſt, nam priori caſu agnati habent ius prothomiſeos cap. 1. quib. mod. feud. amitt. c. 1. de de vſu mediol. ſecundum quoſdam, quod etiam Vaſallus habet, ſicq: cum dictum ius priuilegium ſit, nequeant cōtra refutantem, etiam priuilegiatum agnati illo vti, ſi vulgata in iure regula illa eſt, inter priuilegiatos quasſari priuilegia.*

(100) *arg. l. 1. C. de iur. Emphyt.*

(10) *arg. l. cum principalis de reg. iur. interitu extingui autem poteſt, incendi chaſmate, aut terremotu l. 15. D. locati, itē inundatione l. qui vniuerſas § item l. interdum §. quod ex naufragio D. de acq. poſſ. vel calamitate belli l. cum vnus § fin: D. de bon. auth. iud. poſſid.*

(20) *c.1. de alien. feudi cap. 1. qualiter olim, quo caſu ad Dominum reuerti dicimus d. c. 1 qualiter, olim, &c.*

forma inueſtituræ, vel etiam ſtatuti, ſiuè vſus loci, vbi de declarando ex dicta cauſa feudum extinctum agitur, ſiuè ciuiliter, ſiuè naturaliter mori dicatur.

Varijs etiam modis feudum amittitur, & licet de ijſdem amittendi modis certa regula, aut explicita aliqua definitione omne ius comprehendi nequeat, benè, optimoq; calamo; tamen diſplicandum ſumimus, quomodo Vaſallus, quàm humilitèr, quàm deuotè, quam benignè, quàm fideliter ergà dominũ ſuum ſe debeat habere, idq; potiùs ex naturalibus, & bonis curiarum conſuetudinibus percipi, quàm lege aut ſcripto declarari poſſe conſtat (10) regularitèr verò feudum nõ niſi ob culpam amitti in feudorum iure legitur (20) quod enim legitimo iure acquiſitum ſemel eſt, id ſine culpa auferri non debet (30) vndè dicitur feudum amitti ob culpã, & iuſtam cauſam (40) idq; nõ ſimpliciter, & ipſo iure, ſed cauſa priùs cognita, atque ità per ſententiã Iudicis, quotiès namque cauſę cognitio requiritur, totiès proceſſu, & ſententia opus eſt. (50)

(10) *c. 1. in quibus feud. amitt. & c. 1. §. illud quæ fuit prima cauſa.*
(20) *c. 2. de natur. feudi c. 1. de feud. ſinè culpa non amitt. §. fin. quo tẽp. miles, &c.*
(30) *l. id quod. D. de reg. iur.*
(40) *d. c. 1. quo temp. mil.*
(50) *l. de vno quoq: D. de re iudicata l. obſeruare § vbi decretum D. de offic. proconſ.*

Et quoniã delicta cõmiſſionis, quã omiſſionis grauiora ſemp exiſtimãda ſunt, de delictis in committendo, ex quibus Vaſallus feudo priuatur priùs agere, methodo exquirente neceſſe eſt.

Et quidem committendo Vaſallũ in Dominũ delinquere, vel in alium, vel in ſemetipſum, (quæ diuerſitas, nihil refert) dicitur.

In Dominum, vt puta, ſi delator eius extiterit (60) delator, ideſt accuſator (70) igitur, qui dominum ſuũ accuſat, vel defert, feudo priuatur, modo, vti adijcit *Obertus* (80) per huiuſmodi delationem graue diſpendiũ dominus ſubſtinuerit, quemadmodum, ſi domini ſecreta manifeſtauerit (90) quoniam Vaſallus iuramento promiſit, quæ ſibi commiſſa à Domino, ea ſe non reuelaturum (100) ità

igitur

(60) *c. 1. quib. mod. feud. amitt. c. 1. § 1. nã ſi delator q̃ f. p. cauſ. benef. amitt.*
(70) *l. Saccul. de ferre D. de iure Fiſci.*
(80) *Obert. in d. §. item ſi delator.*
(90) *d. c. quib. modis.*
(100) *c. 1. de noua form. fid.*

igitur reuelando, & manifeſtando præter quàm quod fiat periurius, etiam feudo priuetur, nec quidem ab iuſta re, ſiquidem ſecretorum reuelatores ſemper odio habendi ſunt, undè *Paulus* ſcribit, transfugas ad hoſtes, vel conciliorum renunciatores, aut vires exuri, aut furca ſuſpendi deberi. (10)

Similiter Vaſallus feudo priuatur, ſi ſpóſæ, vel vxoris (20) vel filię Domini pudicitiam attentauerit (30) Siuè etiam Caſtrum oppugnauerit (40) vel ſi cũ Domini inimicis amicitias copulauerit (50) quo caſu ſuſpectũ Vaſallũ ſe facere dicitur (60) prout quoq; ſi morti eius, ſinè vitę veneno (70) vel gladio inſidiatus fuerit (80) vel etiam in dominum impias manus immiſerit (90) graues, vel inhoneſtas iniurias intulerit, inſidiatus fuerit (100) item ſi dominum aſſalierit (10) teſtimonium contra Dominum dixerit (20) ità quod Vaſallus vltrò requiſitus à Iudice, & ad teſtificãdum vocatus, honeſtè ſe excuſare debeat, allegãdo ſub amiſſione feudi, id vſibus feudalibus nõ permitti, quod ſi tum ſub cõmnatione pœnæ ad perhibendum teſtimonium cogatur, retinet feudum (30) item, ſi inhoneſtis factis, atque indecentibus machinationibus Dominum offenderit (40)

In alium culpã, ex qua feudo priuandus eſt, Vaſallus committit, ſi fratrem (50) nepotẽq;

*(10) l. ſi quis aliquid § 1 D. de iniurijs.*

*(20) vxoris namq. iniuria maritum tangit §. patitur elem. iuris de iniurijs, at non poteſt vxori maior iniuria inferri, quàm thori, & pudicitiæ uiolatio, atquò morti ſimilis eſt l. iſtè quidẽ D. quod met. cauſ.*

*(30) c. 1. de nat. feud. §. item ſi fidelis quib. mod. &c. c. 1. de feudo ſine culpa non ammitt. § ſi quis quæ fuit prima cauſa benef. amitt. § rurſus verſ. & ideo de vaſall. qui contr. conſt. Lothar.*

*(40) c. 1. quibus mod. feud. amitt.*

*(50) cap. 1. quot teſtes ſunt neceſſ. ad prob. &c.*

*(60) l. liberi in verbo inimicis C. de inoff. teſt, nã cum quibus amicitia alicui inimicitia eſt, cõſuetudo, vel familiaritas, ijs ſimilis cenſetur l. cum qui C. de Epiſc. & Cleric*

*(70) ideſt malo veneno nõ bono, nec de medicamẽtis, quæ venena quoq. ſũt, unde verſum eſt, quod qui uenenum dicit, an de malo, vel bono explicare debeat l. qui venenum D. de V. ſigni.*

*(80) § porro quæ fuit prima cauſa, &c.*

*(90) c. 1. quæ fuit 1. cauſ. &c.*

*(100) c. 1. quib. mod. &c.*

*(10) d. c. 1. quib. mod. & c. 1. de eod. tit. el 2.*



vel

*(20) § fin. in quib. cauſ. &c.*

*(30) Aluarot. in c. 1. quæ fuit 1. cauſ. &c. in d. §. ſi delator.*

*(40) c. 1, quot teſtes ſint neceſſ. &c.*

*(50) Fratrem quidem ſuum non verò Domini, cũ ſi domini fratrem occiderit, cum in Dominũ delinquere nõ dicatur, rectè dicitur feudo vaſallũ nõ priuari, cui concluſioni non obſtat, quod dicitur in contrarium, nempè qui fratrem ſuum occidit, multò minus de linquit in Dominum, ergò multò minus feudo priuandus eſt, nàm reſpondetur hoc caſu paricidium committi l. 2 D. ad l. Pomp. de parr. illo verò homicidium, & quoniam parricidium homicidio grauius eſt, id quod vel ex diuerſitate ſuppliciorum conſtat, homicida capite plectitur l. 3 § pen. C. ad l. Corn. de ſicar. parricida inſuitur culeo cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia, & in mare, vel ãnẽ proijcitur, vt omnium elementorũ vſu adhuc viuus carere incipiat, & cęlum ei ſuperſtiti, & terra mortuo auferatur §. alia inſt. de pub, Iudic. AEquũ indè eſt, nè tam infamis perſona, quæ parricidij crimine ſe polluit in Domini Curia amplius uerſetur, vel in eadem vt fidelis, qui etiam in patrem ſæuit, cognoſcatur, nec quidem feudum domino aperiatur, ſicut, ſi directò in dominum deliquiſſet, ſed in parricidæ proximos agnatos, illud ſucceſſ. tranſmiſſione transferatur, quod*

vel filium occiderit(60)

In ſemetipſum, ſi inceſtas, atq; nefarias contraxerit nuptias, vel ſi ſeipſum interficere voluerit(70)

In omittendo prætereà, culpa, ex qua Vaſallus feudo priuatur, in ipſum Dominum committitur, vt puta ſi Vaſallus tribus vicibus citatus, Domino ſuo fidelitatem præſtare recuſauerit (80) Quo caſu feudo priuatur, niſi tale ſit, vt pro eo ius iurandum fidelitatis fieri non debeat(90) interdum .n. & ſi fides debeatur, fidelitatis attamèn iuramẽtum non debetur (100) Similiter ſi Vaſallus ſeruitium denegauerit(10) Idq; eò magis procedere intelligas, ſi Vaſallus, per ſpatium viginti ãnorum ſeruitia Domino non præſtiterit. (20) Quemadmodum ſi Vaſallus iuſtitiam facere neglexerit (30) ſicuti, ſi Vaſallus imminẽs periculum Domino ſuo non denunciauerit (40) Item ſi in prælio conſtitutum Dominum dimiſerit (50) non adiuuauerit(60)

Aut à Morte non liberauerit (70) Vel carceri inclu-

*quod idem intelligas, ſi aliud quodcumq. parricidii genus committat, patret § deniq. quę fuit 1. cauſ. &c. nec. s modo ſi fratrem occiderit, ſed ſi occidere tentauerit vel curauerit c. 1. de vaſ. qui contr, conſt loth. quẽ, admodum, qui ſororem ſuam vitiauit, feudo priuatur Zaſ p 10. de feud amiſſ n. 29 qui ſororem Domini, non item, niſi in in domo Domini, & in capillis fuerit ca. 1. quib. mod. feud. amit. § 1. d. tit. qua fuit 1. cauſ. &c grauior namq. inceſtus ſtupro eſt, vndè dicta diuerſitatis ratio ſumitur.*

(60) *c. 1. §. 3. q̃ fuit 1. cauſ &c. c. 1. le lege Conradi.*

(70) *cap. 1. ſi de feud. def. &c.*

(80) *c. 1. de Milite Vaſall. qui contumax eſt §. 1 qua fuit 1. cauſa beneficij amittendi.*

(90) *d. ca. 1 §. 1. quę fuit prima cauſa, &c.*

(100) *c. 1. in fin. per quos fiat inueſt.*

10) *d c. 1. quę fuit prima cauſa § ſed non eſt alia c. 1. de cap. Cõradi c. 1. de allod. c. 1. de probi. feud. alien. p Frid Qui ſi ſeruire voluerit, nec tamen potuerit, ſufficit voluiſſe, licet non ſeruierit, vt ſcribit perit. Iac. Cuiac. feudor. 1 tit. 20. Non enim eſt in culpa abſq. culpa, vel dolo, vt in tit. 97 feud, lib. 2. Nemini feudum auferendum eſt c. 1, de feudo ſinè culpa non amittendo, nulla verò iuſtior cauſa beneficij amittendi eſt, quàm hac ipſa, nam qui ſeruitium denegat. ad quod præſtandum iuramento ſe obſtrinxit, iuxtà formam traditam in cap. vn. de noua forma fidelit. vti fidem fallit, ità eandem non eſt quod expectet, & fallere fidem graue quidem eſt l. 1. D de conſt. pec. cum eam iur.* Natur. *ſeruare conueniens ſit l. 1. D. de pact. licet tamen frãgenti frangẽda ſit, & non ſeruanda l. cum proponas C. de tranſact.*

(20) *c. 1. de feudo ſinè culpa non amittendo c. vn. § ſi Vaſallus, & § licet, ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit c. 1. §. 1. hic finitur lex c. 1. § fin. tit. an ille, qui interfecit fratrẽ Domini ſui feud. amittat.*

(30) *c. 1. in verbo. honeſt c. 1. §. 2. verſ. illud, qua fuit prima cauſa beneficij amittendi c. 1 § 2. de pace tenenda, & eius violatoribus.*

(40) *c. 1. de noua forma fidelitat. c. 1. quę fuit prima cauſa, & c. c. 1. § licet, de pace tenenda & eius violat. c. 1. hic finitur lex § ad hoc, & cap. vn. § fin. de alienat. paterni feudi, ea nimirùm ratione, cum ſciret Domino imminere periculum, nèc denunciat, ea ſequitur, regula, conſentientem nempè, & facientem æquali pęna affici l. non ideò C de accuſ.*

(50) *c. 1. quib. mod feudum amittatur, el primo, & el ſegondo, c. 1. de feudo ſin. culpa non amittendo c. 1. § 2. qua fuit prima cauſa, c. 1. tit. hic finit. lex.*

(60) *d. c. 1. hic finitur lex.*

(70) *c. 1. § fin. de alienat paterni feudi, ità quod, vt quidam dixerunt Domini vitam ſua debeat anteponere ex l. 1. ad S. C. Syll. vbi ſub pęna capitis ſerui Dominorum ſuorum cuſtodiam præſtant, licet attamen id mihi rationi haud conſentaneũ videatur, nec enim Vaſalli cum ſeruis conferuntur, ſunt. n. liberæ conditionis, & rectiùs cum liberis conferri conſtat, ſecundum ea, qua latę exp. Euerhard. in topic. legal.*

Digitized by Google

incluſum non redemerit(80)ſi feudum fuerit inficiatus (90) ſi intra annum,& diem inueſtituram mortuo domino ab eius hæred. non poterit (100)

Et poſtremò ſi alienauerit (10) vel deteriùs feudum reddiderit (20) Quibus omnibus cauſis,ex quibus Vaſallus feudo priuatur, addas omnes illas alias,ex quibus filij iuſtè exhæredātur, ex quibus repudiis deferendum eſt ,ex quibus contracta matrimonia diſſoluenda eueniunt,ex quibus donationes iure perfectas reuocari licet proniores attamen Iudices ad abſoluendum, quàm ad condemnandum debere eſſe ſcianr Sciendum tandem eſt ex eiſdem cauſis,quibus Vaſallus feudo priuatur , dominus quoque eius proprietatis amiſſione mulctari.(30)

Et hęc ſint prò Ecloga iſta,breui verborũ cõpẽdio expoſita.

*(80)§ illud d.tit. quæ fuit prima cauſa benef,amitt. quod intelligas , quando potuerit ex d.§. illud,ea nimirum ratione , quia carcer malamenſio dicitur l. item apud 15. § D. de iniur. & iniuriam infert d.t.quæ fuit prima cauſa § denique vbi Bald. & Domini iniuriam Vaſallus propulſere tenetur c.1.de noua forma fidelit.*

*(90)§ vaſallus ſi de feud.def.&c. §. fin. in fin. de l.cõradi, exemplo iuris ciuilis,quo multa inficiationis introducta ſunt pęnæ , vt Neganti fideiuſſionem, beneficiũ diui Adriani denegatur l.ſi dubitat 10.§.ità demum D. de fideiuſſ. propriam ſcripturam, exceptio non numeratæ pecunia Auth.contra C.de non nu. pec. damnum neganti in duplum pęna infligitur l.inde Nenarius 23.§ 10.D.ad l.Aquil.ſicuti & in depoſito tumulus,ruina naufragij , & incendij cauſa l.1.D.depoſiti,& legato ad pias cauſas relicto §.fin, inſtit. de oblig.quæ ex quaſi contractu,&c.*

*(100)c.1.quæ fuit,&c quam cauſam pręcipuum, & principalem Obertus de Orto in d. c.appellat,niſi iuſta cauſa Vaſallus excuſetur,nempè ob valetudinem,tempeſtatem, vel vi fluminis prohibitus nõ potuiſſe inueſtituram petere allegando arg. l.2.§.3. D. ſi quis caut.l.20.D.de proc.l.ſæpe D.de ſpõſ.vel ſi capitales inimicitiæ interuenerint l.8 in fin. l.14.& 43.in fin D.de proc.vel infantia l.7.D.d.tit.vel iuſta abſentia l 9 l.29 D.eod.*

*(10)c.1.§.callidis de probib.feud alien.per Frid. alienando namq. feudum , dominũ videtur contemnere § 2. tit.quæ fuit prima cauſ.&c.& eius conditionem reddere deteriorem d c.1 de prohib.feud alien.vndè feudo priuandus eſt d.c.1.iuncto cap.vn de prohib.feud.alien.per.Loth.ad exemplum namq:vſufructuarij feudatarius eſt,& quemadmodum vsufructuarius ius quod habet alienans in pænã eo priuatur l. ſi vſufruct. D. de iur.dot,ità & feudat. vt diximus.*

*(20)l.Zaſius part.7.n.54.nam ſi vt dixim. feudatarium iuxtã regulas vſufructuarij regularis,quemadmodum vſufructuarius proprietatis cauſam deteriorem facere nequit meliorem verò facere poteſt l.13.§.4. D. de vſufr. proprietatis cauſam Vaſallus deteriorare nequibit.*

*(30)Quemadmodùm ex cauſis,quibus donationes iure perfectæ reuocantur.c.1. §. prædictis modis,quæ fuit prima cauſa benef.amitt.ſicuti per alias,vel ſimiles , vel grauiores,ex quo enim natura nouas deproperat edere formas , multis modis contingere poteſt,vt alię emergant,quibus videatur iuſtè feudum adimi poſſe ; Idcircò Iudici ſolertia,& æquitas commendatur in his caſibus optimè , dummodo hoc minimè ignoret proniorẽ nos eſſe debere ad abſoluendum quam ad condemnandum cap. 1.§. ad hoc ſi de feud.defunct.&c.quod etiam idem in domino procedere dicimus cum. s. agitur de Domino proprietate eius priuando , putà quia ſine vaſalli conſenſu feudum in alium transtulerit §.præterea de prohib.feud. alien. per Frid. iuſtitiam vaſallo non fecerit c.1.de mil.vaſall.&c.vel intrà annum , & diem inueſtituram petentem non inueſtierit gloſs.in §.fin per quos fiat inueſt.& cæteris ſimilibus , vt in vaſallo dictum eſt , de quibus omnibus latiſſ.in fin.6.part.noſtrarum vis.Deo dante tractabimus.*

GAE FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE FEVDORVM ORIGINE

## Par.1. Rub.1.

B

### VISIO PRIMA.

IVS, quo Natura omnia animantia docuit, naturale dicitur; *Ius* verò *gentium eſt, quo gentes humanæ vtuntur, quod à naturali recedere, licet facilè intelligere, quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune eſt a;* C *& ex hoc iure gentium introducta ſunt bella, diſcretæ gentes, Regna condita, dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes inſtitutæ, exceptis quibuſdam, quæ à Iure Ciuili introductæ ſunt b;* Indè res, quæ communi quadam naturali cognatione iure naturali poſſidentium erant, ſecundùm iuris gentium dictamen, non inquam incerto, verùm certo dominio, cùm dominia diſtincta, agris termini poſiti, & ædificia collata fuerint, diuiſæ veniunt.

a *Vlpianus lib. 1. inſt. not. in l. 1. §. ius gentiū PP. de iuſt. et iur.*

b *Hermogenianus lib. 1. iuris epit. vidend. in l. ex hoc iure 5. PP. de iuſt. et iur.*

D

### ELVCIDATIO.

1 (Ius naturale, qualiter omniū animātiū, & qualiter humani generis magiſter fit.)

QVod iure naturali (ſolo inſtinctu, & Naturæ quodam impetu omnia animantia erudienda circa, ex *Vlpiano* conſultum habemus *c*, id omnium animantium propriū eſſe cōſtat, eorū, nēpè, quæ in terra, quæ in mari, & quæ in aere volant, commune quoque dicimus; quæ inter, & feras huius iuris, vt peritas materialiter, non formaliter fatemur; homines verò, cùm ex ratione naturæ ius edoceat, indè materialitèr, & formalitèr humani generis ipſum

c *Vlp. not. in l. 1. §. ius naturale PP. de iur. naturali, gent. et ciuil.*



Digitized by Google

A

naturæ ius magiſtrum dicimus; Non ità in alijs animantibus, nàm cùm ius omne, quo fruimur, ex ratione ſemper exiſtimandum ſit, conſequens indè nectitur, vt præter humani generis animantia, quemadmodum rationis expertia ſunt, ità nec iuris capacia videantur: Iure tamen naturali, doctrina quadam naturæ omnia animalia edocta agnoſcimus, humano tamen generi ſubdicata, & ad eiuſdē ſeruitium, nempè ad victum, & amictum eadem animalia hominibus neceſſaria, inſtituente Deo creata animaduertimus, cùm omnes beſtias, & fructus terræ humano generi Omnipotens ipſe attribuerit *d*.

*Quod verò naturalis ratio inter homines cōſtituit, id apud omnes homines perçquè cuſtoditur: vocaturq; ius gentiū, quaſi quo iure omnes gētes vtantur, vt Caius* I. C. inquit *e* (: ex ratione, quēadmodū, & ius naturale, ius gentiū exiſtimatur, differt tamē à iure naturali, nàm ius gētiū eas res circà verſatur, quæ propriæ humani generis ſunt, *veluti erga Deum religio, vt Parentibus, & Patriæ pareamus, vt Pomponius* animaduertit *f*, *vt vim, atque iniuriam propulſemus, nàm iure hoc euenit; vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur, & cùm inter nos cognationem quandam natura conſtituit, conſequens eſt, hominem homini inſidiari, nefas eſſe, vt Florentinus* I. C. reſpondit *g*, & inde eſt *vim vi repellere poſſe*, ità quod (*eum qui cum armis venit, poſſimus armis repellere, ſed hoc confeſtim non ex interuallo, & dummodo ſciamus non ſolùm reſiſtere permiſſum nè deÿciatur, ſed & ſi deiectus quis fuerit, eundem deÿcere, non ex interuallo, ſed ex continenti, vt Vlp.* conſuluit *h*.

2 (Gētiū ius ex ratione, quemadmodū & naturale ius, exiſtimandū) B

3 (Vim repellere, & iniuriā propulſare iuris gentiū eſt; non tamē ex interuallo vim vi repellere licitū eſt.) C

d Gen. 1. 26. 29. 30. c. 9. 2. *Hugo, Grot. de iur. bell. et pac. 2. c. 1. nu. 1. Ioh. de Dicaſtillo de iuſtit. et iur. lib. 2. tract. 1. diſp. 1. dub. 8. et ſeq. qui latè de hac re agit.*

e *Caius I. C. lib. 1. inſt. vid. in l. omnes populi 9. PP. de iuſt. et iur.*

f *Pompon. lib. ſing. Enchirydion. vid. in l. veluti 2. PP. de iuſt. et iur.*

g *Florent. lib. 1. inſtit. vid. in l. vt vim 13. PP. de iuſt. et iur.*

h *Vlp. lib. 79. ad edict. vid. in l. idem eſt 3. §. eum igitur PP. de vi, et vi armata, et vim vi repellere licere inquit idē Vlp. vid. in l. 1. §. eu qui neque cit. ut.*

Cuius quidem iuris, (vltrà bellorum introductiones, diſcretarum gentium, & Regnorum inſtitutiones, dominiorum diſtinctiones, in agris terminorum poſitiones, ędificiorum collationes, manumiſſiones à gentibus editas: vt *Vlp.* I. C. ſcripſit *i*, cōmercia indè verè, ac propriè iuris gentium ſunt, conſequenterque contractus omnes ex commercijs exorientes, non ſolùm, qui conſenſu, ſed etiam qui re perficiuntur, omnes deniquè, exceptis ijs, qui aut verbis, aut litteris ſtipulantur, eidem iuri adſcribendi ſunt, idque eſt, quod *Hermogenian.* ſcripſit *k*, nēpè hoc iure cōtractus introductos fuiſſe, poſt varios occupādi modos ad rerum diſtinctionem cuſtodiendam, quemadmodum, & (poſt rerum diuiſionem, acquirendi poſſeſſio naturalis præcipuus modus ille fuit, ex quo dominium eodem iure traditur, vt *Paulus* inquit *l*, *dominium rerum ex naturali poſſeſſione cæpiſſe, (& Nerua filius ait) eiuſque rei veſtigium remanere in ÿs, quæ terra, mari, cæloque capiuntur, nàm hac protinus eorum fieri, qui primi poſſeſſionem apprehenderint.*)

4 (Iure gentium, quæ introducta ſint, & cōmercia omnia eiuſdem iuris eſſe explic.)

5 (Poſſeſſio iuris gētiū modus præcipuus acquirēdi dominiū, & retinēdi eſt, ſicuti, & alij iuris gentium contractus.) D

i *Vlp. vid. in l. manumiſſiones 4. PP. de iuſt. et iur.*

k *Hermogen. vid. in l. ex hoc iure 5. PP. de iuſt. et iur. iuncto Paulo I. C. vid. in l. 1. PP. locati, in l. 1. §. eſt autem emptio PP. de contrahend. emp. et in l. 7. in princ. PP. de pactis.*

l *Paul. vid. in l. 1. PP. de acquirend. poſſeſſ.*

Communis omnibus gentibus ſecundùm ipſius rationis naturalis dictamen, modus iſte dominij acquirendi, & retinendi,

di,

Digitized by Google

di, poſſeſſio, vt facilior commodior, & ſuauior in ciuili rerum vſu ſocietatis commercio locum habuit, quemadmodum, & alij iuris gentium contractus, tùm qui conſenſu perficiuntur, tùm etiam, qui re contrahuntur, ſimilitèr etiã alij modi rerum dominia acquirendi, vt per capturam, per alluuionem, per commixtionem & confuſionem, & alij innumeri introducti hoc gentium iure ſunt, de quibus in *titulis de rerum diuiſione* videndum eſt; Qui cùm naturalem omnibus gentibus rationem communem habeant, dùm ex eodem iure rerum diſtinctio ad ſocietatem humanam tuendam introducta eſt, quæ alioqui propter diſcordias, quas materia communionis excitare ſolet, ſtare proculdubio non poſſet, cùm nequeant res diſtingui, nisi ex commerciorum ſuppoſitione, & cõtractuũ, per quos fieret, vt cuiuſque rei dominium à Domino in non dominum tranſiret; Nã (& ſi quã plurimi contractus ſint, ex quibus dominium non transfertur, imò nec quidem vera poſſeſſio, licet conſenſu, aut re perficiantur, vt locatio, pignus, depoſitum, commodatum, & ſimilia, non ex hoc tamen, iuris gentium dicenda non veniunt, & ob ipſam dominiorum diſtinctionem ſimiliter introducta, vt ex *Paulo* probatum per eruditum *Antonium Fabrum* fertur *m*.

B

6 (Contractus, quibus dominium, nec poſſeſſio traditur, iuris gentiũ quoq; ſunt, & rerum diſtinctionis cauſa quoque introducti,)

*m Paul. vid. in l. 7. PP. de pactis, Ant. Faber. in iur. prud. Pap. ſcient. tit. 2. de iur. nat. gent. et ciuil. princ. 4. illation. 2.*

## VISIO SECVNDA.

C

PRætereà iure gentium varia iura circa diſcretas res, atque perſonas introducta ſunt, quibus partim generaliter omnes gentes vtuntur, partim verò præter illud gentium commune ius, ſpecialioribus, & proprijs in quibuſdam iuribus conueniunt.

## ELVCIDATIO.

D

1 (Iuris gentium, & ciuilis deſcriptio.) OMnes Populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur, vt verba *Caij I. C.* conſonant *a*; (Qua enim quiſque populus communi ſanctione naturali ex ratione conſtituta vtitur, ius omnium gentium vocatur, quaſi quo iure omnes gentes generaliter vtantur, quod verò vnuſquiſque Populus ipſe ſibi ius dicit, atq; conſtituit, id ipſius proprium Ciuitatis eſt, vocaturque ius ciuile, quaſi ius proprium ipſius Ciuitatis, (quod quidem, vel vt ius ſcriptum, vel vti non ſcriptum, ſeù conſuetudo, quæ Populi ſolo ſuffragio inducitur, ſortiri poteſt, ſcriptum ius, quod ſola legiſlatoris iuris dicendi ex poteſtate dependet, non ſcriptum eſt, diuturna conſuetudo pro iure, & lege in ijs,

2 (Iuris non ſcripti diſplicatio, & authoritas.)

*a Caius lib. 1. inſtit. not. in l. omnes populi 9. PP. de iuſt. et iur.*

quæ ex non ſcripto deſcendunt obſeruanda, vt *Vlpianus* reſpondit *b*, quæ quidem *cùm inueterata eſt, non immeritò prò lege cuſtoditur, & hoc eſt ius, quod dicitur moribus conſtitutum, nàm cùm ipſæ leges nulla alia ex cauſa nos teneant, quàm quod iudicio populi receptæ ſunt, meritò, & ea quæ ſine vllo ſcripto populus probauit, tenebunt omnes; nàm quid intereſt ſuffragio in ſcriptis populus voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, & factis; Quarè rectiſſimè etiam illud receptum eſt, vt leges non ſolùm ſuffragio legislatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur*; vt prolocutus *Iulianus* fuit *c*.

b *Vlp.vid.in l.diuturna 32.PP.de leg.et Senat.*

c *Iulian.lib.84.digeſtorũ vid.in l.de quib. 31. PP.de legibus,iũct.alijs Conſult. conſuetudinis inueteratæ ius vno voto approbantibus videndi in l. cum de conſuetudine 33. in l.ſed et ea 34. in l.imò 35.in l.ſi de interpretatione 36.in leg. nã Imperator 37. in l. quod nõ ratione 38. cit. tit.de leg. vltra Imper. Iuſtin.dicta in lib.1.element. iur. §. conſtat.de iur.nat. gent.et ciu. tit. 2.*

B

## VISIO TERTIA.

IVra, inter quæ à gentibus circà diſcretas res ſpecialiter introducta ſunt, feudorum conſuetudines conueniunt, quæ quidem ex gentium vſu originem habent, feudorum tamen originem, vt verè primam cauſam introducentem, remotam tamen gentibus Germanicis adſcribimus, ſimilitudinariã originem Romanis, proximam verò in Italiam feuda primò ferentem cauſam, Longobardis tribuendam eſſe tuemur. C

## ELVCIDATIO.

1 (Principiũ rerum,potiſſima pars eſt.)

ET certè quidem (potiſſima pars principium eſt, & inconueniens eſt,omiſſis initijs, atque origine non repetita, illotis quaſi manibus protinus materiam interpretationis peragere, ſecundùm *Ictum Caium a*; Feudorum,itàq; origo qualiter à gentibus, & à quibus gentibus repetenda veniat producere priùs (vt *Caij* dicta methodicam rationem ſectandi circa aſſequar) cum aggrediar.

a *Caius vid.in l.1.PP. de origin iur.*

2 (Feudorũ originem circà,neminem DD. eſse qui firmiter dixerit.)

Varia varios hanc rem circa dixiſſe, (certum eſt, atque neminem eſſe ſcriptorum, qui firmè, atque veritatis lumine ſocio circà feudorum originem dixerit,*Sueuus* atteſtatur *b*. Idcircò equidem,nè in variarum Feudiſtarum opinionum, circà hanc rem oceano naufrager,methodicè aliquas proponere Feudiſtarum opiniones, atque ſententias volui, vt illis enucleatis, valeam tandem medullitùs huiſce rei, quantum mei ingenij virium ius eſt, libare veritatem; Vndè. D

b *Sueuus in exerc.feud. p.aſſert.1.*

3 (Feudorũ origo Romanis attribuitur, vt puta clientelis, & libertis)

Prima ſententia fuit (feudorum originem à Romanis primordium non ab re iactare poſſe, nàm illa, quæ iure noſtro prodita de hominibus ſunt, ea omnia ad Vaſallos, atque dominos propriè referri poſſunt: hominum inquam

Digitized by Google

A quàm mentionem, primò facit *Paulus* I. C. *c*, cum de illis, qui militibus Imperij limina cuſtodientibus præerant liminarchæ, & ſtationarij dicti orationem conſtruit, ſecundò cùm Imperatores de hominibus quoque nonnulla pronunciant *d*.

Iſti quidem hanc originem Romanis attribuentes fuerunt *Zaſius*, *Budeus*, *Hannetonius*, *Knichen*, *Hattylerius*, & alij *e*, dicentes, cum ex eis, quæ de hominibus iure Romanorũ lata fuerint, fluant clientelæ, non immeritò adaptari vaſallis dicta iura poſſe, cùm vaſalli clientis loco ſint, quemadmodum, ex eo, quòd domini, Patroni loco, & vaſalli libertorum iura, officia, & obſequia ergà Dominos, atque Patronos exercere videantur, indè quæ de

B libertis, atque Patronis iure ciuili edita ſunt, vaſallis quoque conuenire ſcribunt.

Horum tamen ſententiam reprobant, *Sonsbecius*, *Hotomanus*, *peritiſſimus* Iacobus *Cuiacius*, *Vveſenbec.*, *Borch.*, *Taurell. Duaren.* & alij relati ab *Hermanno Vulteio f*.

Secunda ſententia fuit, à principio Mundi, ſcilicet à prima Regnorum diuiſione, feuda in lucem edita fuiſſe.

4 ( Feuda à mundi primordio originem habuiſſe. )

Cuius ſententiæ ( fuerunt *Ioannes Niell.*, *Ioannes Henricus Linch. Ioannes Gedd.* recenſiti ab *Harprecto g*.

Tertia ſententia ( feudorum originem militijs, quæ apud Romanos erant attribuit, de quibus *Iuſtin. h* loquitur, quæ olim dicebantur officia illorum, qui in ſchola inter ſtatutos relati erant, vnde eis ſalaria à Principe aſſignabantur.

5 ( Feudorũ originem Romanorum militijs attribuunt. )

C Cuius opinionis argumentum tuentur *Andreas de Iſernia*, *Afflictus*, *Connan.*, *Haloander*, *Curtius Iunior*, *Seyſel*, & *alij i*; ex his tamen *Andreas de Iſern.*, & ſi dictam opinionem cùm *Afflicto* affirmet k, non tamen dicit feuda apud Romanos militiæ medio fuiſſe cognita: cum hoc contra cõmunem ſentẽtiam ſit, feuda enim incognita apud Romanos fuerunt, vt de communi teſtatur *Aluarot. l*, quod quidem ſecundùm *Iulij Clari* expoſitionem, ob communis ſententiæ irrefragabilitatem, modicam recipit difficultatẽ. *m* habuiſſe tamẽ militiæ iura, feudis aliquã ſimilitudinis coherentiã dicimus, quæ à nobis dignoſcitur, quia Romanorum iura militaria, ex libris PP. & feuda conſuetudinibus

D medijs agnoſcimus, ſicque ſimile, & aſſimilatum intelligimus; Militijs tamen feudum non idem eſſe, ex eò, quod ſimiles feudis ſint, dùm certum eſt apud Philoſophos, ſimile idem non eſſe cum aſſimilato, vt animaduertunt *Imper. n*, quemadmodum vſus feudorum quandam ſeruitu-tis

c *Paul. lib. I. ſẽt. vid. in l. liminarchæ 5. PP. de aleatoribus.*

d *Imp. vid. in l. 2. C. de Epiſcopis, et Clericis, in l. 1. Cod. de commerc. et merc. in l. vnic. Cod. de conduct. et procur. præd. fiſc. lib. 11. in l. 4. Cod. de dignit. lib. 12. et in l. 1. et tot tit. C. de agris limitrophis lib. 11.*

e *Zaſius in epit. feud. par. 1. numer. 1. poſt Budeum in l. Herennius PP. de euict. Hanneton. lib. 1. de feudis, cap. 2. Knichen. recent. polit. perveſtig. de Rom. Imp. auctoritat. n. 794. Hattyler. dicens de hoc dubium non eſſe in analyſ. iur. feud. cap. 1. lit. A.*

f *Sonsbec. p. 1. nu. 31. Hotom. in diſp. feud. c. 2. in princ. perdoctiſſimus Iac. Cuiac. in prin. cõment. de feud. in verſ. ſeparo Vaſallos, et in eruditis libris obſeruat. 14. lib. 8. Vveſenbec. Borch. Taurell. Duaren., et alii relat. ab Hermãno Vulteio 1. de feud. c. 1. n. 11. iunct. Georg. Adam. in ſyntag. iur. feud. cap. 1. aphor. 3. verſ. 8.*

g *Io: Niell. diſp 1. de feud. theſ. 1. Io. Henr. Linch. in tract. feud. th. 1. Harprect. in add. ad Clar. lib. 4. ſent. § feud. qu. 1. nu. 2.*

h *Iuſt. in Nouel. 53. et 97.*

i *Iſer. in prælud. feud. et Affl. in prælud. feud. Connan. lib. 2. commẽt. cap. 9. n. 5. Haloander. in Nouel. 53. et 97. Curtius Iun. de feu. p. 2. diſp. 3. circa med. Claud. Seyſel. in ſpec. f. ver. 3. princ.*

k *Iſer. in prælud. feud. q. 4. num. 41. et 43. Afflict. etiam in prælud. q. 3. num. 2.*

l *Aluarot. in prælud. feud. qu. 7. et in c. 1. n. 3. de contentione inter dominum, et vaſallum.*

m *Iulius Clar. in § feud. quæſt. 1.*

n *Imper. vid. in l. non poſſunt, Cod. de leg. et in l. ad ſimilitudinem, C. de Epiſc. et Clericis, idemq; probauit Bald. in l. quod Nerua columm. 1. in fine verſ. oppon. nullũ ſimile PP. depoſiti, et idem affirmauit Bal. in l. meminimus in verſ. noto, §. cum igitur, C. legit. hæred. et Franc. Aretin. idem comprobans, in l. à liberis de vulgari, et pupillari, et in l. non conuenit, Cod. de inofficioſis donat.*

Digitized by Google

tis ſpeciem inducit, non ſolùm rerum, verùm etiam perſonarum, & ſingulis perſonis iuriſdictionem tribuit, quæ iure Romanorum apud Principem, vel Magiſtratum tantũ, non in alijs eſſe debet, vt *Paulus* reſpondit *o*, nec quia feudis ſimilis militia eſt, idem in militia locũ habeat, vt *Bald. Crauet. & Grat.* probant *p*. A

Quarta ſententia fuit (ab *Alex. Seuero, & Conſtant. Magn.* feudorum initia cœpiſſe, quorum ille limitaneis Ducibus, & militibus Imperij limites tuentibus agros ab hoſtibus captos donauit, ità, vt non niſi ad hæredem militantem deuenirent, vt *Lampridius in Alex.* teſtatur; Hìc verò poſt à ad hæredem etiam paganum, vt tranſiret permiſit, vt *Pomponius Letus* ſcribit *q*, quorum quidem fundorum mentio in iure Romano fit per *Imperatores r*, & *Iuriſconſultum ſ*. B

Doctores hanc ſententiam probantes fuerunt *Lucas à Penna, Lælius Taurellus, Sonsbecius*, & alij *t*, quibus quidem feudorum primordia prædijs ſtipendarijs, & tributarijs agris militibus aſſignatis (quorum fit mentio in *I. C. v*) attribuentibus, adſtipulantur, *Viglius Zuichemus, Pancirolus*, & alij ab *Hermanno Vulteio* relati *x*.

Similitèr, (& alij quintam aliam ſententiam probarunt, cùm feudorum originem colonijs iuris Romanorum adſcribant, de quibus citatus *Harprectus* adeundus *z*.

Septima (ſententia quoque fuit, aliquam ſimilem feudis conſuetudinem apud Romanos fuiſſe, illamque ad alios populos tempus diuertiſſe, cuius ſententiæ ſunt *Curtius Iunior, Freccia*, & alij *a*. C

Octaua ad ſolidarios, & deuotos Gallorum quidam originem feudorum retulerunt, inter quos fuerunt *Lucas à Penna, Marinus Freccia, Connanus*, & alij *b*.

Reprobant tamen hanc ſententiam *Duarenus, Hotomanus, Cuiacius*, & alij *c*, licet à *Gloſſa Pariſienſi* approbetur *d*.

Nona ſententia (feudorum originem à ſeruis repetit, qui noſtro iure homines dicuntur, vt *Cuiacius* ſcribit, quem ſequuntur *Borch.*, & alij relati ab *Hermanno Vulteio e*.

Decima ſententia (fertur, à Gallis originem feuda habuiſſe, cuius eſt *Connanus f*, nempè ab illorum *Solturis*, quem impugnat *Georg. Adam. g*.

Vndecima (nec Romanis, neque Longobardis feudorum originem attribuit, inter quos eſt *Ferrarius Montanus*, & alij, de quibus videndus eſt *Hermannus Vulteius* citatus *h*. D

Quarum (omnium, aliarumque ſententiarum ab opinionibus

o *Paulus vid. in l. non eſt ſingulis 137. PP. de reg. iur.*

p *Bald. in c. quę in Eccleſ. n. 21. in fin. de cõſt. Crau. conſ. 241. nu. 15. Grat. cõſ. 9. n. 151. li. 1.*

q *Pompon. Let. Rom. hiſtor. lib. 2. in Conſtant.*

r *Imperat. in l. 2. §. 8. et ſeq. Cod. de offic. Præfect. prætor. Afric. in l. 2 C. de fundis limitrophis.*

ſ *I. C. in l. ager. PP. de verb. ſignific.*

t *Lucas à Penna in l. 2. Cod. de omni agro deſerto lib. 11. Lęlius Taur. de milit. Sonsbecius in comment. ad vſ. feudor. p. 1. n. 34. et à fundis patrimonialibus Romanor. dixit Io: And. de Georg. in rep. f. c. p. nu. 1. et 2. et à Conrad. Imp. Matt. de Afflict., quem reprobat Freccia de ſubf. l. 1. fol. mihi 9. n. 81.*

v *I. C. in l. 15. §. 2. et in l. 11. de euict.*

x *Vigl. Zuich. ad rub. 1. de milit. teſt. Pancirol. in notitia Imperij Orientalis capit. 139. et idem Lucas à Penna in l. 1. Cod. de petit bonor. ſublator. Hermãn. Vul. de feud. lib. 1. c. 1. n. 11. iuncto Harprecto ad Clarum in d. §. feu. d. q. 1. nu. 4.*

z *Harprect. ibid. cit. n. 9*

a *Curtius Iun. in princ. feud. circa finem, Frecc. de ſubfeud. lib. 1. in princ. poſt num. 54.*

b *Lucas de Penna in l. 1. C. de petit. bonor. ſublatorum lib. 10. Marinus Freccia lib. 1. ſubfeud. num. 22. Connanus lib. 2. commentar. cap. 9. num. 5.*

c *Duarenus cap. 3. num. 3. de feud. Hotoman. in diſp. ſua feud. cap. 2. in princ. Cuiacius d. obſeru. 14.*

d *Gloſ. Pariſienſ. tit. 1. in princ num. 12. et poſt num. 32.*

e *Cuiac. in princ. commentar. ad vſus feudor., et in dicta obſeru. 14. Borch. relatus ab Hermanno ibidem, quo ſupra cit.*

f *Connanus lib. 2. iur. ciuil. cap. 9. num. 6.*

g *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 1. aphoriſm. 3. verſ. 8. circà medium.*

h *Hermann. Vult. ibidem cit. num. 13 allegans Montanum lit. I. de feudis cap. 1. et alios.*

6 (Feuda ab Alex. Seuero, & Cõſt. Magn. introducta fuiſse traditur.)

7 (Feudorũ originem Colonijs iuris Romani adſcriptam.)

8 (Feuda à Romanis ad alios populos communicata fuiſse ſimplicitèr quidam aſſerunt.)

9 (Feudorũ origo ad ſolidarios, & deuotos Gallorum adſcribitur.)

10 (Feuda à ſeruis repetuntur.)

11 (Similitèr feudorum origo, Gallis attribuitur.)

12 (Feudorũ originem, neque Romanis, neque Longobardis adſcribendam eſse expl.)

A 13 bus diſcedendo, vt ſunt *& alij* illi, qui ab origine mundi feuda fuiſſe dicunt, quos refutat *Balzaranus* i.

(Conciliantur opiniones omnes DD. inter ſe, circa feudorum originem contrariæ, & ex Authoris ſententia, qualiter Romanis, qualiter Germanis, & qualiter Longobardis attribuenda illa ſit, diſplicatur.)

Sicuti, & ab illis, qui ad Procuratores, Actores, Cuſtodes, Emphyteuticarios, quorum ſermonem faciunt *Imperatores*, feudorum originem referunt k.

Mea tandē ſentētia eſt, feuda & iure Romanorū ſimilitudinariè cognita fuiſſe, & à Germanis introducta, & à Lōgobardis originem iactari, quæ quidem hac diſtinctione elucidatur; Vel enim cùm de feudorum origine quærimus, de ſimilitudinaria origine remota loquimur, & iſto in caſu, certum eſt apud Romanos feuda cognita fuiſſe, per agros ſcilicet limitrophos, per Cuſtodes, Procuratores, Clientelas, Emphyteuſim, libertos, & Præcarios poſſeſſores, ſicque intelligas Doctores omnes, dicentes à Romanis feuda originem trahere, B ſcilicèt quominus feuda, & Vaſalli aliquam ſimilitudinem certis cum rebus, atque perſonis, quæ à Romanis cognitæ fuerunt, habeant, & iſto ſermone iure Romanorum cognita feuda, & Vaſalli ab errore dicenda veniunt; Vel cùm de feudorum origine controuerſia eſt, loquimur de cauſa vera, & primaria ſimpliciter introducēte remota, & nullibi dubium erit feudorū initia Germanis adſcribenda eſſe, & ità intelligas DD. Feudiſtas omnes, dicentes à Germanis feudorum originem repetendam eſſe, vt fuerunt *Gothofrid.*, *Sueuus*, *Georg. Adam.*, & alij ab ipſis relati l, hoc quidem pluribus rationibus comprobantes, dicentes iſtos Germanos varijs in Terris ab ipſiſmet occupatis, fuiſſe, ipſis mediantibus, feuda C vſu recepta, vt *Grotius* atteſtatur m, ſic Francis, ex Germanico Populo in Gallia introducta, idem *Adamus* dicit; Vnde in locis, vbi Germani aditum non habuerunt, vt in Hiſpania, feuda nō inueniebātur, vt docet *Arius Pinellus* n, quod intelligas tamen antea, quā Longobardi ibidem aditum habuiſſent, cùm deindè, vt in Italia, feuda per Longobardos introducta inibi fuerint, vnde in Hiſpania quoq; feuda vſum habuerunt, & ità intelligas *Ludouicū Molinā* rectè dicentem in Hiſpania feuda, ex Germanis non haberi; quem recenſet, & ſequitur *Georg. Adamus* cit o, quemadmodum, & ex Longobardis apud Japponenſes etiam nihil eſt tàm frequentius ad præſens, ac feuda; Similitèr vel quando D de feudorum origine quærimus, de origine proxima intelligimus, ſcilicet per quos apud nos, nempè in Italia feuda tradita ſint, & certum eſt, quod feudorum origo iſto ſenſu Longobardis adſcribi debet, cum ſcilicet in Italiam illi aditum habuerint, quiquidem Longobardi, Germani, Saxoneſque fuerunt, circà *annum Chriſti Domini noſtri 568.* imperante *Iuſtino Secundo*, cumque Italiam inuaſiſſent, & in ea parte Italiæ, quæ adhuc hodiè Longobardia vocatur, ſedem ſibi conſtituiſſent, iure feudorum, vt in patria ſua vſi fuiſſent, & ſic intelligas communem opinionem dicentem à Longobardis

i *Balzar. de feu. tit. 14. ad rubricam num. 2.*

k *Imperatores in l. 2. Cod. de Epiſcopis, et Clericis in l. 1. C. de commercijs, et mercatoribus in l. vnic. C. de conduct. et proc. præd. fiſc. lib. 11. in l. 4. C. de dignitatib. lib. 12. Cuiacius lib. 8. obſeru. 14. Hattylerius in analyſ. iur. feud. cap. 1.*

l *Sueuus in exercit. feud. 1. de origine, et authoritate iur. feud. aſſer. 1. Adam in ſyntag. iuris feudorum, cap. 1. aphoriſm. 3. num. 2.*

m *Grot. Hiſtor. Gothor. Vandalor. et Longob. proleg. par. 64.*

n *Arius Pinell. in l. 1. C. de bon. mat. par. 3. n. 64. Ludouicus Molina de iuſt. et iur. tract. 2. diſp. 10. num. 9. et diſp. 485. num. 3.*

o *Georg. Adam. ibid. cit. aphoriſm. 3. num. 2.*

Digitized by Google

bardis feuda originem habuiſſe, nempè intelligas *Iulium Clarum*, *Vveſenbecium*, *Iacchin*. *Rudingerium*, *Bocer*. *Vulteium*, & *Sueuum p*; Et cùm aliqui dixerint nonnullos alios populos feuda habere, intelligas, non quod illi feuda introduxerint, ſed quod per traditionem feuda habuerint, vt ſunt Gothi, Vandali, Alemanni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicæ, quæ partes optimas Imperij Romani bello occuparunt, quas refert *Hugo Grotius q*. A

Reprobabis tamen illos ab iſtis regionibus relatis, ſicuti, & à *Sueuis*, *Baioarijs*, & præcipuè *Saxonibus* infeudandi conſuetudinem originem traxiſſe arbitrantes, vt ſunt *dam. mem. Petrus Heigius r*, & alij; Quod verò per DD. dicitur feuda originem à Longobardis habuiſſe, ſemper ſecundùm noſtræ propoſitæ diſtinctionis ſenſum intelligendo, ità probatur. B

In iure namque feudali frequentiſſima Longobardicarum legum, ex quibus conſuetudines feudales ſcriptæ ſunt mentio fit, vt in feudalium conſuetudinum Codice videre eſt *ſ*; tùm quia in ipſis legibus Longobardicis totus extat titulus de beneficijs, & terris tributarijs, tùm etiam quia pleraque vocabula in vſibus feudorum ex idiomate Longobardico desũpta ſunt, vt *Hotomanus* recẽſet, & *Schultz*. dicit, & hoſce Longobardorum mores, ex conſuetudinibus tàm Mediolanenſium, quàm aliorum populorum moribus, nec nõ Imperatorũ *Conradi*, *Henrici Lotharij*. *Friderici*, & aliorũ cõſtitutionibus locupletatos, & auctos fuiſſe liquet. C

p *Iul. Clar. lib. 4. ſent. § feudum d. qu. 1. Obrecht. in tract. feud. cap. 2. n. 21. et ſeq. Vveſenbec. de feud. in proœm. nu. 1. et cap. 3. num. 2. Iacchin. lib. 7. controu. iur. c. 1. verſ. 5. ex Longobardis, & verſ. poſtremam ſent. Rudinger. in method. iur. feu. lib. 1. c. 1. numer. 15. & ſeq., & controuerſ. feu. lib. 1. c. 1. n. 14. & ſeq. Bocerus Claße 5. diſp. 12. tom. 3. Vulteius de feud. lib. 1. cap. 1. num. 14. Sueuus exercit. feu. 1. aſſert. 1. & alii.*

q *Hug. Grot. de iur. bel. & pacis lib. 2. cap. 7. n. 21. Giphan. tract. de iur. feud. cap. 2. num. 1.*

r *Petrus Heigius p. 1. qu. 1. num. 31. & ſeq. Ritterſh. 1 feud. 1. q. 2. & 3. quos recenſet, & refutat Georg. Schultz. in ſynopſ. iur. feud. cap. 1. num. 7.*

ſ *Feudales conſuetudines vid. in c. vnico ſub fine de content. inter Dominum, et fidelem in cap. vnico ſub fine de feud. cognitione, in cap. 1. § non eſt ſub fine de alienat. partis feud. in cap. 1. verſ. verbi gratia de cap. Conradi in c. 1. § quod autem, & ſeq. de notis feudorum.*

t *Hotomanus in diſput. feud. cap. 3. Schultzen. vbi ſupra cit. num. 7. et num. 8.*

## DE IVRIS FEVDALIS Compilatione, & authoritate.

## Rub. 2.

### VISIO QVARTA.

FEudis igitur Germanicis à gentibus editis, feudorum leges quoque, vti gentium moribus D potiſſimum determinatæ iniuere; quibus omnibus, Longobardica iura, feudorum conſuetudines vocitata, à *Gerhardo Nigro*, ſeù *Capagiſto*, & *Oberto de Orto* conſcripta, præſunt, quibus omnes Imperio Romano ſubditi tenentur, ex conſtitutionibus quibuſdam Imperatorum, quorundam quoq; Pontificũ sãctionibus cõfirmata, ſimiliter & aliorũ locorum conſuetudines, quas quiſque Populus vſus lon-

longæui ſuffragio ſibi obſeruandas inducit, feudorum iura conſtruunt; in hac tamen noſtra regione vtriuſque Siciliæ omnibus iſtis, Regni conſtitutiones, ſiuè frãcorum iura, atq; Regum capitula eminent, ſimilitèr, & gratiæ Regis noſtri Auſtriaci legis vim in feudis omnibus obtinentes, pro ſanctionibus hoc in Regno cuſtodiri iure aſſueuerãdũ eſt.

## ELVCIDATIO.

1 (Conſuetudines feudorum moribus ex antiquis, cùm in Germania feuda introducta fuerint, exactas fuiſſe, ſicuti ex iure Longobardico deductas Cuiac. repetit.)

B Introductis namque feudis in Germania, & paulatim vſu iura augeri neceſſe fuit, quibus feudorum natura determinaretur, atque ex feudis, quæ controuerſiæ enatæ obuenirent, deciderentur: & iſtas quidem leges conſuetudines dicere diuerſos apud mores, diuerſaſque apud gentes ex antiquis legibus excerptas fas erit, quod quidem ex iure Longobardico quoque patet, vt doctiſſimus *Cuiacius* docet *a*; & ex illis moribus conſuetudines præcipuè Longobardicæ litteris conſignatæ ſunt; (Et earũ in genere compilatio ſpectata, duobus, ſecundùm nimirum vulgarem lecturam, vel quatuor, iuxtà peritiſſimi *Cuiacij*, & aliorum eruditorum partitionem, libris conſtans, nulli tamen certo auctori adſcribi poteſt, ſed à priuato quodam tempore *Friderici Primi* eſſe dicendum, illaſque ex variorum prudentum, & proprijs quoque obſeruationibus, ac annotationibus collectas, reproductaſque in lucem fuiſſe, ſecundùm eruditiſſimi *Duareni*, aliorumque ſententiam *b*.

a *Cuiacius in lib. 1. feud. pr.*

2 (Conſuetudines feudales, quot ex libris conſtent; tùm ſecundùm vulgatam lecturam; tũ etiam Cuiacij, & quatenus Friderici Primi tempore conſuetudines iſtæ varijs ex prudentum obſeruationibus recollectæ fuerint.)

C Conſcriptæ (autem feudorum conſuetudines à *Gerh. Nig.*, & *Oberto de Orto*, ſunt; quorum vterque quidem ſapiẽs appellatur, vt in conſuetudinum feudalium cõpilatione legitur, *c*, ſimilitèr vterque Mediolanenſis conſul fuit, ſecundùm atteſtata per *Othonem Friſingenſem d* tempore, quo *Fridericus Primus* dominabatur, ſicque illa, quæ Mediolanenſi in Metropoli vſum, atque alijs Longobardiæ locis obtinuere, præ alijs obſeruarunt; & quidem librum ſecundum à tit. 1. vſque ad titulum 25., vel, vt probabilius eſſe, omni ſcientia perdoctus *Cuiacius* animaduertit totum librum ſecundum, & tertium, ex *Oberti Libellis* ad filium fortè deſumptum eſſe, cùm in dicto titulo 25. legamus: *Obertus de Orto Anſelmo filio ſalutem, &c.*, librum

D autem primum, idem *Cuiacius* docet *e*; à *Gerhardo Nigro* conſcriptum, vel ex eius ſcriptis à compilatore traditum, nullo argumento, nec firma coniectura dilucidari poſſe, cùm & ipſe *Cuiacius f*, vel eius iuxta partitionem, totum librum quartum, de certo Authore non cõſtare, imò ex varijs, & incertis authoribus collectũ eſſe dicat, ità quoque librum primum ex *Gerhardi*, & aliorũ

b *Duaren. feud. cap. 1 nu. 4. Hotomanus com. feud. præfat. Arthur. Duck. de vſu, et author. iur. ciu. Rom. lib. 1. cap. 6.*

c *Conſuet. feud. compil. vid. in cap. vnico verſ. reſpondeo, ſi de feud. vaſall. ab aliquo interpellatus fuerit.*

d *Otho Friſingenſis de de reb. geſtis Friderici.*

e *Cuiac. lib. 1. feud. pr. Giphanus diſput. feud. 2. nu. 39. et 42.*

f *Cuiac. lib. 2. feu. à tit. 25. vſq; ad finem.*

3 (Conſuetudinum feudalium Gerhardo Nigro, ſeu Capagi-

ſcriptis compilatum fuiſſe, exindè ſtatuendum erit, hinc fortaſſe progreſſu temporis, alia quoque ab alijs huic libro adiecta fuiſſe, vt in conſuetudinum feudalium compilatione legitur *g*, nàm quod & ipſius *Oberti* ſententia reijciatur, non vt authoris, ſed vt tertij cuiuſdam, patet, vt apud *conſuetud. feud.* legere eſt *h*.

*Gerbardũ* (inquam *Nigrũ* iure feudali *Capagiſtũ* vocatum, cuius domum à Mediolanenſibus dirutam fuiſſe fertur, quòd rebellionem aduerſus Imperatorem, quæ malè ceſſerat, ſuaſiſſet, vt *Hartm. Piſt.* atteſtatur *i*, & *Obertum de Orto*, accuratiùs compilatores indagare voluit *Illuſtriſs. Cuiacius*, ità quòd primi feudorum libri, vt dixi, *Gerbardum*, ſecundi verò, & tertij *Obertum de Orto* authores fuiſſe ſcribat k, dicens eiuſdem Ciuitatis fuiſſe *Gerhardum Nigrum, ſeù Capagiſtum, & Obertum de Orto*, tùm quòd in primo libro quædã *Gerhardi* ſentẽtiæ referãtur, vt *Sueuus* probat *l*; tùm quòd *Obertus de Orto* librum ſecundum, & tertium filio ſuo *Anſelmo* inſcribat, à quo librum tertium, *Cuiacius* incipit; verùm quia *Gerhardi*, & *Oberti* authoritas ſæpè in iure feudali allegatur, & quidem coniunctim addito elogio (*Sapientum noſtræ Ciuitatis*) qui reiecta interdum alterius ſententia probabile eſſe non dicit, illos ipſos compilationis huius authores extitiſſe, & ſemetipſos allegaſſe, refutaſſe, laudaſſe, niſi & *ICtos* illos, quorum authoritas in PP. refertur eorundem compilatores dicere velis, coniecturas *Cuiacij* per quam fragiles diluit *Hunnus m*, ex quibus idem *Sueuus* citatus dicit, veriùs eſſe ex his, ab authoribus incertis hanc farraginem ex *Gerhardi, & Oberti* tùm primis, tùm etiam aliorum libris, & conſuetudinibus in Italia vigentibus, & quorundam Imperatorum conſtitutionibus inſtauratam fuiſſe, vt *Duarenus*, & alij idem affirmant *n*, vt ſcilicet memoria earum conſuetudinum expeditior eſſet, quod etiã *Ferrar.* & alij exiſtimarunt *o*, præſertìm quòd eſſent variè, & ſæpè numero inter ſe contrariæ; Rectè tamen ab *Vgolino* compilatas fuiſſe, & in poſteriore iuris ciuilis parte collocatas, *Io: Andr. de Georg.* ſcribit *p*.

Cũq; igitur (quęras, an legis ſaltim dictę cõſuetudines vim obtineãt, affirmatiuè dicas, *quoniã inualuerũt*, *Cõſuetudo, quæ inualuit: quæ Iudicio populi recepta*, vt I. C. ille reſpõdit *q*, *quæ frequẽter in eodẽ cõtrouerſiarũ genere ſeruatur*, vt *Imperator* proloquitur *r*, *& antiquitùs probata, ideſt per multos annos* ſecundùm I. C. dicta *ſ*, *vſu longæuo*, vt *Imperator* inquit *t*, *& diuturno*, vt I. C. ait *v*, *pro lege nõ immeritò cuſtoditur, & l. ſeruatur, legis vim obtinet* ſecundũ I. C. reſcripta *x*, *atq; adeò legem quoq; vincit*, vt *Iulianus* dixit *z*, & apud *conſuetud. feud.* legitur *z*

Quibus ità firmiter elucidatis, haud quidem refragari videtur, ſi quis dicat, conſuetudinis, vſuſque longæui tantam

vim

A ſto, & Oberto de Orto, vtrique ſapiẽti, & Mediolanenſi conſuli, Friderico Primo imperante qualiter compilatio adſcribatur, ſicque libri dictarum conſuetudinum, iuxta diuiſionem ex dictis libris habitã, dictis authoribus attribuuntur.)

B

4 (Gerhardi domum à Mediolanenſibus ob rebellionem in Imperatorem patratam, dirutam fuiſſe.

C

5 (Conſuetudines feudal. à Gerhardo, & Oberto cõpilatæ? nũ legis vim obtineant, & qualiter iura non ſcripta dicantur eſto, quod in ſcriptis redactæ ſint.)

D

g *Conſuetud. feud. compil. in c. 1. verſ. alii verò dicunt de feud. fem. in c. 1. verſ. Conſules, et in §. 2. verſ. ſecundùm alios, de conſuet. recti feudi in c. 1. de lege Cõradi, in c. 1. an mutus, vel alius imperfectus verſ. quidam in cap. 1. an agnatus, vel filius defuncti poſſit feudũ retinere verſ. alii non.*

h *Conſuet. feu. in c. 1. de feud. fem. in cap. 1. qui teſt. ſint. nec. & in c. 1. an mutus, vel ſurdus.*

i *Hartm. Piſt. lib. 2. qu. 36. num. 17.*

K *Cuiac. in præfat. ad lib. feudor.*

l *Sueuus in exerc. iur. feud. prima aſſert. 2.*

m *Hunnus in tract. feud. cap. 2.*

n *Duaren. in cap. 1. de feud., & antè illum Bald. in prælud. feud. n. 3. Affl. n. 10. Iſern. nu. 17. Præpoſitus num. 6. & 7. Mozz. de orig. feud. nu. 32. Schneid. de feud. par. 1. n. 1. in quo omnes interpretes conſentire dicit Borch. de feud. cap. 2. num. 28.*

o *Ferrar. pr. de feud. & Vveſenbec. in proœm. feud. nu. 2.*

p *Io: Andr. de Geor. in rep. feud. c. 1. nu. 4. et 5.*

q *I. C. in d. l. 32. PP. de legibus.*

r *Imp. vid. in l. 1. C. de legibus.*

ſ *I. C. vid. in l. 35. PP. de legibus.*

t *Imp. vid. in l. 2. C. de legibus.*

v *I. C. vid. in l. 33. PP. de legibus.*

x *I. C. vid. in l. 37. PP. de legib.*

z *Iulian. vid. in l. de quib. 31. PP. de legib.*

z *Conſuet. vid. in cap. 1. de feudi cognit.*

Digitized by Google

vim non eſſe, vt legem vincat ex determinatis per *Imperatorem a*.

Nàm hoc intelligendum eſt de conſuetudine illa, quæ non dum inualuit, quę ſcilicèt nõ dũ penitùs inoleuit, quæ non dum omnium conſenſu recepta, inueterata, vſu cõfirmata, ratione comprobata, atque determinata fuit, ſecundùm I. C. dicta *b*, quæ *parua, vel nulla ratione conſtat*, ſecundùm *ICtum* illum *c*, ratio quædam maior, & publica vtilitas, hæc ſiquidem longo tempore, atque inueterato omnium conſenſu, nec non rerum iudicatarum fuerit confirmata, ſanè legem arrogat, cuius ratio, vel ceſſauit, vel minor eſt, vel minùs Reipublicę confert; & ità intelligas
B dictum I.C. poteſt de ijs, quæ lege definita ſunt, in quibus plus valet lex, quàm conſuetudo; At nihil legibus Romanorũ de feudis cautũ cùm ſit, palàm intelligendo, ac proximè, idcircò potiùs feudorum conſuetudo, in feudalibus cauſis decidendis, quæ vſu, aula circà feudorum controuerſias decidendas *contradicto etiam aliquando iudicio firmata eſt*, vt I.C. reſpondit *d*, quã Romanorum ſanctio valebit, quod quidẽ ſũmatim probat *Liborius Hattylerius e*.

Neque audacter quis inſurgat, dicendo, ex eo, quòd conſuetudines feudorum fuerint per *Gerhardum Capagiſtum*, & *Obertum de Orto* in ſcriptis redactæ, non dici exindè conſuetudines, ſeù iura non ſcripta, verùm & iura ſcripta legiſlatoris ſolo ſuffragio promulgata, eo quòd ſcriptæ dictæ conſuetudiues legantur, qnod argumentum
C & ſi à *Lodulpho Schrader.*, & nouiſſimè ab *Hunn. f*, deſenſum veniat, non tamen ex hoc talis arguendi modus admirationem, & quidem maximam non parit, nàm certum eſt conſuetudines, quòd & ſi in ſcriptis redactæ ſint, nihilò tamen minùs verè conſuetudines dicantur, ſicque, & ſi feudales conſuetudines cùm à *Gerhardo Capagiſto*, & *Oberto de Orto* fuerint conſcriptæ, iura nihilòminùs non ſcripta, ſeù conſuetudines dicendæ ſunt, nàm conſuetudines, & ſi ſcriptæ, vt tamen ius non ſcriptum reputantur, & iuri ſcripto non conueniunt, vt latè in hac conſuetudinum feudalium materia probarunt, *Curtius Iunior*, *Ferrarius Montanus*, *Mozz.*, *Duarenus*, & alij *g*,
D quam ſententiam communem feudiſtarum eſſe DD- atteſtantur *h*; Nàm vt *Iulius Clarus* dicit, DD. cum aliquam feudorum iurium rubricam allegant, ſolent in vſibus feudorum addere, atque iſtam communiter receptam ſententiam eſſe à Feudiſtis, dicta iura, & ſi ſcripta vſus, ſeù conſuetudines dici debere ait, & vltra allegatos DD. eandem ſequũtur poſt alios *Schneid.*, *Vveſenb.*, *Obrech.*, *Vult.*, *Georg. Schultzen.*, *Rudinger.*, *Ioannes Niell.*, *Rittersh.*, & alij *i*; quòd quidem rationibus quoque: Comprobatur ex eo nimirùm, quia quemadmodum ſcriptura iuris ſcripti circa eſſentiam, nihil operatur, ità nec conſuetudo, quia in ſcripturam redacta eſt, ex ſcripto exiſtimari nõ

a *Imp. vid. in l. 2. Cod. de legibus.*

b *I.C. viden. in l. 33. PP. de legibus.*

c *ICt. vid. in l. 38. PP. de legibus.*

d *I.C. vid. in l. 33. PP. de legibus.*

e *Libor. Hattyler. in Analyſ. iur feu. in cap. 1. litt. A.*

f *Schrader. de feud. par. 2. p. princ. 9. ſect. 3 nu. 114. , et nouiſsimè Heiſe. Vlric. Hunn. tract. feud. c. 2. par. 23.*

g *Curtius Iun de feud. par. 1. quæſt. 1. n. 2. Ferrarius Montanus de feud. 2. §. et licet. Duarenus de feud. numer. 5. Mozz. de orig. feud. nu. 35.*

h *DD. in c. 1. qui feud. dar. poſſ. Roſenthal in ſynopſ. iur. feud. cap. 1. concluſ. 7. et antè illum Caccialup. de feud. cognit. art. 5. nu. 1. allegatus à Iul. Claro in §. feud. quæſt. 2. qui addita ità communem iuris Peritorum approbare ſententiam.*

i *Schneid. in epit. feud. par. 1. nu. 7. Vveſenbec. in proœm. feud. n. 6., et cap. 3. nu. 2. Obrecht. in tract. feud. cap. 3. nu. 3., et ſeq. Vult. lib. 1. de feud. in cap. 1 nu. 4. Georg. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud., in cap. 1. n. 8. Ruding. in methodo iur. feud. lib. 1. cap. 1. num. 19 et controuerſ. feud. lib. 1. c. 3. nu. 3. et ſeq. Io: Niell. diſput. feud. pr. th. 3. lit. A. Rittersh. 1 feud. 1. q. 7.*



Digitized by Google

poterit, cùm ex ſolo vſu, longaque conſuetudine omnem eius authoritatis vim eripere quodammodo videatur, vt I. C. indicat *k*, vtque taliter inueterata ſolùm ex diuturno conſenſu magnam authoritatem recipit, ità quòd rectè omnium rerũ dominam eam dicere, ex *Aulo Gellio* fas erit *l*, nec exindè ſcriptum aliquid conſuetudini conferre videtur; Ius etenim ſcribere, & ius in ſcripturam redigi, ſunt omninò inter ſe diuerſa, ſiquidem illa vox, ſcribere ius, iuris eſt, hæc verò, nempè ius in ſcrrpturam redigi, facti eſt; Ius namque ſcribi, nihil aliud ſonat, niſi iura ſancire, quod fieri poteſt, & ſi in ſcriptis non redigatur, verumtamen à Principe reſcribatur, vt teſtantur *Aluarotus, Iaſon, Freccia, Zaſius*, & alij *m*; è contrario autem ius non ſcribi, eſt ius non ſancire, ſed ſine Sanctione, atque ſuffragio legislatoris, tacitis veruntamen vtentium moribus recipere, vt maximè in ſcripturam redigatur: hinc eſt conſuetudinem, & legem, & ſcripturam, non eſſe inter ſe diſtinctas, ſed benè ex ſcripto; ſcriptura enim littera eſt: Scriptum verò *Sanctio*, & in tantum probatum eſt ius non ſcriptum, conſuetudinem dici, in quantum neceſſe non fuerit id ſcripto comprehendere, vt *Paulus* inquit *n*, nihilo tamen prohibet, quo ad eſſe conſuetudinẽ id ſcriptum eſſe, vt patet pluribus in conſuetudinibus in ſcriptis redactis; quæ non quia ſcriptæ, ex hoc deficiunt eſſe conſuetudines, vt variorum locorum vſus ſunt, nempè Pariſienſes, Burdegalenſes, Burgundici, Hiſpanici, Neapolitani, & alij, quos & ſi ſcriptos legamus, nemo exinde eſt minus eſſe ius non ſcriptum vocandum, qui dixerit, cùm ſcripti fuerint, non ad *Sanciendum* ius, ſed ad illud, quod olim inueterato vſu receptum fuerit, probandum, ac ne tàm facilè ignoretur, vt in *Conſuet. Neap. n*, legitur, quòd omne teſtamentorum nuncupatiui, & in ſcriptis exemplo comprobatur.

Teſtamenta enim in ſcriptis appellamus, non illa omnia, quæ ſcripta ſunt, ſed illa tantùm, quæ ex ſcriptura validitatis vires recipiunt, nàm nuncupatiua etiam omnia, quæ hodiè paſſim fiunt, ſcribi ſolent, nec ideò tamen, in ſcriptis ſunt, ſed nuncupatiua verè dicuntur, quia in illis nuncupatio, non ſcriptura hæredem facit, ex cuius inſtitutione teſtamentum exiſtimatur, ad futuram tamen rei dũtaxat memoriam ſcribuntur, ob id quia, nec ſubſcriptiones, nec teſtium ſigna exiguntur, nec aliæ ſolemnitates teſtamentorum inſcriptis, de quibus apud *Imperatores* latè habes *o*; hinc circà rem noſtram inducimus, dum dicimus ius ſcriptum, non intelligimus de omnibus illis iuribus in ſcripturã redactis, verũ de illis, quæ ex legislatoris authoritate, atque ſola legis promulgatione Sanctionis vires recipiunt; Quod ideò excludimus à generalitate dictionis iuris in ſcripturam redacti, cùm ſub hoc non comprehendàtur tantùm ius ſcriptum, verùm & conſuetudinarium in ſcriptis

k *I. C. vid. in l. diuturna 32. PP. de legibus.*

l *Aul. Gell. noct. Att. lib. 12. cap. 13.*

m *Aluarot. in cap. 1. in princ. nu. 3. de content. inter Dom. et Vaſallum, Iaſon. in præludijs feud. n. 33. Freccia de orig. feud. in fin. Zaſius in epit. feud. par. prima in princ. Mozz. de orig. feud. nu. 34. poſt Bart. in l. iur. gent. §. quinimo nu. 19. PP. de pactis, Iul. Clar. in §. feud. quæſt. 2, Mantica de tacitis lib. 23. tit. 2. num. 9.*

n *Paulus vid. in l. imò magnæ 35. et l. 36. PP. de legibus.*

n *Conſuet. Neap. vid. in proœmio §. vt igitur ibi (profuturorum, atque præſentium certa memoria. et ſolemnitate valitura.*

o *Imperat. vid. in leg. hac conſultiſſima 21. et in l ſancimus 97. C. de teſtam.*

Digitized by Google

A ſcriptis redactũ, vt in dictis conſuetudinibus noſtris Neapolitanis patet.

Deniquè eadem ſententia exemplo confirmatur, illorum etiã contractuũ, qui nudo conſenſu perficiuntur, & ſcriptura quotidiè fieri cernimus, neque tamen eos idcircò contractus, qui in ſcriptis dicuntur, iure cenſemus, quia non inde ſcribuntur, quod nec aliter, nec priùs eos valere contrahentes voluerint, quàm ſcriptos, quæ propria contractuum in ſcriptis natura, & conditio eſt, de quibos *Imperatores* videndi *p*, ſed ſtudio tantum facilioris, & expeditioris probationis, vt *I. C.* & *Imperator.* loquuntur; quod itidem *Antonius Faber* ex his probat *q*.

Eodem igitur iure dicendum eſt, conſuetudinem ex ſcripto
B nunquam exiſtimari, hoc eſt nunquam videri conſuetudinem, eó quod in ſcriptis redacta fuerit, ius ſcriptum dici poſſe; Hinc eſt, vt lex, ius ſcriptum, ideſt præſcriptum ſit, ab eo, qui iuris ſanciẽdi poteſtatẽ habet expreſsè exhauriri debebit, conſuetudo autem, vt verè talis ſit, ideſt ius non ſcriptum, ſeù non præſcriptum, tacitò vtentium conſenſu temporis diuturnitate comprobatus vſus requiritur, vt *Curtius Iunior* loquitur *r*; Quin igitur conſuetudinarium ius, quod de feudis eſt, vti iuris non ſcripti authoritatem retinens, cuſtodiendum, atque ſeruandum, nullibi ambigendum videatur?

Priſcos quidem *Doctores Bulgarum*, *& Pyleum* dictis conſuetudinibus magiſtralia quædam vocabula ad faciliorem
C diſciplinam addidiſſe *Io: And. de Georg.* ſcribit *r*: Columnis, gloſſemate verò *Ardizzonem*, *Goffredum*, cæteroſque ſummiſtas eaſdem exornaſſe *cit. de Georg.* refert *r*.

Huius autem iuris circà authoritatem, dubitandum inſurgit, quomodo *Gerhardi Capagiſti, & Oberti de Orto* feudorum conſuetudines in ſcriptis redactæ, & per illos compilatæ cũ fuerint, vt tales ſeruandæ ſint, dùm certum eſt, quòd dicti ſcriptores legis dicendæ authoritatem non habuerint.

Dubitatio reſoluitur, quòd licet dicti compilatores legis cõdendæ poteſtate caruerint, attamen hodiè in Imperio Romanò Germanico libri feudales vim habere, atq; legum authoritatem retinere, nemo feudiſtarum eſt, quin dubitet; Indè vulgò omnes apud noſtrates dicimus, hoc iure feu-
D dorum conſuetudinario omnes teneri, vt in feudorum præludijs cõmunis feudiſtarũ Magiſter *Andreas de Iſernia* dixit, quem ſequuti ſunt omnes vna voce, eamque omnium DD. ſententiam eſſe dixit *Petr. de Rauen ſ*.

Diſtinguendo quoque dubitationem reſolui poſſe videtur, nempè inter conſtitutiones Imperatorum, quæ inter dictas conſuetudines continentur, & cõſuetudines feudorũ, quę à dictis *Gerhardo, & Oberto* cõpilatę fuerũt; Etenim ſi ſenſus eſt, quo ad Imperatorum conſtitutiones in dictis conſuetudinum libris inſertas, & certum eſt, cùm Imperatoriæ conſtitutiones ſint, legis authoritatem obtineant, quod omnes

p *Imp. vid. in l. contractus 17. Cod. de fide instrum.*

q *I. C. vid in l. contrahitur 4. PP. de pignoribus in l. 4. PP. de fid. inſtrument. Imperator. in l. cum te 5. Cod. de transact. Ant. Faber. in iur. prud. Papin. ſcient. tit. 1. princ. 2. illat. 1.*

r *Curtius Iun. de feud par. 1. q. 3. num. 7.*

r *Io: And. de Georg. in in rep. feud. cap. 1. nu. 6.*

r *De Georg. d. l. num. 8.*

ſ *Andreas de Iſern. in prælud. feud. nu. 24. et ſeq., Præpoſitus ibidem nu. 7. Afflict. ibid. n. 9. et ſeq. Bald. nu. 3. et 4. Iacob. de Beluis in cap. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poſſ. Claud. de Seyſel. de orig. feud. c. 3. Iul. Clar. in §. feudum quæſt. 3. Borch. de feud. cap. 2. n. 10. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. c. 1. n. 10. Petrus de Rauen. in prælud feud.*

Digitized by Google

omnes vltrò concedunt, nàm, *quod Principi placuit, legis habet vigorem, vt potè cùm lege Regia, quæ de Imperio eius lata eſt, Populus ei, & in eum omne ſuum Imperium, & poteſtatem contulerit*, ſecundùm *Vlpiani*, & *Imperatoris Iuſt.* dicta, quod quidem ità affirmat *Georg. Schultzen t*, & eò fortiùs procedit, cùm iſtud ius, quod ex Imperatorum conſtitutionibus eſt, conſtitutum fuerit, ſtatim nullo medio ſuppoſito, & exindè poſt illarũ emanationẽ obligauit, ligauitque omnes, proùt ad præſens vim legis obtinet, quouſq; contraria conſtitutione, vel etiam conſuetudine ſublatum non fuerit; Vel loquimur de conſuetudinibus, quæ in dictis libris à dictis *Gerhardo, & Oberto* compilatis leguntur, & ſi non nulli ex antiquis ijſdem authoritatem denegent, vt ſunt *Andreas de Iſernia* ſibi contrarius, *Hoſtienſis*, *Antonius de Prato Veteri*, & alij *v*, quorum argumenta allegat, & reprobat *Curtius Iun. x*. A

6 Contraria (tamen ſententia, quæ locum obtinuit, nempe; quòd feudorum conſuetudines, vt authenticas in Scholis doceri, & in iudicijs ad cauſarum deciſiones allegari poſſe, verior eſt, quam communiter *Feudiſtæ* tuentur *z*, ità quod, vt ius Imperij Romani, conſuetudines feudorum in Italia, Gallia, & alibi ſeruētur, vt *Guid. Pap.* & alij referũt *a*. (Conſuetu dinibus feudorum qui nàm teneātur.) B

Omnes igitur Imperio Romano ſubditi, cùm dictis conſuetudinibus teneantur, ambigendum euenit, quin etiam alij extrà Imperiũ Romanũ eiſdem iuribus ſubdantur, ad quod reſpondit *Vulteius b*, non auſum fuiſſe affirmare, id eſſe ex aliqua ſanctione, proùt quidam affirmant, vt ſunt *Odofred.*, & *Schneid. c*, hos libros diſpoſitos fuiſſe à *Friderico Imperatore Secundo*, feudorum præcipuo patrono, cuius iuſſu conſuetudines feudales in Iuſtinianei iuris corpore relatas fuiſſe aiunt, & ad Scholam Papinienſem, vel, vt alij volũt, ad Scholam Bononienſem miſſas fuiſſe, vt inibi DD. ordinaſſent, ſicq; iuſſos fuiſſe dictas ordinare conſuetudines, eaſque in ordinem redactas, eundem Imperatorem, ſua authoritate ità confirmaſſe, quod cũ fide hiſtorica careat, idcircò rectiùs dicit cit. *Vult.* illos dicere, qui omnem harum conſuetudinum authoritatem ex præſcriptione, & vſu inueterato eſſe dicunt, vt ſunt *Baldus*, & *Vueſenbecius d*, quod ex eo tempore plerique computant, ſcilicet præſcriptionem, quò feudorum libri publicè in Bononiæ C

D

t *Vlp. vid. in l. 1. PP. de conſt. Princip. Imp. Iuſtin. vid. in §. ſed, et quod Principi 6. elementorum de iur. nat. gent., et ciuil. lib. 1. Georg. Schultzen. ibid. cit. num. 11.*

v *Andr. de Iſer. in cap. 1. de feud. cognit., ſibi contrarius in prælud. feud. num. 24 et ſeq. Hoſtienſ. in ſumm. de immunit. Eccleſ. verſ. ſi verò paternum, Ant. de Prat. veter. in proœm. vſ. feud. col. 7.*

x *Curt. Iun. in tract. de feud. par. 1. quæſt. 1.*

z *Feudiſtæ Comm. in prælud. feud., vt ſunt Iſern. ſibimet, vt ſuprà contrarius, Bald. Aluarot., Laud., et alij Beluis: in cap. 1. in fin. de his qui feud. dare poſſ. Caccialupus in c. 1. de feud. cognit., Io. Rayn. in rubr. cap. 1. q. vlt de prohibita feud. alienat. per Frid. Zaſius in epit. feud. par. 1. n. 3. Sonsbec. p. 1. num. 22. Ferr. Montan. 1. de feud. 2., Duaren. c. 1. n. 5., Borch. c. 2. n. 30. Vueſenbec. de feud. in proœm. n. 3. ità vt legis vigorem obtineant, vti communi DD. calculo, vſuq; forenſi receptã veriorem ſententiam eſſe dixit Schultz. ibid. cit. n. 12., ſimiliter, et Canoniſtæ ſectantur in c. ex parte de reſcriptis, Hoſtienſis in cap. 1. de ſumm. Trinit. etc. quemadmodum, et Ciuiliſtæ com eandem ſententiam affirmant, vt ſunt Alberic. de Roſ. poſt Iacob. de Ranen in l. de quibus PP. de legibus Mynſing. cent. 5. obſeru. 76. nu. 4. et ex Feudiſtis cæteri alij comprobant, vt ſunt Iaſ in prælud. feud. nu. 1. eamque de magis communi plures atteſtantes refert, Iul. Clar. in § feud. quæſt. 3 num. 1.*

a *Guid. Pap. dec. Gratianop. 180. Boerius in conſuet. Bituric. de feud. § 3. gloſ. 1. Caſſaneus in conſuet. Burgund de feu. Vueſenb. in proœm. feu. n. 4. quidquid de Gallia Duaren. dubitauerit in c. 1. in fin. Molin. diſſertè negat doctiſſimus Iacob. Cuiac. tamen in Cõment. de feud. in princ. affirmat ab his tamen non aliter, niſi quatenus cum ipſorum legibus, et moribus, non pugnat vt Cuiac. d. loc. exponit.*

b *Vult. de feud. lib. 1 cap. 1. num. 7.*

c *Odofred. in auth. caſſa, Cod de Sacroſanctis Eccleſ. Schneid. par. 1. de feud. num. 3.*

d *Bald. in cap. 1. num. 5. de feud. cognit. Vueſenbec. de feud. in proœm. num. 4.*

Digitized by Google

A noniæ Scholis, præſertim alijs quoque locis ſciente, & nō contradicente Imperatore lecti fuerint, atque adeò tacitè approbati, vt *Duarenus*, *Ferrarius Montanus*, *Sonsbec.*, *Schneid.*, & alij docent *e*, vbi ad maiorem authoritatem his libris conciliadam, addunt coram Imperatoribus, & in iudicijs in cauſarū deciſionibus *d. cōſuet.* allegatas, & celebratas fuiſſe, quibus accedit *Fachineus* idē ſectās *f*, ſimiliter eò magis dicta ſententia coprobatur, quia Imperatores eaſdem circà conſuetudines expreſſè diſpoſuerūt, ijſdemque aliquid addendo, detrahendo, & derogando, vt apud conſuetudines feudorum legitur *g*, & *Georg. Schultzen.*, *Sueuus*, & alij ab eiſdem relati comprobant *h*.

B Rurſùs ad propoſitæ ſententiæ confirmationem ſciendū eſt haſce conſuetudines non ſolùm ab Imperatoribus cōfirmatas fuiſſe; ità quòd plures, vt dixi inueniantur Imperatorum conſtitutiones conſuetudines feudales reſtringentes, reprobantes, & ampliantes, quemadmodum, & in iure Canonico plures Pontificum extant decretales, quibus conſuetudines feudorum confirmantur. Imperatorum conſtitutiones ſunt omnes illę, quæ in libris feudorum notantur *Lotharij Primi, & Secundi, Conradi, Henrici Secundi, Quinti, Sexti, & Septimi, ac Friderici, Primi, & Secundi.* Pontificum decreta feudorum conſuetudines comprobātia ſunt *Alexandri Tertij, & Quarti, Honorij*, *Innoc. III.* aliorumque à *Sonsbecio* relatorum *i*; Et
C quòd fuerint in decretalibus per Pontifices iura feudalia inſerta, tradit *Sueuus* k.

Sed, & quidem iura feudalia, authentica confirmantur, atque vt talia cuſtodienda eſſe probatur, nàm eas ex vſus temporis diuturnitate immemorabilis legum vim obtinuiſſe *Vulteius*, & alij probant *l*, quàm theoricam notabilem dixit *Schultzen.*, & vſu non tantum longiſſimi temporis aoprobatam eſſe, ſed eius temporis ſuffragio, quod hominum memoriam excedit, ex quo conſuetudines feudales in Imperio receptæ ſunt.

Priuilegij exindè vim habere, & pro lege ſeruandas eſſe DD. vno voto pronunciant, ex I.C. dictis *m*, & hanc ſententiam poſt alios ſequuntur, *Borch.*, *Schneid.*, *Vveſenbec.*,
D *Schrad.*, *Roſent.*, *Obrecht.*, *Intrigliolus*, *Heig.*, *Niell.*, & alij *n*; Reſcribendum indè Doctores communiter eſſe putant

*e Duaren. de feud. c. 1. Sonsbec. 1. feud. n. 22. Ferrar. Montan. 1. de feud. 2. Viu. in theſi Comm. opin. lit. F. verbo feudorum num. 1. Mozz. de orig. feud. n. 34. Schneid. p. f. n. 3.*

*f Facchin. 7. contr. 2.*

*g Cōſuet. f. not. in c. vn. tit. quid ſit inueſt. ver. ſi poſt alien. feud. vaſ. id recuperet, & in cap. vnico de pace tenenda cum aliis ſimilibus.*

*h Schultz. ibid. qu. ſup. cit. num. 13. Sueuus in exerc. feud. 1. aſſert. 3. circà medium.*

*i Decreta Pontificum feud. conſuet. confirmātia vid. ſunt in cap. cæterum 5. de iudic. in cap. ex trāſmiſſa de foro competenti in c. quæ in Eccleſ. 7. de conſtit. in cap. nouit. 13. verſ. non enim intendimus de iudic. in cap. cùm Apoſtolica, ſub fin. de his quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu, &c. cap. 1. & ſeq. de feud. cap. nuper de donat. inter virum, & vxorem cap. ad aures 10. & in c. in quibus 12. de pœnis, in c. fin. extrà eodem in cap. 53. de ſent. excom. in c. fin. §. ſanè quamuis de decimis in 6. Sonsbec. de feud. p. 1. nu. 26. iuncto Schultzen. in d. cap. 1. ſuprà cit. nu. 13. circà medium, vbi hæc decreta allegat.*

k *Sueuus dicta exercit. 1. aſſert. 3. in fine.*

l *Vult. lib. 1. de feud. cap. 1. num. 6. & ſeq. Sueuus ibid. quo ſuprà cit. eamque notabilem Theoricam dixit Schultzen. ibid. cit.*

m *I.C. vid. in l. de quib. 31. §. 1. l. diuturna 32. & l. ſi de interpretatione 36. PP. de legibus l. hoc iur. 3. §. ductus aquæ 4. PP. de aqu. quotid. & æſtiu.*

n *Borch. de feud. cap. 2. nu. 11. Schn. in epit. feud. p. 1. n. 3. verſ. eſt enim, & n. 12. & ſeq. Vveſenb. in proœm. de feud. n. 4. verſ. quia vſus, & verſ. qua propter, & ſeq. Schrad. de feud. p. 1. q. 1. n. 6. & ſeq. Roſenth. in ſynopſ. feud. c. 1. concluſ. 9. n. 1. Obrecht. in tract. feud. lib. 1. cap. 1. num. 9. Intrigliol. q. feud. 4. per totam, Heig. 1. q. 1. nu. 87. & ſeq. Niell. diſput. feud. 1. tom. 3. lit. B. & alii, quos refert Sueuus exercitatione prima aſſert. 3. circà finem.*

Digitized by Google

A

putant, iudicem contra feudales conſuetudines iudicantē litem ſuam facere, ità vt teneatur parti læſæ ad intereſſe, arg. eorū, quæ in *I. C.* notantur *o*, vt ſunt *Schrad.*, *Obrech.* & alij *p*; Ità quod nulla ſententia contra dictas conſuetudines lata dicenda omninò veniat, dummodò tamen notoriè, atque manifeſtè de hoc conſtet, quo caſu ità pro nulla habenda erit, ac ſi contra ius ciuile lata fuiſſet, vt teſtantur *Schrader.* & alij *q*; Ex quibus vſuum feudorum, & compilatio liquet, & eorum authoritas magna patet; ſicuti eluceſcit feudales conſuetudines, & ſi in ſcriptis redactæ, iura tamen non ſcripta dicenda, quod planum dicit eſſe *Sueuus r*.

7 (Iudicem cōtra feudalium cōſuetudinē expreſſam legem iudicantem litē ſuam facere, dicimus, & nulla ſententia, tanquam contra expreſſum caſū legis, erit.)

B

Quod diximus iſtis conſuetudinibus omnes ligari? num ly generale verbum ad omnes extendatur, tùm ad laicos; tùm etiam ad Clericos, dum quæritur.

Certè quidem laicos omnes his conſuetudinibus ligari, nempè omnes, qui Imperio Romano ſubduntur, conſequēs eſt, cùm in eo feuda tenent, argumento *Imperatoris* reſcripti *ſ*, de qua re dubium non eſſe dixerunt *Schultzen.* *Vult t*, & alij ab iiſdem relati.

8 (Eccleſiaſticæ perſonæ feudorum cōſuetudinibus qualiter teneantur.)

Eccleſiaſticas (quoque perſonas his conſuetudinibus ligari iure ambigendum nec eſt, vt apud conſuetudines feudorum, & apud decreta patet *v*.

Quidquid in contrarium nonnulli dixerint, quos inter *Andreas Barbat.* eſt *x*; Cùm in iuris ſecreto hanc opinionem, nempè affirmatiuam, quod Eccleſiaſticæ perſonæ in iuribus teneantur, veram eſſe dixerit *Iacobus de Sancto Georgio z*, eamque veram Doctorum opinionem eſſe teſtantur *Curtius Iunior*, atque *Sonsbec. a*, vbi ſcribit ſententiam *Barbat*, erroneam eſſe, & falſiſſimam, eandem quoque eſſe ſcribit citatus *Curtius Iunior b*. Poſteriorem ſententiam affirmatiuam Comm. receptam ab omnibus Canoniſtis quoque eſſe atteſtantur, *Felinus*, *Villalob.*, *Soar.*, *Mozz.*, & de magis communi *Curt. Iun.*, & ità de veriori, & communiori ſententia eſſe adſtipulantur, atque rectiſſimè DD. comm. ſecundùm dictam ſententiam decidiſſe, nuper admodum ſcripſit *Schrader.* qui vltimus refutat opinionem *Curtij Iunioris* diſtinguentis in hac quæſtione conſtitutiones Imperatorum, à conſuetudinibus, quaſi his nō ligantur Clerici, non idem illis, de qua re, *Marta* latè adeūdus eſt, opinionem tamen affirmatiuam de communiſſima ſententia eſſe atteſtantur, *Schneid.*, & *Roſenthal. c*.

C

D

Hinc

o *I.C. vid. in l. iubemus C. de iudicijs.*

p *Schrad. poſt alios de feud. par. 1. q. 1. nu. 10. quem refert, et ſeq. Obrecht. in tract. feud. lit. I c. 2. n. 11. Arum. diſput. feud. pr. th. 2.*

q *Schrad. poſt alios in dict. par. 1. qu. 1. n. 10. verſ. ſententiam, Arum. diſp. feud. 1. th. 3. Schultzen. in d. cap. 1. n. 14.*

r *Sueu. d. exer. 1. aſſ. 4.*

ſ *Imp. vid. in l. leges 3. Cod. de legib.*

t *Schultz. ibid. vbi ſupra n. 15. et ante illum Vult. lib. 1. de feud. c. 1. num. 8.*

v *Conſuetud. feud. vid. in c. vnico in princ. ſi de inueſt. inter Dominum, et vaſ. lis oriatur cap. vnico in princ. qui teſtes ſint neceſſarij Decreta vid. in cap. cæterum 5. extrà de iudicijs in cap. ex tranſmiſſa 6. et in cap. virum 7. de foro competenti, cap. 1. et ſeq. de feud.*

x *And. Barb. in c. cæterum de iudic.*

z *Iacob. de Santo Geor. in verb. et dicti vaſalli pro dictis rebus nu. 3.*

a *Curtius Iun. de feud. par. 1. quæſt. 2. nu. 2. et Sonsbec. in ſuo comp. par. 1. num. 26. et 27.*

b *Curt. Iun. ibid. cit. n. 3*

c *Felinus in d. cap. cæterum nu. 3. Villalob. lit. C. n. 73. et lit. F. n. 28. Soar. nu. 92. Mozz. de his qui feudum dare poſſ. n. 30. Curt. Iun. conſ. 177. num. 10. vol. 2. Gribal. in Theſi com. opin. lit. F. verb. conſuet. Scapp. lib. 2. de iur. non ſcripto cap. 6. Schrad. de feud. par. 1. quæſt. 2. num. 1. et ſeq. Curt. Iun. par. 1. quæſt. 2. Marta 4. de iuriſd. 16. de interpretat. ſtatut. concluſ. 1. num. 245. Schneid. in epit. feud. p. 1. nu. 6. et ſeq. Roſenth. in ſynopſ. feud. cap. 1. concluſ. 9. num. 1. in fin. et in not. lit. C. et in Regno dubium non recipit, cùm ex eiuſdem Regni capituli item ſtatuimus de non trahendis Clericis, etc. dictis ſtatuatur Clericos ratione feudi Laicorum legibus, et iudicibus ſubdi, quod intelligas cum de feudi petitorio Clerici agunt, ſecùs verò de poſſeſſorio, nàm tunc coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri debent ſecundùm ea, quæ gloſ. in dict. Regn. cap. probat.*

Digitized by Google

A Hinc rectè dicitur, ius feudale, etiã in Eccleſiaſtico foro ſeruandum eſſe, quatenus tamen Sacri Canones non contradicant, vt poſt alios *Tiberius Decian.* reſpondit, & ante ipſum *Archidiac.*, *&* *Felinus*, quibus accedunt *Roſenth.*, *& alij* idem fatentes. *d* Inde rectè animaduertit *Sonsb.*, *e* ſi conueniri nolunt Clerici coram Domino, vel paribus Curiæ, & ſic corã iudicibus ſecularibus, caueãt à laicis in feudum accipere, & ſecularium rebus ſe immiſcere, quem vna cum alijs refert & ſequitur *Obrecht.*, *f* atque hanc opinionem de conſuetudine ſeruari teſtatur *Iulius Clarus*; *g* hinc *Sueus* dicit *h* Clericos eſſe obligatos iura feudalia obſeruare, dùm à ſecularibus feuda ſuſcipiunt, dicens quoq; ex cit. *Sonsb.*, quòd Clerici, ſi nolunt coram
B iudice ſeculari, ſcilicet Domino, vel paribus Curiæ conueniri, feuda ab illis non ſuſcipiãt, circa quã ſententiã latiſſimè ex pluribus, comprobantes adeundi ſunt *Arum.*, *&* *Geor. Schult.*, *i* dicentes non ſolum conſuetudinibus feudalibus, quaſi illis non etiã conſtitutionibus Imperatorum Clericos teneri, ſecundum *Curtij Iun.* allegatam diſtinctionem, verùm idem intelligendum eſſe de Imperatorum conſtitutionibus, conſuetudinibus feudalibus interiectis, quæ vim naturamque feudi non mutant, ſed potiùs informant, meliuſque eſplicant, hinc non immeritò in Clericis à laicis feuda ſuſcipiẽtibus locũ dictas cõſtitutiones etiã obtinere dicũt, per ea, quæ tradit *Schrad.* *k*

C Eius (autem iuris authoritas ita viget, vt non ſolum in feudalibus controuerſijs locum ſibi vindicet, in quibus pro lege tanquam in ſua materia habetur, vt apud feudorum conſuetudines legere eſt, & *Vuſenbech.* probat; *l* verùm etiam alijs in caſibus decidendis, ex iure feudali rectè inferatur, vt ex ff. authoritate liquet, volentium etiam extra feudalem materiam ad deciſ. Ciuil., & Canon. cauſarum, ciuili tamen, vel canonico iure deficiente, & iuris naturæ ratio cum non obſtaret, allegari poſſe, vt ex conſuetudinum feudorum dictis, ſecundum DD. communem opinionẽ eruitur, *m* quos ſequuntur *Borch.*, *Roſent.*, *Vuſenbech.*, *Intrigliol.*, *&* *Vulteius*, dicentes controuerſijs, etiã non feudalibus, iuris feudalis authoritatem, haud exiguam
D eſſe, & ita com. feudiſtas approbare ex *Borcholt. cit.*, licet tamen contrarium ſenſerint, *Bart.*, *Bald.*, *& alij*, *à cit.* *Vult.* relati, *n* dicentes ſi contingat, vt ius feudale contrarium iùri ciuili, aut canonico ſit, dubium non eſſe, quin in controuerſijs feudalibus feudor., ius præferatur, & ex eadem ratione ius ciuile, & canonicum, in alijs quæſtionibus, quæ feudales nõ ſunt, iuribus feudorũ præferãtur, vt *Cephal.* probat, & indiſtinctè *cit.* *Vulteius* intelligit *o* iure tamen ciuile, vel canonico deficiente, etiam cauſis non feudalibus, iuris feudalis authoritas allegari poterit, vt ſupra diximus, & *Sueus* probat. *p*

9 Ius feudorũ, qualiter præter cauſas feudales alijs in decidendis quoq; controuerſiis allegari, & eiuſdem ratio haberi poſſit.

Eruitur (exinde non ab re interpretes ratiocinare, cùm à

d *Tiber. Decian. cõſ. 90. n. 1. vol. 3. Archid. in c. 1. de clericis coniugatis in 6. Felinus in cap. in præſent. nu. 44. extra de probat: Natt. conſ. 600. n. 27. Roſenth. de feud. cap. 1. concluſ. 9.*

e *Sonsbech. de feud. par. 2. n. 29.*

f *Obrecht. tract. feud. c. 1. nu. 13. & ſeq. iunctis Niell. diſput. feud. 1. th. 3. litt. C. Zabel. diſput. feud. Theſ. 4. verſ. hodiè igitur & ſeqq.*

g *Iul. Clar. § feud. qu. 3. ſub fin. & quæſt. 90. num. 8. verſ. & ità de conſuet.*

h *Sueu in d. exercit. 1. aſſert. 4.*

i *Arum. diſp. feud. 1. th. 4. Georg. Schultzen. in d. c. 1. n. 15.*

k *Schrad. d. p. 1. q. 2. n. 5. & ſeq. iunct. Roſenthal. in d. c. 1. concluſ. 9 lit. C. ſub fine, qui vſu hanc ſententiam ſeruari tradit, quidquid diſtinxerit Vulteius ibid. cit. n. 8. circa finem.*

l *Feud. conſuet. vid. in c. vnic. de feudi cognit. Vuſenbech. conſ. 93. num. 2.*

m *Conſuet. feud. not in c. vn. de feudi cognition.*

n *Borch. de feud. c. 2. n. 32. & ſeq. Roſenthal. in Synops: feud. c. 1. concl. 7. n. 4. & in not. lit. C. Vuſenbech. in proem. feud. n. 7. Intrigl. de f. q. 11. n. 12. Vulteius lib. 1. de f. c. 1. num. 9. Borch. ibid. cit. in fin. Bart. in repet. l. de quib. pp. de ll. Bald. in cap. vn. de feud. cognit., & in c. 1. Epiſcop. vel Abb. quod declarat. Riminal. iun. cõſ. 164. nu. 33. vol. 2. relatus à Vult. ibid. cit.*

o *Cephal. cõſ. 2. n. 7. vol. p. Vult. ibid. quo ſup. cit.*

p *Sueus in dicta exercit. prima aſſert. 6.*



Digitized by Google

feudo, ad emphiteuſim argumentantur, vt ex multis conſonat authoritas *Nic. Euerhard.*, & comprobat *Vigell.*, quẽ receſſet, & ſequitur *Schult.*, *q* dicẽs in dubio argumẽtũ de feudo ad Emphiteuſim valere, quod authenticatur, ex *Socc.*, quẽ refert *Iul. Clar.*, *r* quòd eò magis locũ habet ſecundum ea, quæ ſuperiùs dicta ſunt, præter ius, & viua aliqua, aut naturali ratione vtrobique militante, vt *Schneid.*, & *alij* probant, *ſ* quemadmodum à vaſſallo ad libertum, valet argumentum, à feudo ad fideicommiſsũ, vſumfructum, maioratum, valet quoque, modo de ijs, vel ſimilibus, aliquid iure ciuili ſpecialiter, deciſum non fuerit, vt *Roſent.*, & alij fatentur, *t* cùm eo caſu, quo propriũ ius ſancitum habemus, ex alienis iuribus argumentari incongruum videatur.

10 (Argumẽtum à feudo ad Emphiteuſim, qualiter validum.)

A

Similiter è contrario iure feudali, in cauſis feudalibus decidendis, deficiente, controuerſiæ feudales, iure communi Romanorum, ſeù ſcripto, decidi poſſunt, quartò ſcilicet loco, vt com. dicunt *feudiſtæ*, *v* qua in deciſione caſus nõ deciſi à iure feudali, cùm ad ius ſcriptum recurrendũm ſit, vt diximus.

B

Inſurgit exinde dubitare? nùm ſi adeſſent ius ciuile, & ius Canonicum, in talis cauſæ deciſione promulganda, quale ſit illa in controuerſia determinanda, ex his potius adeundum, ad quod, cùm ius hoc ſcriptum, vtrique iuri cõpetat, ideò optimè dicitur quodq; ius in ſuo foro ſeruandũ eſſe, vt poſt alios *Vult.*, *Schn.*, *Intrigl.*, & *Ruding.* dicunt, *x* vbi hanc opinionem communẽ eſſe atteſtantur, verùm ſi ius ciuile, à canonico diſcrepet, illud huic præferendum dicunt nulla, inter forum laicalem, & Eccleſiaſticum diſtinctione adhibita, per ea quæ in conſuetudinibus feud. leguntur, *z* tum quia in cauſis ſecularibus, quales feudalas ſunt, nulla Eccleſiaſticorum iuriſdictio ſit, vt iure canonico probatum recenſent, *a* & ex conſuetudinibus feudorum quidam probant, vbi legitur (*legum Romanorum, non eſt vilis authoritas*); tum etiam quia cauſæ feudales, quatenus de fidelitatis iuramento, eiuſque præſtandi neceſſitate, etiam, & violati pęna agendum eſt, optimè iure ciuili decidi poſſunt, ſimiliter ex eò quòd in cauſis feudalibus, tanquã in ſecularibus, nulla propriè Pontificum iuriſdictio, aut cognitio ſit, quia ipſi, etiam pro temporalium rerum curſù Imperialibus legibus vtuntur, vt *Sueus* ex ſacris Decretis probat. *b*

C

D

Ego tamen fori diſtinctionẽ amplector; ita quod vnũ quodq; ius in ſuo foro ſeruandum eſſe dicam, ſicque ſicuti laicus in ſuo foro, iure canonico in cauſis laicalibus non vtitur; ita Eccleſiaſticus in proprio foro iuribus laicorum vti non debebit, nec ſecularibus iuribus in proprio foro prælationem dare, adeòque, ex eò quòd actor forum rei ſequi debeat, ideò rectè *Mozz.* in tali controuerſia reſpondit, quod quoties reus eſt Clericus, ſecundum ius canonicũ iudi-

q *Nic. Eucrhar. in loc. feud. ad Emphit. Vigell. cap. 1. reg. 10. de feud. Schultzen. in dict. c. 1. n. 17.*

r *Iul. Clar. § feud. qu. 3. verſ. & quod in dub.*

ſ *Schneid. in epit. f. p. 1. n. 9. Roſenth. d. concl. 10. n. 6., & in not. lit f. & concl. ſeq. Intrigl. de f. q. 12. per tot. Schultz. ibid. cit. in fine.*

t *Roſenth. dict. concl. 10., & ſeq. Vult. lib. 2 de feud. cit. c. num. 27. quem ſequit. Sueus ibid. cit. aſſert. 6. in fin.*

v *Feudiſt. in cap. 1. de feud. cognit. verſ. legum Romanorum Schult. d. c. 1. n. 18. Sueu. d. exercit. 1. aſſert. 7.*

x *Vult. lib. 2. de feud. c. 3. n. 47. Arum. diſput. feud. 1. th. 16. Schneid. in epit. feud. c. 1. concl. 19. & in not. lit. A. B. Intrigl. de feud. q. 17. n. 5. 6. Ruding. in meth. feud. lib. 1. c. 2. n. 5., & lib. 2. controuerſ. feud. cap. 6. n. 5., & ſeq.*

z *Conſuet. feud. vid. in c. vnico de feud. c. Innoc. in cum ad verum 6. verſ. & Pontifices diſtinct. 96.*

a *Ius Can. vid. in cap. cæterum 5. extra de iudic. c. ex tranſmiſſa 6. & ſeq. extra de foro compet. Niell. diſput. feud. 1. tom. 4. lit. C. Schultz in d. c. 1. num. 27. Sueu d. exercit. 1. aſſert. 8. ex d. cap. 1. de feud. cognit. vbi comm. ff. opinionem refert cum ibi legatur legum Romanorum non eſt vilis authoritas.*

b *Sueu. ibid. cit. in fine ex d. c. cum ad verum.*

Digitized by Google

A iudicandum ſit, ſecus verò ſi clericus actor eſſet, quia tūc, dum in foro ciuili cōtentio eſſet, quia laicus reus eſt, ideò laicorū iuribus iudicādū eſſet, nō ita, cū Clericus reus eſſet, nā cū in foro canonico cōtrouerſia eſſet, ideò iure canonico iudicādū, *b* niſi clericus à laico in feudū habeat, nā tūc, quia etiā in laicorū foro ratione feudi Clericus cōueniretur, ideò legibus fori laicalis, iudicandū eſſet, vnde à dictis *Nicolai Intriglioli*, hac in re nō diſcedēdū eſſe, iure authumor, nēpe, quòd cū cōtrouerſia in terris, ſiue in Imperij foro eſt, & tunc ius ciuile ſeruandū, cum autem in terris Eccleſiæ contentio erit, ius canonicū cuſtodiendū eſſe ſcribentis. *b*

B Quod autem diximus, iuribus feudalibus deficientibus, ad ius ciuile Romanorum, recurrendum eſſe, quarto loco Intelligas, ſcilicet, ſi ius feudale, & eiuſdem arguendi ratio deficiant, ad ius commune Quirinorum adeundum eſſe, vt *Schneid*, & ante illum, *Schrad.*, *Roſenthal.*, *Mynſig.*, *Obrecht.*, *Vul.*, & poſt illos *Schultzen.* iure quidem affirmarunt; *c* Nam, ſi ex aliqua iuris feudalis legitima rationis argumentatione, rectè feudalis controuerſia decidi poterit, illa attendenda erit, vt ex I.C. ſententiæ argumento liquet, *d* ſicq; ex iurium feudalium mente, vel ratione argumētari rectè poterit, & argumentatio illa attendenda erit, dummodò tamen ad alicuius eiuſdem iuris feudalis probatæ legis, vel communis vſus correctionem, non tendat;

C Magnam exindè vim, atq; authoritatem, in cauſis feudalibus dictum argumentum habere, ità vt iuris communis diſpoſitioni, tanquam in propria materia præferendum concedamus, vt ex I. C. reſponſorum argumento patet. *e*

II (Ordo iudicibus datur in cōtrouerſiis fudalibus decidēdis, circa variorum iurium authoritatē & mentem cum ius dicunt applicandas,

Hinc eſt, dum quæritur, quo ordine iura feudalia applicanda veniant, hanc regulam attendendam eſſe dico.

Controuerſijs feudalibus in decidendis, ita procedendum eſt, nempè, cum ius dicere Iudex, ſecundum legitimi iuris probationem intendit, primò omnium eius quod actum eſt, ſeu partiū conuentionē, I.C. exēplo *f* ſiue tenorem, & pacta inueſtituræ, reſpicere debet, vt apud conſuet. feud. legitur. *g* vbi *niſi ſpecialiter dictum fuerit*, ſimiliter, *niſi hoc fuerit dictum expreſſim*, quemadmodū, *niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura*, ſicuti, *propter tenorem inueſtituræ inſertum*, *&* tandem *ſi quis eò tenore &c.* inſpicere itaque

D primò inueſtituram iudex debet, & quidē primæ tantū, nō poſterioris tenorē, quo pacto ſtipulata illa fuerit, niſi in poſteriore inueſtitura cōſenſu domini, & vaſſalli prioris mutatio facta fuiet, tunc enim poſterior illa, conſentientium hæredes obligabit, vt *Vulteius*, *&* *alij* probant. *h*

Dici ſolet exinde, quòd prima inueſtitura radix, atque funda-

C 2 men-

b *Mozz. de nat. feud. n.119. idq. probans per text. in cap. cæterum de iudic. in cap. cleric. & in cap. cum ſit de for. cōp.*

b *Nicol. Intrigl. qu. feud. 17. n. 5. cent. 1.*

c *Schneid. in epit feud. p. 1. n. 12. verſ. his tribus Schrad. de feud. p. 1 q. 4. Roſenth. in Synops. feud. c. 1. concl. 15. & ſeq. Mynſin. cent. 5. obſer. 70. n. 5. Obrecht. de feud. c. 3 n. 47. Schultz. in d. c. 1. n. 26.*

d *I. C. vid. in l. ſcire 17. in l contra 29. & ſeq. PP. de legibus innexo Imp. in l. non dubiū 5. C. de legib., & I. C. in l. nominis 6. §. verbum 1. PP. de V. S.*

e *I. C. vid. in l. 1. in princ. verſ. huius rei PP. de off. eius in l. ſi cū dotē 22. in principio PP. ſoluto Matr. in l. qui teſt. 20. §. Mulier 6. PP. de teſtam. l. ſi locuples 57. PP. de manum. teſtam. Roſenthal. in Synopſ. feud. c. 1. concl. 20. Schrad. poſt alios p. 1. qu. 4. per totam Intrigliol. de feud. q. 3 ſub fine.*

f *I. C. vid. in l. ſemper in ſtipulat. 34. PP. de reg. iur.*

g *Conſuet. feud. not. in c. vnico §. cum verò 2. de his qui feud. dar. poſſ. cap. vnico §. final. ſub fine de feud. ſucceſſ. c. 1. in fin. de feud. March. c. vnico de frat. nou. benef. inueſt. c. vnico in fine de duob. frat. &c. cap. vnico in quib. caſ. fem. in feud ſucc. p. Neuiz. conſ. 10. n. 1. Geor. Adam. cap. 1. Syntag. I. feud. Aphoriſ. 11. per totum Mant. lib. 23. de tac. & ambig. Tit. 19. nu. 9. poſt multos alios allegatos Viſcont. in concl. incip. tenor inueſtituræ fol. 268. & latè in concl. incip. inueſt. latè D. Capibl. de Baron. prag. 8. p. 1. n. 13. & 15. Camill. de Curt. diuerſ. iur. feud. fol. 37. n. 64. & ſeq. Ricc. Collect. dec. 1625. & alij.*

h *Vult. lib. 1. d f. C. 3. n. 22. Arum. diſp. feud. 1. th. 11. & ſeq.*

Digitized by Google

mentum feudi ſit, vt *Schrader.*, *& alij*, adſtipulantur, *i* cum ex illa prima, ſequentes inueſtituræ declarandæ, & confirmandæ veniant, per eaque eleganter tradunt cit. *Schrader. & alij*, *k* vnde rectè *Afflictus* tradit primam inueſtituram eſſe attendendam, nullamque rationem inueſtiturarum poſtea alio modo expeditarum habendam eſſe, ex eo quia erroneæ præſumuntur vt *Camerarius* atteſtatur. k

Ratio autem, cur ante omnia inueſtituræ tenor inſpiciendus ſit, ea communiter per feudiſtas allegatur, quia inueſtituræ tenor feudorum omni naturæ derogat, argumento reſponſorũ I.C., ex quibus inueſtiturã reſpici à Iudice primò deberi, affirmant, atque feudiſtæ omnes probant. *l* B

Cùm igitur feudalis controuerſia, ex inueſtituræ tenore diffiniri non poterit, tunc ſecundo loco, ſtatutum ſpeciale, vel conſuetudinem illius loci propriam, quo controuerſia diffinienda eſt adeundum, vt in conſuet. feud. legitur, ibi namque (*ſecundum diuerſorum locorum, aut Curiarum mores*, ) & in alio loco (*ſed in noſtra Curia Mediolanenſi*) & in alio loco (*quod Mediolani non obtinet*) ſimiliter, & in alio quoque loco (*ſed non Mediolani*, m & idem apud Summum Pontificem *n* ſcriptum inuenitur, ibi nãque, (*niſi fortè iuri communi, per ſpecinle priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit detractum,*) ex quibus iuribus eãdem ſententiam innumeri feudiſtæ probant, vt ſunt, *Vvſenbecb.*, *Roſenthal.*, *& alij*, *o* ſicuti & ratione feudi ſiti conſuetudinem inſpiciendam eſſe, ſcilicet illius loci vbi feudum ſitum eſt, vt ſecundum communem DD. opinionem, teſtantur *Schrad.*, *Vvſenbecb.*, *& alij*, *p* quod intelligas in ijs, quæ ipſam rem feudalem ſpectant, aut eam ſaltem afficiunt; quæ verò ad ſolam contractus ſolemnitatem, atque perfectionem pertinent, & inde immediatè dependent, & rem ipſam non afficiunt, ex iure, quod in loco celebrati cõtractus viget dictæ, controuerſiæ, iudicandæ erunt, vt idemmet *Schultzen.* citatus ſcribit. *q* C

Si autem nec ſpecialis conſuetudo, vel loci ſtatutum eſt; tunc tertio loco ad generales feudorum conſuetudines, ſeù Ius commune feudale deueniendum eſt, vt *feudiſtæ* comm. D
ſectan-

i *Schrad. p. 5. c. 2. n. 31. de feud. c. 1. n. 25. verſ. & ſi plures Roſentb. in Synopſi feud. c. 1. concl. 12. in not. litt. A. vnde poſteriorem inueſtiturã impugnare non poteſt qui in priore nõ eſt comprebenſus Card. Matic. lib. 23. de tac. tit. 20. n. 34.*

k *Schrad. d. p. 5. n. 31. & ſeq. Borch. d. c. 1. n. 25. Vvlt. lib. 2. de feud. cap. 3. n. 43.*

k *Afflict. deciſ. 195. Camer. in l. Imp. C. 66 lit. C. poſt Bald. in C. p. verſ. ſed ſtatim oppona de eo qui ſibi & bæred. ſuis quos ſeq. D. R. Capic. Latr. deciſ. 170. nu. 11.*

l *I. C. vid. in l. Iur. gẽt. 7. §. quinimò 5. et in l. paciſci 22. PP. de pactis in l. 1. §. ſi conu. 9. PP. in depoſiti in l. pacta 72. PP. de cõtrahẽda ẽpt. in l. cõtract. 23. in l. ſemper 24. PP. de reg. iur. ff. ex recentioribus ſunt Schneid. poſt alios in epit. feud. p. 1. nu. 11. verſ. quod 1. Vvſenb. de feud. c. 8. nu. 18. verſ. imò quod magis eſt, Roſenthal. in Synops. feud. c. 1. concl. 12. n. 1. & in notat. lit. A. And. Gayl. lib. 2. obſeru. 50. n. 15. & de PP. lib. 2. c. 13. n. 4. & ſeq. Mynſing. cent. 5. obſer. 76. n. 1. Hartman lib. 2. tit. 54. obſer. 16. n. 8. quem recenſet, & ſeq. Scult. in d. c. 1. n. 11. ſupra cit. iũct. Mant. poſt alios d. lib. 23. tit. 19. n. 9. inde rectè dicit. quod lex omnis feudi, ab inueſtitura ſumatur idem Mantic. ibid. n. 1.*

m *Conſuet. feud. not. in c. 1. de feud. cognit. in c. vnico in princ. quæ fuit prima Cauſa in cap. vnico §. ex eadem de lege Conradi in c. vnico de cap. Corradi.*

n *Sum. Pont. vid. in cap. nouit. 13. verſ. non enim intendimus extra de Iudic.*

o *Vvſenbech. de feud. cap. 17. n. 14. Schneid. in epit. feud. p. 1. nu. 11. verſ. 2. Roſenthal. in Synops. feud. c. 1. concl. 13. n. 1. & ſeq. & in not. lit. A. Andr. Gayl. lib. 1. obſeru. 148. n. 3. Mynſinger. cent. 4. obſer. 76. n. 2. & ſeq. Niell. diſput. 1. tom. 5. Sueus in exercit. feud. 1. aſſert. 9. Scultzen in d. c. 1. n. 12. Geor. Adam. in d. c. 1. Aphoris 12.*

p *Schrad. poſt alios de feud. par. 5. c. 2. n. 46. Vvſenbech. d. c. 17. n. 14. Roſenth. d. c. 1. concluſ. 14. Roſenth. d. c. 1. concl. 14. per tot. Io. Niell. ibid. cit. Sueus ibid. cit. Schult. ib. quoq. cit. circa medium.*

q *Schultzen ibid. cit. in fin.*

Digitized by Google

A ſectantur; *r* quod intelligas ſiue, etiã ex eiuſdẽ iuris ratione vel argumento, vt ſupra annuimus, cũ his omnibus deficiẽtibus, ad ius commune Romanorũ, & ad ius Canonicum, quarto loco deueniendũ ſit, vt ſupra pronunciauimus, & *Sueus*, alijque affirmant, & qualiter ſint illa iura in his caſibus applicanda, *Georgius Adamus* videndus. *ſ*

Cum autem, nec iure ciuili, nec canonico dicta controuerſia diffiniri poſſet, quinto loco, ſcilicet, ſi nec ex tenore inueſtiturę, nec ex aliqua conſuetudine Curiæ Dominicæ, vel ſtatuti loci feudi ſiti, neq; iure Com. feudorum, vel ex illius ratione, aut argumẽto, nec iure ciuili Romanorũ, vel Canonico decidi poſſet, tunc procedẽdũ eſt ad ſimilia, nã vt inquit, I.C. *non poſſunt omnes articuli ſingulatim, aut legibus,*
B *aut Senatus Conſultis comprehendi, ſed cum in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt; is, qui iuriſdictioni præeſt ad ſimilia procedere, atque ità ius dicere debet.* Sicque periti iudicis erit examinare, quæ nam ad cauſam prò ſententia dicenda, congrua ſint, ac proinde illa reliquis præſtanda; vt *Schneid. & alij*, animaduertunt. *t*

Pro cuius autem iur. feud. authoritatis ſcientiæ Coronide, nõ omittam proponere capitula extraordinaria feudorum, & quanta, & qualis eorum authoritas ſit, poſtea quam ſupra ſermonem de authoritate capitulorum ordinariorum fecerimus, circa quod callendum eſt.

C 12 (Paralippomena, ſeù capitula Apocrypha feudorum extraordinaria capitula, cuius authoritatis ſint, & num iuris ciuilis, vel canonici authoritati præferẽda in controuerſijs feudalibus ſint.)

Paralippomena, (ſeù Capitula Apocrypha, & extraordinaria, in libris feudorum exordium habere à tit. 73. lib. 2., quæ quidem in prima Compilatione non extiterunt, verum ex *Ardizone*, & *Aluarot.* à peritiſſimo noſtri ſeculi *Papiniano Iacobo Cuiacio* reſtituta ſunt, & in corpore iuris feudalis clauſa, pari tamẽ cum cœteris ordinarijs cap. authoritatis priuilegio non gaudent; licet ad explicandũ ius feudale ambiguè loquens, & in decidendis quęſtionibus, de quibus alias iure feudali nihil proditum reperitur, allegari poſſint, ità vt ſecundum aliquos potior quã iuris ciuilis, & canonici authoritas, illorum ratio habenda ſit, vt ſunt *Piſtorius*, *&* *Zabell.* *v*

Alij verò, contrarium exiſtimant, nempè pro indeciſa cauſam illam habendam eſſe, ſi capitulis ordinarijs non decidatur, verum & extraordinarijs, ex notat. apud conſuet. feud.: *x*
D Inde dicunt ex iure communi Romanorum ſcripto, eo caſu decidendam controuerſiã eſſe quos recenſet, & ſequitur *Hunn.* *z* quam opinionem *Schultz.* nõ amplectitur, *a* & reprobatur ex *Illuſtris Iacobi Cuiacij dictis* *b*, dùm inquit (autoritas, cur non & tanta his fragmentis, ſcilicet quanta ſuperioribus libris, aut cur illis maior, quando iſta iuris parte nulla veterum prudentum ſcriptis indigentior eſt, quam malum, hæc ſtultitia, vt has inſuper reliquias nacti à ſuperiorum librorum principijs minimè diſcrepantibus improbemur,) dicere tamen non omittam, non poſſe hæc capitula extraordinaria, ità legem facere, vt authorita-

*r* *Feudiſtæ com. vid. in c. 1. de feud. cognit. Schneid d. p. 1. nu. 12. verſ. 3. recurrendum Vuſenbech. in proem. feud. n. 8. d. c. decimo ſeptimo n. 14. verſ. ſi nec illud Roſenthal. d c. 1. concl. 15. num. 1. & in not. lit. A. Myuſinger. d. obſer. 86. n. 4. Vulteius d. c. 3. n. 45. Sueus dict. aſſert. 9. Schultzen. ibid. cit. nu. 22. Georg. Adam. in d. cap. 1. Aphoris 13.*

*ſ* *Seus d. aſſert. 9. Niel. diſput. 1. tom. 5. Georg. Adam. in d. c. 1. Aphor. 14. & qualiter ſit illud applicandum in Aphoriſmo 15. et 16. et quod deficiente iure feudali in cauſis feudalibus iuris canonici, & ciuilis diſpoſitio firma ſit dixit Dom. Reg. de Mar. lib. 1. var. reſ c. 120. n. 6*

*t* *I.C. vid. in l. non poſſunt 11. & in l. neq; leges 9. pp. de legibus.*

*t* *Scbneid. d. par. 1. nu. 12. verſ. 5. ſi ſex, & ſeq. Vuſenbech. de feud. c. 17. n. 14. verſ. quibus omnibus Roſenth. d. c. 1. conc. 17., & ſeq. Myſinger. cent. 5. obſer. 76. nu. 6. & ſequ. Niell. diſp. feud. 1. tom. 5. lit. C. Schultzen. d. c. 1. nu. 28. quiquidem n. 29. proponere ſubſequitur qualiter communis opinio in feud. controuer. attendẽda ſit, de qua rè ipſam videas.*

*v* *Piſtor lib. 2. q. 13. n. 59., & eod. lib. q. 15. n. 45. & q. 34. n. 38. Zabell. diſp. feud. th. 7. lit. A*

*x* *Conſuet. feud. vid. in c. vnico de feud. cognit.*

*z* *Hunn. in tract. feud. c. 3. qu. 9. ſept. par. verſ. quod ſi verò.*

*a* *Schult. in d. c. 1. in fin.*

*b* *Cui. 4. feud. 23. Sueus d. exerc. 1. aſſert. 10.*

Digitized by Google

ritatem capitulorum ordinariorum corruere poſſint, dùm nec conſuetudine, ſeù vſus longeui ex receptione, vel Imperatorum ex conſtitutionibus confirmata leguntur, ſed benè quidem à priuatis exhaurientia, inde poterunt tantùm deſeruire, ad diſplicationem capitulorum ordinariorum, & iure quocumque ſcripto deficiente in caſibus à feudorum capitulis ordinarijs nō determinatis, & poterunt allegari, in controuerſiis, pro illis decidendis, non tamen iuri ſcripto præferēda, vt ſupra dixi, & ex communi feudiſtarū opinione probatur, quā recenſet, & ſequitur *Sueus*. c

c *Feudiſtæ comm. in d. cap. vnico de feud. cognit. Sueu. exercit. 1. aſſert. 10.*

Tandē cū quæritur ſi in ipſis Capit. ordinarijs, aliqua cōtrarietas inueniatur, quid ſtatuendum ſit, dicas quod tunc illa ſententia quæ rationibus feudalibus potior, ac ęquitate inſpecta benignior eſt (quādo ſcilicet conciliari nequeat) erit obſeruanda, atque cuſtodienda, vt *Roſenthalis*, *& alij* tuentur. d

d *Roſenthal. de feud. cap. 7. concl. 55. n. 10. et c. 10. concluſ. 42. nu. 36. Sueus in d. exercit. 1. aſſert. 10. in fine.*

Diuerſa extant etiam iura, circa feudorum decidendas controuerſias, hac in regione vtriuſq; Siciliæ, vt ſunt Cōſtit. Frider. Imp., ſiue iura francorū, & quædā alia huius Regni, Regum capitula, quēadmodū & Regis noſtri Immortalis memoriæ Auſtriaci gratiæ, quæ ità legis vim habent, vt omnibus alijs iuribus, hoc in Regno præferenda ſint, quæ pro vt occaſio exquirat repetenda erunt, Iura Francorum, quę ſcilicet in Regni conſtitutionibus leguntur, & in omnibus ferè feudis, & Regni quaſi partibus obſeruantur, vt *Camill. de Curte teſtatur*, d gratiæ, nempè, quæ in capitulis, atque priuilegiis huius fideliſſimè Ciuitatis à Rege conceſſis, & in pragmaticarum corpore impreſſæ ſunt.

d *Cam. de Curte reſol. feud. cap. 1. nu. 6. iuncto late Ant. Cannetio ſiculo Iur. Conſ. dicente ex conſuetudine vetuſta francorū iuribus in Regno Sic. viui in Sic. extrauag. ſi aliquem enarratione in ſumm. nu. 1. fol. mihi 215.*

Et hæc ſint, quæ pro feudalium iurium compilatione, & authoritate indaganda erant, & quidem ad eſuberantiam.

---

# DE FEVDI Etymologia,

## Rub. 3.

### VISIO QVINTA.

A

Feudū à fide etymologatum dici euenit, & quidem, feudi formalem eſſentiam fidē eſſe dicimus, eiuſdē tamen nominis originē, Germanis, ab eorum voce, *faida*, fidem ſignificante remotè adſcribimus, Longobardis verò, ab eorumdem verbo, *fede*, fidem quoque ſonante, vt proximè in Italiam feuda ferentibus, dictam feudi nominis originem adiudicamus.

B C D

ELV-

A

# ELVCIDATIO.

FEudis operam daturum, priùs noſſe oportet, vndè nomen feudi deſcendat iuxtà *Vlpiani* exemplum. *a* Etymologiam feudi circà, varias eſſe DD. opiniones, non ambigitur, etenim (quidam nomen hoc à *faida*, & quidē non ab rè deſcendere repetunt, vt doctiſſimus *Cuiacius* ſectatur, *b* idemque nomen, Germanorum apud linguam bellum ſignificare dicit, nimirum, quod feuda bellorum occaſione, à militibus accepta ſint, quem ſequuntur *Iacob. Columbus*, *Camerarius*, *Ferrarius*, *& alÿ*, *c* ſed hāc tamen etymologiam reprobat *Georg. Adam.* *d*

B Similiter, (& alij dicunt, à verbo, *fœdere*, eò quod vaſſallus, & Dominus initio interſe fœdere ad mutuam fidelitatem præſtandam ſe aſtringant, per ea, quæ in conſuetudinibus feudorum notantur, *e* cuius opinionis fuerunt *Marinus Freccia*, *Sonsbech.*, *& alÿ.* *f*

Quemadmodum (*à fungendo*, ideſt à germanico verbo dicto, *fuden*, ſiue *Ein Dogt*, ſecundum *Ioachinum Beuſt.* *g*

C Sicuti (quidam à verbo germanico, *Leben*, quò nomine feudum apud germanos dicitur, quod non à voce alia illa germanica, *Levt*, *ſeù à leudis*, *ſiue leadibus*, vt quidam opinantur, ſed à verbo *Lenhen.*, ſeù, vt Saxonica lingua habet *Lehnen*, quod ſignificat cōmodare, in mutuū vel præcariū dare, & vtendū fruendū, quid alicui beneuolè concedere, vt *Dam. Mem. Petrus Heig.*, *Schultzen.* & *alÿ* ſectantur. *h*

Quidam (vlteriùs voluerunt, feudi etymologiam deducere à vocabulo, *leut*, quod hominem ſignificat, nimirùm, quod facto aliquo vaſſallo, videatur effectum eſſe hominē eius, qui feudum dedit, vt per quā doctus *Cuiac.* ſcribit, idemque dicit *Vult.*, *i* dicens hoc fictum fuiſſe à nonnullis; ſicuti & alij à *Vacelleto*, ſeù *Vasleto*, quod miniſtrum ſonat deducunt, de quibus habes apud *Hattyler.*, *k* quēadmodum, & alij, alijs à vocibus germanicis deducunt, de qui-

1 (Feudum à Faida dici quidam [illegible]unt.)

2 (A verbo fœdere, quidam alii feudi vocē deſcendere dicūt.)

3 (Similiter à verbo fugendo.)

4 (Quidam alii à verbo germanoLehen.)

5 (Sicuti, & alii à vocabulo Leut feudi etymologiam repetunt.)

a *Vlp. vid. in l. 1. PP. de iuſt. & iure iunctis Paul. in l. 1. PP. de acquir. vel omitt. poſſ., & I.C. in l. 1. PP. de tutelis., & Iuſtin. Imp. in princ. Element. iur. de tutelis, & in §. eſt, & aliud elementor de donat., & in §. vlt. elementor. de fideicom. hæreditat., & I.C. in l. 1. PP. de donat. in l. 1. de tranſact. in l. 1. PP. de pactis in l. 1. de proc. in l. 1. de contrab. empt. in l. 1. de teſtam. in l. 1. de mortis cauſ. & c. in l. 1. de probationib. in l. 1. §. dolum de doli except. in l. 1. de capit. diminutione in l. 1. de adult. in l. 1 de aqua pluu. arcend. Iuncto eodem Iuſtin. in libris elementorum omnibus in primordijs titulorum Mantic. de tacit., & ambig. lib. 23. tit. 1. n. 1. vbi loquenti abſurdū eſt propriam vocem ignorare, & priùs terminare, quam terminos intelligere ſecundum Iuris Conſul. reſponſū in l. 9. C. de Trāſ. & ex alijs iurib. ibid. n. 2. Vult. de feud lib 1. c. 6. nu. 2. dicens argumentū ab etymologia cū ipſa dignoſcitur fieri poſſe de quo argument. vid. latè eſt Iaſon. in l. mutuum damus § appel. n. 3. PP. de reb. creditis, & in l. 1. vbi comm. repetentes PP. de acquir. poſſeſſ. illudq; argumentum ab etymologia validum eſſe in iure teſtatur Ant. Fab. lib. 8. Cod. tit. 6. pag. 71. col. 2. defin. 13. n. 4. in alleg.*

b *Iacob. Cuiac. in princ. com. de feud.*

C. *Iacob. Columb. in c. 1. qui feud. dar. poſſ., Camer. in c. 1. de proibit. feudi alienat. per Frid. Ferrarius pr. de feud. 1. Hotomanus in diſp. c. 1. verſ. quæ cum ità ſe haberent Odofred. in Summa vnde dicatur feud. circa finem Hermann. Vult. 1. de feud. cap. 2. n. 2., quod quidem probat ex cap. 1. de noua forma fidelit. dicens quamuis non omnia feuda dentur militie, aut ſeruitiorum præſtandorum cauſa pleraq; tamen ſunt eiuſmodi, atque inde feudum interdum etiam rectè ex eò dicitur feudum.*

D

d *Georg. Adam. in Syntagm. iur. feud. cap. 2. Aphoriſ. 1. n. 5. circa medium.*

e *Conſuet. feud. not. in c. 1. §. finali de forma fidelit.*

f *Marinus Frecc. de ſubfeud lib. 1. in princ. n. 53. & 54. Zaſius in epit feud. p. 1. n. 2. et in l. 2. n. 22. in princ. de orig. iur. Sonsb. d. f. p. 2. n. 23. Hannett. 1. de feud. 2. Marin. de feud. tit. 16. n. 2.*

g *Ioach. Beuſt. in l. admonendi PP. de iur. iurand.*

h *Petr. Heig. p. 1. q. 2. n. 68. Schultz. in c. 2. Synopſis feud. n. 9. Georg. Adam. in c. 2. Aphoriſ. 1. nu. 8. Peritiſſimus Cuiac. lib. 1. de feud. in proœm. quem ſequit. Hermann. Vult. in d. c. 2. nu. 4., Odofred. in ſumma vnde dicatur feud. ſupra cit.*

i *Cuiac. in princ. comm. de feud. iuncto Vult. ibid. cit.*

k *Hattyler in analaſi iur. feud. cap. 2.*

Digitized by Google

quibus videre eſt, apud *Georg. Adam.* l

A

6 (Authoris ſententia circa feudi etymologiam nempè à fide feudũ, dici quæ fides feudi forma eſt,)

Equidem (feudi etymologiam, ex *Oberti de Orto* dictis deducendã puto, nempe feudum à fide, quæ forma, & eſſentia feudi eſt dici, m feudi namque ſubſtantia in fide, ſeù fidelitate conſiſtit, adeòq; vt in omni feudo fides neceſſaria requiratur, quod quidẽ omnes apud feudiſtas dubio caret, cũ ex ipſius feudi forma deducta dicta etymologia ſit, atq; ipſius naturæ, & nomini, quã optimè cõueniat, vt *Iul. Clar.*, *et alij* fatentur; n Rei naturæ, quia fidelitas ſubſtantiale ipſius feudi eſt, vt *Adamus* ſcribit, o quæ quidem forma feudi, ex qua nomen hoc deductum dicitur, eſt, quæ cuique dicitur dare ſuum nomen, & eſſe, atque hoc ità cenſerunt *Iſernia*, *Bald.*, *Ardiz.*, *& alij*. p

B

Nominis fidei ab interpretatione, exinde dicas nomẽ hoc, feudũ inductũ fuiſſe, ſcilicet à fide, ſyllabis feudi nominis coherẽs, quia eſt argumentatio à nominis interpretatione, vt diximus, & ex I.C. patet, q cùm aliquando vocis proprietas, rei quiditatem ſignificet, vt *Iur. Conſ.* inquit, r prout eſt in verbo, fides, reſpectù nominis feudi, vt affirmant *Vulteius*, *& alij*, ſ ſicuti & in fideicommiſſo, vt *Azzo* teſtatur, t ſimiliter & in fideiuſſione, vt idẽ *Azzo* ſcribit, v cũ fidelitas, ſit feudi proprium ſubſtantiale, vt *Afflictus* conſonat. x

7 (Fidelitas pacto vaſſallo remitti poſſe, qualiter intelligendũ.) C

Vnde (dicimus fidem pacto remitti, non poſſe, cùm conuentione rei ſubſtantia commutari nequeat, argumento eorũ, quæ apud I. C. *per DD.* notantur, z & licet aliquando poſſit quodammodo feudum, ſine fidelitate eſſe, hoc eſt ſine fidelitatis iuramento, non poteſt eſſe tamen, ſine fide, cũ à fide nomẽ, & eſſentiam feudũ habeat, & fides ſit illius pars intrinſeca ſubſtantiæ, iuramentum verò extrinſeca pars, & idcircò remitti poteſt, vt ex conſuetudinibus feudorum probat *Hattyler.* a

Quæquidem etymologia, nempe feudum à fide deducendum eſſe, eò magis probatur, quia, etiam Longobardos apud feudorum authores, *fede*, dicebatur fides, & ab hoc verbo, *fede*, commodè feudum tantum, vna vel altera littera adiecta deriuari poteſt, vt *Io. Niell.* diſplicat. b

Rectè igitur vaſſallos fideles appellari, apud conſuetudines feudorum, c & ità ſolitum eſſe, vulgò per Dominos vaſſallos

D

l *Georg. Adam. in d. c. 2. Aphoriſ. 1. per totũ.*

m *Obert. de Ort. vid. in c. vnico §. ſed etiam in fin. per quos fiat. inueſt.*

n *Iul. clar. §. feud. q. 5. Schneid. de feud. p. 1. n. 18., Schrad. de feud. p. 2. c. 2. nu. 4. Vvſenb. de feud. c. 1. Roſenthal. de feud. c. 1. concl. 6. n. 3.*

o *Georg. Adam. d. c. 2. num. 5.*

p *Iſer. in cap. 1. §. huius autem n. 9. ex quib. cauſis feudum amittatur Bald. in prælud. feud. n. 7. Ardiz. de feud. cap. 4. Afflict. in prælud. num. 39., Blanc. 1. de feud. c. 1., Curtius iun. p. 1. q. 7. Sonsbech. de feud. p. 1. n. 33. Vvsẽb. d. c. 1. in princ. Borch. c. 1. nu. 1., Mozz. de orig. feud. n. 1. Heig. d. q. 2. nu. 66. & ſeq. eamque comm. eſſe DD. ſentent. teſtãtur Schrad. p. 2. c. 1. in fin., Clarus in d. §. feudum q. 5., Curt. Iun. de feud. conſtit. 21. num. 8. Rectiuſque hoc dici putat in princ. commentariorum de feud. Hattylerius in analis iur. feud. c. 2 lit. A.*

q *I. C. vid. in l. 2. §. appellata PP. ſi certũ petetur in l. vt Alphenus 87., & l. Tugurij 180. PP. de verb. ſignif.*

r *I. C. vid. in l. Athletas 4. §. calumniator PP. de ijs qui not. infam. & in l. 1. PP. de teſtam.*

ſ *Vvlt. d. c. 2. n. 1. Paris de Puteo in tract. de reintegr. p. 1. n. 1.*

t *Azzo in ſumm Cod. de fideicom. n. 2. in fin.*

u *Azzo in C. de fideiuſ. n. 5. & de hac re vid. Balzaran. in tit. per quos fiat. inueſt. n. 11. iuncto Mattic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 1. n. 3.*

x *Afflict. deciſ. 267. n. 2.*

z *I. C. vid. in l. cum precario 12. vbi DD. PP. de precar. Duaren. in tract. de feud. c. 2. n. 3.*

a *Hattyler. in Analis iur. feud. cap. 2. lit. A. iuncto Schultzen in Synop. iur feud c. 2. n. 6.*

b *Io: Niell. diſput feud. th. 6. lit. A. iunctis Obrecht. in tract. feud. lib. 1. c. 4. nu. 7. Georg. Schultzen. d. c. 2. n. 8. Vvlt. dicto c. 2 n. 1.*

c *Conſuet. feud. vid. in capit. vnico de content. inter Dominum, & fidelem, & in alijs capit. feud conſuet.*

Digitized by Google

A los ſcribi dicunt *Schn.*, *& alij d*, quia ſcilicet Domino ſuo fidem promiſſam ſeruare, & erga eum in dictis, & in factis, hoc eſt in ſermone, & opere, fideles eſſe debeant, vt *Mozz.* not. *e*

Tandem pro omnium opinionum circà feudi nominis etymologiam concordia.

8 (Opiniones ff. omnium variæ feudi etymologiam circà, cócordantur.)

Dico, ſi feudi nominis originem, ſeù etymologiam primariò, & remotè conſideremus, & certè quidem, à Germanicis loquutionibus repetẽdam dictam etymologiam eſſe videtur, ſcilicet à Germanico Verbo, faida, fidem ſonante, ſeù bellum iuxtà *Cuiacij* ſententiam, in quò fidei cuſtodia præcipua eſt, dum ipſi Germani cauſa remota & primaria feudorum introducens fuerunt, ſecundum ſenſum, quo ſupra alloquuti fuimus.

B Vel ſecundariò, ſiuè proximè, & certa ſententia eſt, à Longobardis feudi nomen exhauriri, à verbo ſcilicet longobardico, fede, fidem ſignificante, quemadmodum ſi etymologiam feudi quæramus, ſecundum tradita per conſuetudines feudales, certum eſt, à fide feudi nomen repetendum eſſe, vt ſupra, ex pluriũ authoritate probaui, quibus ex ciuiliſtis *Carolum Tappia*, cum DD. ſequela ab ipſo relatorum, & *Cardinalem Mantic.* addas. *f*

9 (Fides à Vaſſallo ergà dominum ſeruanda, ex qua ratione, & quanam ſit).

Fidem autem, (de qua hic ſermonem peragimus) per excellentiam in feudis cõſiſtere habere dicimus, in quibus Dominus Vaſſallo, perſonam, honorem, & bona in totum commiſit, vt apud conſuet. feud. notatur, & iſta eſt fidelitas, quæ in feudis per iuramenta ſpoponditur, vt in eiſdem conſuet. notatur, *h* exinde fidem, de qua hic, non intelligas illam, quæ naturali ex conuentione omni in contractù ineſt, qua in omni quod agimus alienam ſequimur fidem, quæ in fide conſiſtat, vt apud I.C. legitur, *i* quam quidem ab omnibus naturaliter obſeruandã recenſent auctoritate *Pontificum*, *& I.C.*; *k* ſermonem namque agimus de fidelitatis fide, quæ eſſentialiter in feudis ineſt, vt *And. de Iſer.* fatetur, *l* quæ nõ intelligitur obſeruari, cũ fidelitatis iuramentum pręſtatur, ſed cùm operis obſequium impletur, vt in c. f. not.; *m* Cumque promittatur, ex debito adimpleri opere pretium eſt, vt apud *Summ. Pontif.* legitur, *n* hinc eſt neganti fidelitatem præſtare, feudo inueſtiri non poſſe, nam in feudo bona fides, pluſquam in alijs contractibus per *Imperatorem* requiſita, *o* exquiritur, cùm feudum rectum principaliter ob fidelitatem detur, vt apud C. F. videre eſt, *p* licet aliquando concedentis ex conſensù, ante feudi conceſſionem, poſſit feudum dari, abſque eò, quòd fidelitas feudo inhęreat, ſicque

D re-

d *Schneid. de feud. p. 1. n. 20. ſub fine Roſenth. in Synop. feud. c. 1. conc. 6. n. 6. in not. lit. I. Geor. Adam. ibid. cit. num. 7. Libor. Hattyler. in analyſi iur. feud. c. 2. lit. A.*

e *Mozz. c. 1. de feud. n. 4. iunctis Iul. Claro, qui com. feudiſtarũ ſententiã eſſe atteſtatur in §. feud. quæſt. 5. & Iac. de Ardiz. in ſum. feud. c. 4. Bald. in præl. feud. nu. 7. Aluar. in proœm. lecturæ ſuæ, nu. 9. Iaſon in prælud. feud. nu. 28. Connan. lib. 2. cõmen. iur. ciuil. c. 9. nu. 6. Schr. in tract feud. p. 2. c. 1. n. 4. Vult. lib. 1. de feud. c. 2. n. 1. & ſeq. Roſ. in ſynop. feud. c. 1. cócl. 6. n. 3 cũ allegatis ab ipſo Borcholt. in cõmẽt. de feud. c. 1 n. 1. Illuſtr. Iac. Cuiac. in princ. comment. de feudis.*

f *Carol. Tap. in l. beneficiũ 2. PP. de conſt. Princ. Mant. de tac., & ambig. lib. 23. tit. p. n. 6. & 7.*

g *Cõſuet. feud. not in c. 1. de nou. form. fidelit.*

h *C. F. vid. in cap. 1. quid pręcedere debeat.*

i *I. C. vid. in l. 1. PP. ſi certum petetur.*

k *Sũ. Põt. vid. in c. 1. et i c. qualiter de pact. I. C. vid. in l. 1. PP. de pact., et in d. l. 1. PP. ſi certum petetur, & in l. 1. in princ. PP. de conſt. pecunia Bald. in prælud. feud. n. 7. Mant. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 1. n. 4. et 5.*

l *Andr. de Iſern. in tit. quæ ſit prima Cauſa §. porrò 8. colum.*

m *C. F. vid. in c. 1. quid pręcedere debeat.*

n *Sum. Pont. vid. in cap. qualiter de pactis Franc. Card. Mantic. ibid. cit. n. 6.*

o *Imp. vid. in l. bona fides Cod. de act. & oblig.*

p *C. F. vid. in cap. 1. per quos fiat. inueſt.*

Digitized by Google

A

remitti à Principe, & feudum fidelitate priuari, vt in vſibus feudorum habemus, *q* illud tamen feudum, abſque fide conſtitutum, improprium dicatur, vt in iurium feudalium compilatione legitur, *r* cum propriè feudum dici nō poſſit, niſi hoc expreſsè Dominus voluerit, vt *Gratianus* affirmat. *ſ*

Eò namque Caſu, quo feudum ſine fidelitate conſtituitur, in aliam contractus ſpeciem tranſire videtur, cum ab eius proprio tranſcendat, hinc eſt feudo taliter conſtituto, abſque ſcilicet fidelitate, pro ſeruitio tamen annuus cenſus ſoluendus, magis emphyteuſis intelligenda erit, quàm feudum, vt *Alexander, & Afflict.* probant; *t* Cuius ratio, ea nimirum videtur, quia cùm fides de feudi forma, & ſubſtantia ſit, vt diximus, & *Vulteius* confirmat, *v* ſicq; cōnumeratur fidelitas inter ſubſtantialia feudi, ita quòd ſic videatur ineſſe, vt & ſi non exprimatur, intelligatur tamen ipsò iure in feudo appoſita, vt *Iſernia* affirmat, *x* cùmque naturalis ratio, formę, & origini ſuæ cohęreat, vt *Baldus* dixit, *z* & alia, quæ non cadunt ſecundum naturam, ſed præter, accidentalia ſint, vt eſt ſeruitium, quod poteſt eſſe, & ab eſſe, abſque ſubiecti corruptione, *Bald.* ſupra cit.; Pro, vt quoque, quid extrinſecum eſt à feudo releuium, medietas fructus anni, deductis expenſis, atq; oneribus; per mortem inductū in feudi ſuceſſore, & hæredé, vt *Iſer.* noſter diſplicat *a*; à feudo igitur fide ſublata, feudum, eſſe proprio priuabitur, vna cum expreſſionis eſſentia, & licet dicatur feudum, quod abſque fide conſtitutum eſt, non tamen de proprio intelligitur, nam licet aliquid de aliquo nomine prædicetur, quod prædicari illius rei eſsētiæ, taliter denominatæ implicat, nō tamē propoſitio illa præiudicat, cōſtituendo ſcilicet, quod improprīū ſua natura eſt, proprium, vt patet in dote promiſſa; quę dos dicitur, vt apud *Imperatorem* patet, *b* non tamen, per hanc ſimplicē prædicationē, in eſſe dotis proprio, dos promiſſa conſtituitur, cum impropria dos promiſſa dicatur, nam, *rei traditio, non ſcriptura dotalis inſtrumenti dotē conſtituit*, vt *Imper.* animaduertit. *c* Ità, & à pari in caſu noſtro, & ſi tale feudum, abſque fide conceptum, feudum nominetur, non tamen de feudo proprio intelligitur, ſed de improprio, cùm fides ab illo, quæ eius eſſentia eſt, abſit. Quod autem ſupra annuimus, Principem licet impropriè, feudū, abſque fide alicui dare poſſe, antequam feudalis contractus conſtitutus ſit, intelligas, cum poſteà quàm ſub fide cōſtitutum fuerit feudum, non poſſit in contrarium paciſci, niſi feudi contractu in totum inualidato, alium improprīū feudalem contractum concipiendo, vt in conſuetudinibus feudorum notatur, *d* quòd ea ratio ſuadet, quia in rei ſubſtantiam paciſci nequit, ex argumento ſententiæ *I. C. e* Cuius argumenti illa ratio eſt, quia quotiès, aliquid proprij prædicamentalis naturam quæſiuit, non poteſt, niſi ſui

ipſius

10 feudū abſque fide conſtitutū, an in aliā contractus ſpeciem tranſire videatur; & nō feudū propriū dici poſſit.

B

C

D

q *Vſ. feud. vid. in c. 1. quæ fuit pr. cauſa &c.*
r *Iur. feud. Compilat. not. in cap. 1. in fin. per quos fiat inueſtit., et in cap. 1. §. 1. in fine, quæ fuit prima cauſa &c.*
ſ *Grat. conſ. 9. n. 120. in fin. lib. 1.*

t *Alex conſ. 9. n. 7. lib. 5. Afflict. in c. 1. §. ſed nec eſt alia in fin. quæ fuit prima cauſa &c. iunctis alijs relatis à Mantic. lib. 23. de tacit. tit. 1. n. 10.*
v *Vulteius de feud. lib. 1. cap. 6. n. 1.*
x *Iſer. in §. quidam tamē, n. 8. cir. mediū de cōt. inter maſcul., & fęmin.*
z *Bald. in c. cæterū poſt nu. 11. de indic.*

a *Iſer. in §. ſed & plures n. 21. per quos fiat inueſt. iuncto Balzarano ad §. ſimiliter, de Cap. qui curiam vendidit.*

b *Imp. vid. in l. 1., & fin., & tot. tit. Cod. de dotis promiſſ.*

c *Imp. vid. in l. 1. C. de dote cautà non numerat.*

d *Cōſ. feud. vid. in c. vnic. §. nulla per quos fiat inueſt., et in c. vnico, §. 1. verſ. in vſib. feud. tit. in quib. cauſ. feud. amittat.*
e *I. C. vid. in l. ex prę cario PP. de precib. Pariſ. de Puteo de reintegr. feud. in princ. n. 1.*

Digitized by Google

A ipſius extintione poſita, prædicamentale illud amittere; dùm apud Peripateticos vulgatum principium illud eſt, quod proprium prædicamentale alicuius eſt, illius eſſentiale eſt, & dùm eſſentiale hoc proprium predicamentale eſt, abſque ſubiecti corruptione inuariabile profitendum erit, cùm eſſentiæ, ſecundum Peripateticorum magriſtrum *Ariſtotelē* inuariabiles ſint; Igitur quando feudum intrinſecè in eius propria natura eſt, ſcilicet in fide, ſeù in promiſſione fidelitatis per iuramentum, quod fidem continet, vt in conſuet. feud. not., *f* non poteſt hoc proprium naturale, & eſſentiale ab illo abſtrahi, niſi corruptione ſubiecti, ſeù ipſius feudi ſuppoſita, nēpe, quod feudum à propria natura diſtrahatur, ad feudi eſſe improprium tranſeundo.

B 11 (Feudum propter ſummam, & ſincerā fidem, quę inter Dominum, & Clientem obſeruāda eſt, dicitur.)

Inde eſt, dùm fides in feudo eſſentialiter ineſt, feudum non ab re dici, propter ſummam & ſinceram fidem, quæ inter Patronum, & Clientem ſeruari debet, vt in ſimili *Gloſa Pariſienſ.* docet, cùm illius ſubſtantia fidelitas ſit eadem *Gloſ. Pariſienſ.*, *g* ſicque optimè dicitur feudum principaliter in fide conſiſtere, ſecundum notata in Conſ. feud., *h* qua enim fide, ex feudi natura, ad multa miles obligatur, vt in feudorum Conſuet. legitur. *i*

Reciprocam eandem fidem, ſicuti per Vaſſallū Domino obſeruandam dicimus, ità & per Dominū Vaſſallo cuſtodiendam conſuet. feud. præcipiunt. *k*

Et hæc de feudi etymologia proponere ſufficientia ſint.

C

f *Conſ. feud. vid. in c. 1. de noua forma fidelitatis Paris de Puteo ibid. in procem. n. 2.*

g *Gloſ. Pariſ. poſt n. 2. t. 1. §. 7. pr. nu. 168. & tit. 2. §. 52.*

h *Conſuet. feud. vid. in cap. ſi minori ſi de feud. defunct. mil. contr. fuer.*

i *F. C. in tit. de forma fidelitatis, & de noua forma fidelitatis, quā de natura feudi dixit eſſe Theſaur. queſt. for. 38. n. 1. & in quibus fides ſpectetur vid. Vult. d. c. 6. n. 11.*

k *Conſ. feud vid. in c. 1 qualiter Dominus proprietate feudi priuetur.*

---

# DE FEVDI definitione.

## Rub. 4.

D

## VISIO SEXTA.

FEudum eſt vſusfructus quidam perpetuus, rei immobilis, vel æquipollentis ſub fidei conditione.

### ELVCIDATIO.

OMnis diſputatio, cùm de feudis futura ſit, feudum idcircò, ſecundum Peripateticas, bonæ definitionis regulas definire mihi erit, cùm omne, quod à ratione de ali-

qua re ſuſcipiatur, eius inſtitutio debeat à definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id de quo diſputatur, vt latinæ eloquentiæ magiſter *Cicero* docuit, & *I.C.* ſcripſit. *a* A

Equidem, vt definitionem iſtam feudi rectè, & ſecundum propriæ definitionis logicas regulas cõponere valeam, dignoſcere priùs mihi eſt, quid definitio ſit, & qualiter ab etymologia diſcriminetur, atque inſimul, ex quibus recta definitio componatur.

Differt quidem (definitio ab etymologia, cùm definitio, rerũ eſſe intrinſecum, ſeù rationem eſſentiæ oſtendat, etymologia verò, ſolùm nominis ſignificatum diſplicet, & ſi aliquando etymologati ſubſtantiam explanet; Aliud nãque eſt nominis ſignificatio, aliud verò rei eſſentia, vt per ſe patet, & ex *Salomonio* in iure probatur. *b* 1 (Definitio ab etymologia in quo differat.) B

Similiter (differt definitio à propoſitione, cùm enunciatio, aliud non ſit, niſi oratio elucidatiua veri, vel falſi, definitio verò eſt oratio, rei eſſentiam ſignificans, quæ vt ſecundùm regulas ſit, ſuo cùm definito conuerti debet, quæ quidem conuerſio triplex eſt, ſecundum *Signorolum de Homodeis*. *c* 2 (Definitio à propoſitione, in quo diſcriminetur.)

Definitio (namque, cùm ad rerum ſubſtantialia dilucidanda introducta ſit, conſequens ſit, quod cùm componitur ex ſubſtãtialibus definiti conſtitui debeat, vt in iure *Iacob. de Nigr.* fatetur, *d* inde omne quod in re definita, ſubſtãtialiter ineſt, in definitione dilucidè legendum eueniat, ſicq; ipſum definitum clarè contineat, ita vt quando dicam definitionem, ipſum quoque definitum, cum correlatiua ſint, repetam. 3 (Definitionis officium quod ſit, & quænã requirat, vt definitio bona ſit.) C

Vt ſit clarior quòque, ſuo definito, bonę definitionis compoſitio exquirit, vt in iure *Bulgarinus de Bulgarinis* refert, *e* cùm definitionis officium, definiti eſſe, verborum luce diſplicare ſit, & ideò dicitur definitio, quaſi rei definiendę, finitio, quę propria, & dilucida, imò clarior eius definitio eſſe debet, própria ſcilicet, vt non egrediatur ſuum definitum, ſed tantùm eius proprio definito conueniat, ita quòd cùm illo conuertatur, vt ex Ciuiliſtis *Ballionus de Nobilibus* affirmat; *f* quemadmodum, & breuis eſſe debet, atque genere, & differentia conſtans, vt *I.C.* expoſcit, *g* & *Aul. Gellius* teſtatur; *h* Omnis igitur definitio, harum regularum virium authoritate compoſita, recta quidem definitio erit, vt ex Iuriſtis *Federicus Scotus* comprobat. *i* D

Definitio, à verbo finio dicta? vtrum poſſit definiri, eò quòd definiens eſt, *Summuliſtis* altercari remittendo, cùm *Ariſtotile* tamen, eſſe orationem quandam breuem rei quiditatem explicantem dico, *k* quidquid contradixerit *Van Helmont.*, qui cõfutat *Ariſtotilem*, circà definitionibus rerum eſſentias indagandas. *l*

Genus autem (in definitione requiſitũ Peripateticè loquẽdo, *eſt quod prædicatur de pluribus ſpecie differẽtibus*, quod quidem 4 (Genus quid, & quotuplex ſit.)

dem

a *Cic. l. de offic. Iur. Conſ. vid. in l. filium eũ definimus 6. PP. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

b *Salomon. in repet. rubr. PP. de iuſt. & iur.*

c *Signor. de Homod. ſuper rub. PP. de vulgar. et pupillar. n. 3. iunćto Mantie. de coniect. lib. 1. tit. 4. n. 4.*

d *Iacob. de Nigr. ſuper rub. PP. de legat. 1. nu. 155.*

e *Bulg. de Bulg. ſuper l. 1. C. qui admitti n. 11.*

f *Ballion. de Nobilib. ſuper auth. ex cauſa, C. de liberis præteritis.*

g *I. C. vid. in l. 1. §. dolum PP. de dol. mal. & ex ore Ariſt. docet Bart. in l. 1. PP. de acquir. & amitt. poſſeſſ. & in l. 1. PP. de teſtam. gloſ. in l. omnis definit. PP. de regul. iur. Philip. Dec. in d. rub. de reg. iur. n. 5. gloſ. in l. nihil aliud eſt hæreditas, & in l. fin. PP. de verb. & rer. ſignific. Curt. iun. in PP. de iuriſd. omnium iudic. l. imperium n. 6. gloſ. in rubric. C. de Sum. Trinit. & fid. Cath. Iaſon. in rub. C. qui admitti, & in l. 1. PP. de acquir. poſſeſ.*

h *I. C. vid. in l. 1. §. dolum PP. de dol. mal. Aul. Gel. noct. act. lib. 4 c. 1.*

i *Fed. Scot. ſuper l. 11. §. 1. PP. ſi certum pet. num. 52.*

k *Ariſt. lib. 1. topicorum cap. 8.*

l *Van Helmont. in hortũ medicinę inauditę, in verb. logica inutilis.*

Digitized by Google

A dem, diuiditur in generaliſſimum, & ſubalternum, generaliſſimum terminus ille dicitur traſcendẽtalis, apud logicos, quia per omnia traſcendit vocatus, vt *Thomas Calanchus* affirmat, *m* huius termini nomen Res eſt per omnia, quę Pelago ſunt tranſcendens, quod generale nomen dicitur, vt *I. C.* reſpõdit, *n* ſunt quoq; alia nomina, quæ vt rei nomẽ per omnia tranſcedunt, vt ſunt *Ens*, *Verum*, *Bonum*, & alia, quæ omnia in voce illa per logicos compoſita ( *Reubaù* ) continentur; Generaliſſimum autem illud genus dicitur, quòd nullum habet ſupra ſe prædicamentũ, vnde nullius generis ſpecies eſt, prout quoque ſubſtantia eſt, vt præter Peripateticorum authoritatem, cùm de iure ſcribere mihi ſit, ex iuriſtis *Bartolus* affirmat. *o*

m *Thom. Calanch. ſuper rub. PP. de vulgar. & pupil. n.* 12.
n *I. C. vid. in l. rei appellatio* 5. *& in l. rei appellatione* 23. *de verb. ſignific.*

o *Bart. in l. legato generaliter in princ. PP. de legat.* 1.

B Subalternum genus, quia alteri prædicamento ſubalternatur, ſubalternum dicitur, quòd quidem licet reſpectù ſui, & eius ſpecierum genus ſit, verũtamẽ reſpectù alterius generis ſuperioris ſpecies eſt, vt exemplum eſt in homine, qui licet ſit genus, quòd prædicatur de omnibus hominibus, tamen ſubalternatur generi animalis, vt ex magiſtrali *Gloſa* ferre eſt, *p* indefinitione autem quodcumque ex his generibus ſufficiens eſt, quatenus tamen magis congruè definito adaptatur, ſiuè generaliſſimum, ſiuè ſubalternum, non tamen extrà intellectum, cùm requiratur in definitione, genus fundamentum logicum habens, vt ex *Ciuiliſta Hier. Butigell.* proponere eſt. *q*

p *Gloſ. in* §. *ſed generaliter* 2. *element. iur. de legat. lib.* 2.

q *Hieronym. Butigell. ſuper l.* 1. *PP. ſi certum pet. n.* 12. *iuncto Franc. Card. Mantica de coniect. lib.* 1. *tit.* 4. *nu.* 2.

C 5 (Differentia logical quænam dicatur.)

Differentia autem in definitione requiſita, eſt ſpecificatio, quæ in definitione poſita vnum definitum ab alio dignoſcere, cùm generi apponitur efficit, ità quòd genus illud, de quo in definitione prædicatur, definito tantùm competat per differentiam illud ſpecificantem, vt *Baldus* edocet, *r* quæ autem differentia, ex ſubſtantia, non verò ex accidentibus definiti ſumi debet, vt *Bulg. de Bulgar.* denotat, *ſ* nàm cùm ſubſtantiam rei, differentia diſplicet, ideò à ſubſtantia, ſiuè ab eſſentia ſumi debet, cùmq; rerum eſſentiæ inuariabiles, abſque ſubiecti corruptione ſint, non debet differentia eſſentiam denotans ex accidentibus definiti, quæ poſſunt eſſe, & ab eſſe, abſq; ſubiecti extinctione, deſumi, cùm accidentia ſubſtantiam non mutent, neque conſtituant, vt *I. C.* reſpondit; *t* Verùm namque differre, ſecũdùm ſubſtantiam eſt, vt *Io: Hannibal.* dixit, *v* quibus enucleatis ad rectam definitionem feudo dandam, progrediendo.

r *Bald. in rub. PP. ſi certum petetur, nu.* 3. *quem ſequitur Hier. Butigell. in l. mutuum PP. cit. tit. ſi certum petetur.*
ſ *Bulg. de Bulgar. in l.* 1. *C. qui admitti.*

D

t *I. C. vid. in l. naturalem,* §. *apium PP. de acquir. rerum domin.*
v *Io. Hannib. ſuper rub. PP. ſolut. matr. n.* 191.

Varias feudi definitiones feudiſtæ tradũt, quarũ nõnullas proponere volui, vt meam tandem, viſis alijs rectiùs cõponere poſſim.

6 Definitio Feudi Ioãnis Raynaldi, proponitur & improbatur.

Primam igitur (feudi definitionẽ, referunt *Io: Rayn.*, *& Guliel. de Benedict.*, eamq; vt communem approbat *Iulius Clarus*, illamque *Iaſon*, vt meliorem amplectitur, nempè quòd ſit, *beneuola, & libera rei immobilis, vel equipollentis, cum vtilis dominij translatione, ſub fidelitate, & exhibitione*

*ſer-*

*ſeruitiorum*, x quam quidem,ob eius improbā orationē, ſalua tantorum virorū pace, admittendam eſſe, haùd quidem cenſeo,& ſi ità com. approbata ſit,ex quibus excipio *Iulium Clarum* cùm, & ſi illam ſequatur, tanquam com. approbatā, poſt definitionis ab *Afflicto* cōpoſitæ confutationem, z meliorem hanc ſecundam dixit eſſe, quàm primam *Afflicti*. A

x *Io.Raynald.in repet. cap. Imperialis de prohibit.feud.alienat.quem ſequitur.Gulielm.de Benedict.in repet.c.Raynutius,cōditione, & vxor. nom.Adeliſiam deciſ. 3. num.3.fol.88. colum.2. Iul.Clar.lib.4.ſent. §. feudum q.4. n.3. Iaſon in præludfeud.*

z *Afflict. in prælud. feud.n.69.*

Reijcitur dicta definitio, ex eò quòd feudum conceſſio non dicitur, cùm feudum contractus ipſe feudalis non ſit, vt latè infra probabimus, ſimiliter quia illa in definitione ſeruitiorum præſtatio inter feudi eſſentialia, illo caſu, quo ſeruitia accidentalia ſunt, aggregantur, feudum namque liberum, proprium feudum dicitur, vt *Feudiſtæ* animaduertunt, *a* ità quòd ſeruitia ipsò iure promiſſa, non cenſeantur, cùm de illis expreſſa mentio non ſit, vt ex *Iſern.* dicere eſt, *b* quòd tamen non intelligas de ſeruitijs, quæ fidei acceſſoria ſunt, nam illa naturā eorū principalis ſequuntur, iuxtà iuris regulam illam, *c* cùmque principale nempe fides de eſſentia feudi ſit, vt ſupra diximus, & *Afflict.* conſonat, *d* ideòque omne id quòd continetur in fide, & ex fide deſcendat, nempè ſeruitia ex fide debita, de ſubſtantia feudi erunt, & ad inſtar fidei, quæ inſeparabiliter feudis ineſt, quoque ſeruitia illa, ex fide exhaurientia eſſentialiter inſint, ſicq; illa ſeparari à feudis, neque variari poterunt, cùm de eſſentia ſint, quę ſua natura inuariabilis eſt, vt *Tiraquell.*, *& alij* loquuntur, *e* ſeruitia tamen, quæ ex fide non emergunt, remitti poſſe, ex *Iſernia*, & doctiſſimo *Cuiacio* certum eſt, *f* licet hæc ſententia contra non nullos ſit, dicentes ſeruitia, & ſi ex fide non exhauriantur, neque tamen remitti poſſe, de quibus *Hermānus Vulteius* videndus eſt *g*: Indubitatùm tamen eſt, ſeruitia de eſſentia feudi eſſe, ſimpliciter dici non poſſe, cùm, vt diximus, ſeruitium, quid accidentale feudi eſſe, & non eſſentiale: vnde dictam *Io: Raynaldi* definitionem reijciendam eſſe liquet. Hinc miror *Iaſonem*, qui non ſolùm dictā *Ioannis Raynaldi* definitionem ſequutus fuit, verùm etiam aliam, non eò minus imperfectam compoſuit, de qua illū adeas, dicentē omnes feudi definitiones ab omnibus DD. traditas, rectas eſſe, quòd quidem per ſe implicat, cùm plures vnica in definienda eſſentia definitiones admitti nequeant, vt *Ariſtotelis* axioma illud docet, & *DD. Ciuiliſtæ* comprobant. *h*

B C D

a *F.F. ſunt Bald. in prælud. feud. & Andr. de Iſer.in c. 1. in quib. cauſ feud.amitt.n.8.*

b *Iſer.in prælud. feud. in 6. iuncto Balzar. tit. f.23.ex quib.cauſ. feud. amitt.num.21. & ideò adoha, quæ in locum ſeruitij ſucceſſit,nō debetur, niſi promittatur D. Reg. Rouit. in com. ſuper pragm. 18. de offic. proc. Cęſ. n.4.*

c *Iur. regula vid. in c. acceſſorium de reg. iur. in 6.*

d *Afflict.dec.320.n.4.*

e *Tiraquel.in l.ſi vnquā verſ.donatio nu.336.C. de reuoc. donat. Panormitan.cōſ.82. n.7.verſ. valuerunt. ergo vol. 1., quod cōfirmat Menoch. conſ.65.n.33. lib.1.*

f *Iſer.in c. 1. in quibus cauſ.feud.amittatur Cuiac.in præfat.feud.*

g *Herm. Vult. 1. de feud.c.6.n.11.& ſeqq.*

h *Ariſt.lib.6.topic.DD. in l.omnis definitio PP. de reg.iur.*

Secunda definitio eſt *Afflicti*, *i* quæ nec deſcriptio dici poteſt, quam quidem cùm reprobet *Iulius Clarus*, eundem adeundum eſſe pro illa refutanda abitror. *k* 7 (Variæ feudi definitiones reijciuntur.)

Tertia definitio eſt *Iacobi Ardizonis*, *l* dicentis feudum beneuolam eſſe actionem, gaudiū tribuentem, cū exhibitione ſeruitiorum, per ea, quæ in conſuetudinibus feudorum notantur, *m* Quæquidem reprobatur, tùm quia feudum non eſt conceſſionis ille actus, nequè in illo conſiſtit, imò

i *Afflict.in prælud.feud. n.6.*

k *Iul.Clar.in d. §.feudum quæſt.4.*

l *Iacob. Ardiz. in ſum. de feud. quem ſequitur Bald.in procem.feud.n.8*

m *Conſuet.feud. vid.in c. 1.in quibus cauſ. etc.*

ab eo

Digitized by Google

A ab eò feudum diuiſum eſt, tùm etiam quia feudum non ſolum gaudium, quòd extrinſecum eſt, tribuit, verùm alia eſſentialia, quæ in ſe continet, vt inter cętera præcipua custodiendæ fidei obligatio eſt, vt per ſe patet.

Quartò, neq; amplector illã definitionẽ, per *Iacobũ de Belu*, traditã, *n* quòd ſit cõceſſio rei facta prò Homagio, vel aliquo honeſto ſeruitio, cùm vtilis dominij tranſlatione, cùm confutandam eſſe pateat, ex eò quòd feudum, vt dixi conceſſio nõ eſt, ſimilitèr quia ponitur in illa ly verbum rei, quòd verbum omnes res comprehendit, dùm generaliſſimum nomen, atque traſcendentalis terminus dicitur, etiam mobiles recomprehendens, in quibus quidem feudum cõſtitui nequit, ſicque non denotatur ratio differentiæ, in illo genere poſito in dicta definitione; Quemadmodum,
B cùm homagium de eſſentia feudi non ſit, imò accidens, quòd poteſt eſſe, & abeſſe, ità quòd feudum ſine homagio, proprium feudum dicendum ſit, vt in conſuet. feud. notatur, *o* immò antiquo tempore homagia in vſu non erant, vt optimè *Iaſon* ſcribit, *p* inde fit non poſſe in definitione feudi, in qua de feudi eſſentialibus loquendũ eſt, homagium, quòd accidens eſt, inter eſſentialia vniri.

Quintò, nec *Oberti de Orto* definitio placet, & ſi illam ſequantur *Bald.*, *Iaſon*, *Aluarotus*, *Afflictus*, *Vueſenbecius*, *Iulius Clarus*, *Dom. Reg. Franciſcus de Ponte*, *& alij*, *q* cùm illa potiùs feudi deſcriptio dicenda, quàm definitio
C ſit, vt in ſe reuerſus dixit *Bald.*, quem refert, & ſequitur *Curtius Iun.*, & ità voluit *Vulteius*, *r* dicens, dùm feudum beneficium dicitur, definitum dici non poſſe ab *Oberto* per verbum beneficium, ex eò quòd definitũm per eadem definiti verba definiri nequeat.

Sextam, *Duareni* definitionem nec probandam eſſe adſtipulor; *ſ* dicentis, feudum eſſe rem immobilem, quæ fidei, vel obſequij gratia certo modo fruendi, alicui conceditur, quęquidem definitio, cùm feudum definire non videatur, verumtamen rem, quæ in feudum datur, ſicque materialiter feudum definit, non verò formaliter, ſeù vt feudum reduplicatiuè eſt, ſiuè pręciſiuè à rè feudali.

D Nec ſeptima *Iacobi Cuiacij* definitio feudum propriè definire videtur, *t* dicentis, feudũ eſſe ius prædio alieno in perpetuùm vtendi fruendi, quòd prò beneficio dominus dat ea lege, vt qui accipit ſibi fidem, & militiæ munus aliudue ſeruitium exhibeat, in qua quidẽ definitione cùm ſeruitia, & militiæ munus pro feudi eſſentia ponãtur, iure reiciendã eſſe patet, nam de feudi eſſentia ſeruitia, vt diximus, non ſunt.

Octauam *Hotomani* quoq; definitionẽ, cõfutandã eſſe iure aſſumo, *v* dicentis, feudũ eſſe Clientelã militarẽ, ea lege cõtractã, vt Cliens pro beneficio accepto militarẽ operã præbeat, viciſſimq; Patronus ſuam illi fidem, & beneuolentiam præſtet, quæ quoque ex eò reijcitur, quia feudum, vt contra-

n *Iacob. del Beluiſ. in princ. de feud. quem refert, et ſequitur Paris de Puteo de reintegr. n. 4., et 5.*

o *Conſuet. feud. not. in c. vnico, §. nulla per quos inueſt.*

p *Iaſ. in prælud. feud. num. 7.*

q *Obert. de Orto vid. in cap. 1. in fin. in quibus cauſ. feud. etc. Bald. in prælud. feud. Iaſon. ibidem, Aluarot. cap. 1. ex quib. cauſ., de Afflict. in prælud. feud. num. 69. Vueſenb. in c. 1. in quibus cauſ. &c. nu. 2. Iul. Clar. in §. feud. quæſt. 4. Dominus Reg. Franc. de Ponte lectur feud. 1. num. 27.*

r *Bald. in c. 1. §. 1. per quos fiat inueſtit. Curt. Iun. in tract. de feud. c. 7 q. 6. num. 30. Vult. 1. de feud. c. 2. n. 5.*

ſ *Duar. in c. 2. de feud.*

t *Iacob. Cuiac. in princ. coment. de feud.*

v *Hotoman. in diſput. feud. cap. 4.*

Digitized by Google

tractum definire videtur, vt patet, ex illis verbis (eâ lege contractam,) ſicque videtur qualiter feudum contrahatur explicare, non verò, quid feudum ſit definire: ſimilitèr reprobatur, quia operam militarem de eſſentia feudi ponit, eò caſu quò accidens eſt, vt ſupra diximus, quemadmodum, quia clientelam feudum dicit eſſe, quòd nomen omni feudo non competit, vt *de Benedictis* probauit. *x*

Nec deſunt tandē alij, alias definitiones feudo dātes, de quibus videre eſt apud *Petrum Nicolaum Mozz., Nicolaum Intrigliolum, Rittershuſ., Rudingerium, Bocerum, & alios, z* quas omnes hic recenſere ſuperfluum rectè arbitratus ſum.

Mea poſtremò ſententia eſt, ex dictis *Neotericorum Hermāni Vult., Io: Niell., & Geor. Schult. a* feudū ſequēti definitione rectè definiri poſſe, licet tamen eorum definitioni verbum, perpetuus, addam; itàut quemadmodum illi dixerint, *feudum eſt vſusfructus quidam rei immobilis, vel æquipollentis ſub conditione fidei*; mihi non ab rè dicere ſit, feudum ità definiri, *eſt vſus fructus quidā perpetuus rei immobilis, vel æquipollentis ſub conditione fidei*.

8 **Auctoris definitio Proponitur, diſplicatur, probatur, atque à cōtrarijs defenditur.**

Quam quidem definitionem iuris veritas, ſecundùm propriæ definitionis regulas compoſitam ſuadet.

Primò, namque, quia conſtat ex genere, & differentia, genus inquam per ly verbum vſusfructus, cùm non ſolum vſusfructus, feudo competat, & de feudo prædicetur, vt *feudiſta* proloquitur, *b* verùm etiam allodialium iuri vtendi, & fruendi ſalua rerum ſubſtantia conuenit, vt *Imperator, & I.C.* edocent. *c*

Genus autem in definitione poſitum, per verba differentiam ſonantia ſpecificatur; Vnde dicitur differentijs poſitis feudum de vſufructù rectè prædicari, vt *Borch.* ſcripſit. *d* Cùm non per aliud ly relatiuū, quidā, eſt additū, niſi vt ex illo inducatur, hic agi de ſpecificato, ſeù de ſingulari vſufructu, ſiuè iure quodam vtendi fruendi, quòd per omnia exinde idem cùm vſufructù in genere, qui eſt ſeruitus perſonalis allodialium rerum non ſit, vt *Io: Niell., & alij* fatentur, *e* cùm ab ipſo vſufructu feudum diſcriminetur, nam quemadmodum vſusfructus perſonalis ſeruitus ità eſt, vt cùm perſonæ peremptione perimat, feudum proprium de quò in dicta definitione loquimur, non quidem cùm perſona extinguitur, verùm cùm in perpetuùm concedatur, ideò perpetuus vſusfructus dicitur, vt conſuetudinum feudalium verba conſonant, *f* quòd itidem non eſt in vſufructù, cùm morte vſufructuarij extinguatur, vt apud *I.C. & Imperatores* legere eſt, *g* differt quoque ab vſufructù in genere feudale iſtud ius vtendi, & fruendi,

*x De Benedictis de teſtam. condit., & vxorē nomine Adelſiam dec. 3. fol. 889. n. 34., & ſeq.*

*z Petr. Nic. Mozz. in tract. feud. c. 1. nu. 5. & ſeq. Intrigl. cent. f. 1. per totam Obrecht. in tract. feud. lib. 1. c. 4. n. 12. & ſeq. Rittershuſ. par. feu. lib. 1. c. 3. q. 4. Ruding. controuerſ. feud. lib. 2. c. 3. per tot. Bocer. claſ. 1. diſput. 11. th. 9. & ſeq. Adam. tres aſſignās definitiones in ſyntag. iur. feud. c. 2. Aphoriſ. 3. Sueus exercit. feud. 2. aſſert. 1. Schoner. lib. 1. diſp. feud. t. 1. Arum. diſp. feud. 1. theſ. 23. Hattyler. in analys iur. feud. c. 23. Mant. de tac., & ambig. lib. 23. tit. 2. n. 2.*

*a Herm. Vult. 1. de feud. c. 2. n. 9. Io: Niell. diſput. feud. 1. th. 6., Georg. Schultzen. in Synops feud. c. 2. n. 11.*

*b FF. vid. in c. 1. in fin. in quib. cauſ. &c.*

*c Imp. vid. in l. 1. & toto tit. C. de vſufruct. et in §. 1. Elementorum Iur. lib. 2. de vſufructu I.C. videndi in l. 1. & tot. tit. PP. de vſufruct.*

*d Borch. de feud. c. 1. n. 3. quem recenſet. & ſequitur Hermann. Vult. ibid. quo ſupra cit. d. n. 9*

*e Io: Niell. diſput. feud. 1. th. 6. lit. B. Obrecht. tract. feud. lib. 1. c. 4. nu. 33., & ſeq.*

*f Conſuet. feud. viden. in c. 1. §. & quia vidimus in fine de his qui feud. dare poſſ. & in c. 1. in quibus cauſ. &c.*

*g I.C. in l. fin. cū cōcor. PP. de vſufruct. in l. neceſſariò §. finali PP. de periculo, & cōmodo rei venditæ Imp. vid. §. finali element. Iur. de vſufruct., & in l. finali C. de vſufruct. gloſ. in d. §. final. & in d. l. fin. cum concord. vbi vna voce DD. idem aiunt iunct. Imp. vid. in l. corruptionem C. de vſuf.*

A di, cùm feudum Vaſſallo concedatur ſub fidei conditione, quæ fidei conditio, cùm de feudi eſſentia ſit, vt ſupra probauimus, eſſentialiter rationem differentiæ illa verba, ſub fidei conditione, inter feudum, & vſumfructum in genere conſtituunt.

Et ex dictis ratio patet, cur verbũ, perpetuus, huic definitioni addere opus fuerit, .ſ. vt ſpecificaretur feudum in eſſentia vſusfructus perpetui, à genere vſusfructus, quòd regulariter temporale ad vitam conceditur, eodem quidem modo, quemadmodum per alia verba, ſcilicet ſub fidei conditione, ratio differentiæ conſtituitur.

B Neque dicas non eſſe neceſſarium ad feudi ſubſtantiam, quòd ſit perpetuum, ex eò quòd vaſſallus feudum refutare poteſt, vt in con. feud. legitur, *g* nam ex *Curtio iuniore* huic argumento optimè reſpondetur ex eò .ſ. quòd hoc vaſſalli fauorem reſpiciat, vt feudum perpetuum ſit, & ideò poteſt ei renunciare arg. eor., quæ in Iure Can., & Ciuil. notantur. *g*

Ratio rurſus cur in definitione, *Hermanni Vultei* verba illa rei immobilis, vel ęquipollentis, admiſerim, quia neceſſaria ad feudi definiendam eſſentiam conſideraui: cùm quemadmodum vſusfructus, etiam in rebus mobilibus, vt puta ſeruis &c., quoties tamen vſu non conſumantur, conſtituitur, vt præcipuè apud *Iuſtin. Imp.* legere eſt, *h*

C dicentem: ***Conſtituitur autem vſusfructus, non tantum in fundo, & ędibus, verum etiam in ſeruis, & Iumentis, & cęteris rebus, exceptis, quæ ipſo vsù conſumuntur, nam hæ res, neque naturali ratione, neq; ciuili vſumfructum recipiunt.*** & *I. C.* adeundus idem comprobans, *i* & licet veſtiſtimenta quædam in vſufructu data aliquando legantur, vt *I. C.* reſpondit, *k* nihilò tamen minus dicti *I. C.* ſententia non obſtat, nam de veſtimentis, quæ vſu conſumuntur non loquitur, verùm de illis, quæ perpetuò durant mentionem facit, in quibus vſusfructus conſtitui poteſt, vt magiſtralis *Gloſſa* docet *l*.

D Non ita tamen, cùm feudi naturam legamus, nam feudum non niſi in re immobili conſtitui poteſt, vt apud conſuet. feud. legitur *m* idcircò dicta *Vultei* verba differentiam conſtituentia inter vſumfructum in genere, qui etiam in rebus mobilibus conſtitui poteſt, atque vſumfructum in ſpecie. ſ. feudum, quòd non niſi in rebus immobilibus conſtitui poſſe receptũ eſt, requiri in dicta definitione conſequẽs eſt.

Feudi materia exindè non ab re res immobilis dicitur, vt in feudalibus vſibus legitur, ibi, ***in rebus ſoli, aut ſolo cohęrentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur,*** *n* eandemque feudi materiam latè *Schultzen* *o* diſplicat, eundemque proindè adeundum puto, cùm meum hic non ſit aliud, niſi definitionem proponere, illamque, vt rectam probare idcircò.

Poſteà quàm feudi definitionem propoſui, & quidem ex ge-

E nere

g *Conſ. feud. vid. in c. p. de vaſſ. qui cõtr. cõſt. Loth.*

g *Ius Can. in c. ad apoſtolicã de regul. & not. ius ciuil. in l. pen. C. de pactis, Curt. Iun. de feu. par. 1. q. 6. nu. 13. quem refert & ſeq. Mant. de tac lib. 23. tit. 2. n. 19.*

h *Imp. Iuſtin. vid. in §. conſtituitur element. Iur. de vſufruct. lib. 2.*

i *I. C. vid. in l. ſtatuæ §. 1. PP. de vſufr. etc.*

k *I. C. vid. in l ſed, & ſi quid § veſtimentorũ PP. de vſufruct.*

l *Gloſ. in d. §. conſtituitur verbo veſtimenta.*

m *Conſuet. feud. not. in cap. 1. §. ſciendum de feud. cognit.*

n *Vſ. feud. vid. in cap. vnico, §. fin. de feud. cognit.*

o *Schultzen in Synops. iur. feud. cap. 6.*

Digitized by Google

nere,& differentia conſtantem,aliįſque regulis in illius promulgatione ſeruatis, vt examinanti liquet, eandem confirmare aſſumo.

Primò; inquàm confirmatur, quòd feudum vſusfructus ſit non ſolum ex notatis,apud conſuet. feud., vt ſupra, verùm etiam ex auctoritate *Andreæ de Iſernia*, *Afflicti*, *Iacobi de Sancto Georgio*, *Paris de Puteo*, *& aliorum*. p

Quòd feudum non niſi in re immobili, vel ęquipollenti conſtituatur, & materia feudi res immobilis ſit, vltrà notata in conſuet. feud., q idem de communi affirmant. *Schr.*, *Schneid. Vveſenbecius*, *Nicolaus Mozz.*, *& alij*. r

Tandem,quòd feudum ſub fidei conditione conſtituatur,atq; fides de eiuſdem eſſentia ſit, vltrà ſup. notata, & adducta, latiſſimè *Georg. Adamus* adeundus, & quòd fides ſit vas, & ſubſtantia feudi, ex qua ipſum feudum denominatur *Reg. de Ponte* ſcripſit. ſ

Feudum (autem cùm vſufructù conuenire quidem videtur, quia quemadmodum vſusfructus,abſque proprietatis Domini conſenſu alienari nequit, vt I.C. animaduertit, t ità & feudum, abſque Domini conſenſù à feudatario diſtrahi prohibetur, vt in Conſuet. feud. legere eſt, u ità quòd quemadmodum ſi eſtraneo vſufructus à fructuario cedatur, ideſt ei, qui proprietatem non habeat, nihil ad eum tranſire, ſed ad Dominum proprietatis reuerſurum vſumfructum, ità & in feudo idem procedit, itàut ſi feudatarius abſque Domini conſenſu feudum alienet, feudo priuandus veniat, vt in vſibus feudorum notatur. x (Feudum ab vſufructu in quibus conueniat, & in quibus non.)

Diſcriminatur quoq; feudum ab vſufructu,nam quemadmodũ vſusfructus conſtituitur tùm in rebus immobilibus tùm etiam mobilibus, dummodò tamen mobilia vſu non conſumantur vt ſupra ex *Iuſtiniano* diximus non itidem in feudo locum habere videtur, nam & ſi feudum in ſportulis,annonis, atque penſionibus conſtitui poſſe quodammodo videatur, vt ex *Capagiſto* dicere fas eſt, z prout quoque vſusfructus in his conſtituitur, vt *ex Imper.* fatendũ eſt, a tamen feudum illud, quòd dictis in rebus conſtituitur,propriè feudum non dicatur,verùm & improprium ratione materiæ, quæ in illius conſtitutione defecit, ſicque hæc differentia, ab eſſe proprio, & improprio feudi prouenit,licet feudũ in dictis rebus cõſtitutum, vt ſunt feudum guardiæ, & Caſtaldiæ,de Camera,& de Cauena,iure feudi cenſeãtur, cũ hę duo inter ſe diuerſa ſit,quemadmodũ rem eſſe in bonis,& cenſeri in bonis eſt, vt *Iacob. Cuiac.* docet. b

Similiter differunt feudũ, & vſusfructus, nã ſicuti vſusfructus fructuarij morte perimit, vt ſupra annuimus; feudum verò feudatarij morte non perimit, cùm omnia feuda, quę propriæ feudorum naturæ ſunt, perpetuò conceſſa intelligantur, vt *Mantica eſponit*; c Hinc eſt feudum improprium, quòd

p *Iſer. in cap. 1. §. hoc quoq; nu. 6. vbi Afflict. nu. 37. de his qui feud. dare poſſ. Iacob. de S. Georg. de feud. §. & cum pacto nu. 37. Paris de Puteo de reintegrat. in proœm. n. 2. Georg. Adam. in Syntagm. iur. feud. cap. 2. Aphoriſ. 3. Schultzen. ibid. quo ſupra cit. n. 12. Schonerus lib. 1. diſp. feud. 1. th. 1. Arum. diſput. feud. th. 23., Sueus in exercit. feud. 2. aſſert. 1., & alij ab iiſdem relati.*

q *Conſuet. feud. in cap. vnico verſ. huius autem ibi, vt proprietas quidẽ rei immobilis, tit. in quib. cauſ. etc.*

r *Schrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 1. Schneid. in epit. feud. par. 2. n. 28. Vveſenbec. de feud. c. 7 n. 2. Mozz. rub. 2. de reb. quæ in feud. dare poſſ. n. 2. Borch. de feud. c. 6. n. 1. & ſeq. Roſenth. in Synopſ. feud. c. 4. concl. 1. n. 1. Obrecth. in trac. feud. orig. lib c. 3. n. 62. Vvult. 1. de feud. c. 5. n. 4. latè Schultzen. tit. de reb. quæ in feud. dar. poſ. in princ. & per tot.*

ſ *Geor. Adam. in cap. 2. Aphor. p. 2. et ſeq. Reg. de Ponte conſ. 67. n. 3.*

t *I.C. vid. in l. ſi vſusfructus 67. ff. de iur. dotium.*

u *Conſ. feud. in c. 1. de alien feud. c. 1. de prohibit. feud. alienat. per Frider. c. 1. qualiter olim etc. c. 1. de vaſſ. qui cõtra conſtit. Lotharij c. 1. de alien. feud. pater. et c. 1. de probib. feud. alien. per Lotharium.*

x *Vſus feud. vid. vltra ſupra cit. Cap. in c. Vnic. quib. mod feud. amitt. & in cap. 1. ex quib. cauſ. & c.*

z *Capagiſt. vid. in cap. 1. de feud. Guard. & Caſtald.*

a *Imp. vid. in l. 13. C. de Sacroſ. Eccleſ.*

b *Iacob. Cuiac. in §. 1. Inſtit. de rerum diuiſ.*

c *Mantic. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 2.*

Digitized by Google

quod ad tempus conceſſum eſt dici, vt habitationum feuda ſunt impropria quidem, quemadmodum,& extra Curtem impropria dicuntur, vt ex citato *Capagiſto* habemus, quæ quidem dantis, vel accipientis morte finiuntur; Hinc eſt in feudi definitione illa non comprehendi, cùm impropria feuda ſint, atque cùm feudi proprij noſtra definitio ſit, ideò ad impropria extendi non debet.

Neque ad improbandum feudum vſumfructum dici inſurgas, ex eò quòd vſusfructus cum perſona extinguatur, vt *Iuſtin.* conſonat,*d* feudum verò, vt diximus, non extinguitur ſed perpetuò ad hæredes deſcendentes, imò quia in infinitum conceditur, tranſit vt *Gerhardus* inquit. *e*

Nàm ex eò reſpondetur, quòd, & ſi feudum in hoc ab vſufructu diſcriminetur, verè tamen in vſusfructus genere conuenit, vt quidem per ſua conſtitutiua ſpecialia, atquè differentialia ſpecificatum, eò protinùs modo, quo ſpecies ſuo generi conuenit, & ideò cùm rationem differentiæ ex pluribus conſtitutiuis cum vſufructu eius genere habeat, nil mirùm eſt, ſi in nonnullis, & quidem eſſentialibus ſpecificantibuſque feudum ab vſufructu differat, nàm & ſi ſpecies cum ſuo genere ratione prædicamenti conueniat, ratione verò ſpecificatæ rei, cùm hoc ex differentijs conſequatur, differt quidem à ſuo genere, vt patet in homine, qui ſpecies eſt generis animalis, rationem tamen differentiæ, ex rationabilitate exhaurientem, cum dicto eius genere habet; nil ergò mirum, ſi feudum cum vſufructu conueniat, tanquàm ſpecies cum ſuo genere, & ab eodem vsufructu in eſſe feudum ius perpetuum,& in alijs differat; Puta quemadmodum Vaſſallus fundi ac ſeruitij vindicationem habet, vt in conſuet. legitur, *f* & fructus quocumquè modo à terra ſeparati eiuſdem ſint, vſufructuarius verò ſeruitij vindicationem non habet, vt *I. C.* reſpondit, *g* nec aliter fructus ſuos facit, quàm ſi ipſe eos perceperit, vt *Iuſtinianus Imper.* loquitur,& *I.C.* fatetur, *h:* vſuſfructus in perſona conſtituitur, & extinguitur cum perſona, nè proprietas inutilis ſit, cùm ſemper vſusfructus viueret, vt *Imper.* reſcripſit, *i* feudi autem vſusfructus in perpetuum conceditur, & lex fidelitatis hominis, & ſeruitij efficit, nè inutilis proprietas ſit, vt *Hattyler.* ait, *k* fides namque à vaſſallo erga Dominum cuſtodienda, omnem vtilitatem ergà eundem Dominum parit, quæquidẽ cùm de feudi eſſentia ſit, ſi contrà illàm Vaſſallus paciſcatur, à feudo cadit; hoc tamen intelligas per directum, quòd fieri prohibetur, cùm per indirectum fieri permittatur argumento *Imperatoris* reſcripti, *l:* Nec ex hoc Vaſſallus ſerui loco habendus erit, nempè ratione ſeruitij, ex fide præſtandi, cùm aliud ſeruum eſſe, aliud ſeruire, ſeruitia exhibere, & præſtare ſit, vt ex *I.C.* patet, *m* aliud enim eſt ſeruitus, aliud ſeruitium, poteſtas Domini ſeruitutem, patientia, & voluntas ſeruientis ſeruitium facit. Cuius au-

d *Iuſtin. vid. in §. fin. element. iur. de vſufructu, lib. 2.*

e *Gerhard. vid. in cap. 1. §. hoc autem notandũ eſt, de his qui feud. &c. iuncto Oberto de Orto in cap. vnic. in quibus cauſ. &c.*

f *Conſuet. feud. vid. in cap. 1. de inueſt. de re alien. fact.*

g *I.C. vid. in l. 1. PP. ſi vſusfruct. pet.*

h *Imp. Iuſtin. vid in §. his verò element. iur. de rer. diuiſ. lib. 2. I. C. vid. in l. 8. PP. de ann. legatis.*

i *Imp. vid. in l. cùm antiquitas Cod. de vſufructu.*

k *Hattyler. in Analyſis feud. c. 3. lit. E.*

l *Imp. vid. in l. vlt. Cod. ſi mancip. &c.*

m *I.C. vid. in l. vxori in fine PP. de vſufr. legat.*

rem generis ſint ſeruitia, quæ à vaſſallo Domino præſtanda veniunt, àn expreſſa ſint determinata, vel indeterminata, feudorum conſuetudines adeundæ ſunt. n

n Conſuet. feud. vid. in c. 1. in quib. cauſ. &c. in Cap. vnic. de cap. qui Cur. vend., et in cap. in quib. cauſ. &c.

Neque tandem contra dictam definitionem iterum obijcias, dicendo: in illa, ſeruitia, quæ à vaſſallo Domino præſtanda ſunt expreſſa non fuiſſe, nàm reſpondetur, ex eò quòd ſeruitia, cùm de feudi eſſentia non ſint, non debeant inter eiuſdem ſubſtantialia in eſſentiæ definitione exprimi, quòd quidem intelligas de ſeruitijs, quæ à fide diuiſa ſunt, cùm ſeruitia, quæ fidei inhærent, rectè in illis verbis, ſub conditione fidei, cum fide eorum principali expreſſa adſint, imò, cùm naturaliter feudo inhæreant, eiuſque de natura ſint, & ſi non exprimantur, appoſita cenſentur, ex regula illa, quòd quando aliquid rei naturaliter ineſt, quàmuis omiſſum ſit, appoſitum intelligatur, & prò expreſſo habeatur, quàm I. C. tradit, & *Hattyler.*, ex dicta regula idem hac in materia ſectatur. o

o I. C. vid. in l. 3. PP. de reb. creditis Hattyler. in Analyſi iur. feud. cap. 3. lit. I.

---

# DE FEVDI forma,

## Rub. 5.

### VISIO SEPTIMA.

Feudum, quod à Longobardica voce, *fede*, fidem ſonante, dici conſtat, & beneficium latino ſermone à feudiſtis appellari conſuetum legitur, prò eius forma fidem, à Vaſſallo Dominum ſuum ergà cuſtodiendam, habet.

### ELVCIDATIO.

Ex probationibus ſuprà enucleatis feudum à Longobardica voce, *fede*, fidem ſonante, atque proinde ex fide dicendum iure regeri videtur, ſimiliter, & apud vſuum feudorum compilatores, atque feudiſtas omnes Romano, ſeù latino vocabulo feudum beneficium vocitatum recenſuimus, vt in feudalium vſuum lectura patet.

Quòd autem exinde fit, illud repetere euenit, nempè, ex eò quòd feudum à fide dictum deſcēdit, cumquè, & ipſa fides eiuſdeq; feudi de eſſentia ſit, vt latè ſupra elucidauimus.

For-

Digitized by Google

A

1 (Formam feudi, fidē eſſe probatur, & exponitur.)

Formam (feudi fidem eſſe non ambigimus) forma inquàm ſpecificatum eſſe materiæ tribuens vt ex *I.C.* verbis ſcribere fas eſt; *a* fides namque à Vaſſallo Domino ſuo inuiolabiliter ſeruanda, quæ quidem, vt talis, naturaliter ergà Dominum à Vaſſallo illibata cuſtodiri ex naturali obligatione debet, cùm Dominus honorem, & bona ad fidem ſibi ipſi ſeruandam, vaſſallo commiſerit, vt in conſuet. feud. habetur, *b* Et ità quidem fides feudi forma eſt, vt quemadmodum naturalis forma abſque ſubiecti corruptione ſeparari à ſubſtantiæ materia nequeat, ità nec fides à feudo ſeparari poſſit abſque eò, quòd ipſum feudum à proprio feudi eſſe diruat, & exinde ſi in locum fidei annuum cenſum pro feudo ſolui paciſcatur, emphyteuticus contractus ille dicendus potiùs, quàm feudalis erit, vt atteſtantur *Afflict.*, *Alex.*, *& alij*, cùm de feudi forma fides ſit, vt adſtipulantur *Iſer.*, *& alij*, *c* cùm naturalis ratio formæ origini ſuę inſeparabiliter cohæreat, vt *Bald. probauit. d* Multifariam autem ſignificationem, ſi vocem illius in genere ſpectes, fides iſta ſortitur, de quà rè adeundus *Bart.*, *e*

B

2 (Fidem in feudis cuſtodiendā eſſe quotuplíciter intelligatur.)

In re (noſtra autem, fides quoque multipliciter ſumitur. Primò, inquàm, prò ipſa fide, quæ à Vaſſallo Domino ſeruari debet, cuius in conſuetudinibus feudorum mentio fit; *f* Secundò prò iuramento, quo vaſſallus ad fidem Domino præſtandam iuriſiurandi religione obligatur, vt in vſibus feudorum habemus, *g* cui iuramento intermedius quaſi actus, homagium ſubſequitur, vt vinculo quodam iuramentum, & fides connectatur; ſiquidem homagium eſt ipſe iuramenti præſtationis actus, cùm ſua ſolemnitate, quæ ab initio fit, cui fidelitas conſequens eſt, vtpotè permanens obligatio, habens per ſe veritatem, ac tractum temporis, vt optimè *Doctor Marta*, *& alij* diſtingunt, *h* nàm iuramentum cùm fiat ad feudalis obligationis explicationem eiuſdem fidelitatis intrinſecè in feudi generatione innatæ, inde fidelitas iuramentum appellatur, vt ex feud. conſuet. patet, *i* vbi, fidelitas prò iuramento intelligitur.

D

Fides autem prò iuramento ſumpta, trifariam quoque habet ſignificationem, de qua apud vſus feudorum videre eſt, & apud DD. & inter quos *Theſ.* annumeratur recēſens diſcrimina inter iuramentum ſubiectionis, & feudi iuramentum, & ante illum *Bald.* quoque idem probauit *k*, triplex iuramentum, cuius ibi mentionem facit de eodem accipiendum eſſe, quo ſit, & Vaſſallus, & domeſticus, & ſubditus, ſcribens, quoque, neminem citatum conſuetudinum feudorum locum intellexiſſe. Eiuſque autem iuramenti vna eſt qualitas ſubiectionis, & eſt illud, quod ſubditus territorij Domino præſtat, in cuius iuriſdictione habitat, cuius iuramenti formula in vſibus feudorum eſt, ipſam

a *I.C. vid. in l. Iulianus §. ſed et ſi quis PP. ad exhibend. Bald. de pac. etc. ante med. 5. col., & in l. iuſſus in repet. 2. n. 7. de lib. & poſth.*

b *Conſuet. feud. vid. in c. 1. noua forma fidelitatis.*

c *Afflict. in c. 1. §. ſed nec eſt alia in fin. tit. quę fuit prima cauſa beneficij &c. Alex. conſ. 9. nu. 7. Dominus Sil. Aldob. in conſ. 1. n. 281. & ſeq. Ferrett. cōſ. 81. n. 2 Iſer. in §. quidem tamen n. 8. circa medium de cōtrouerſ. inter maſc. & fœm. Curtius iun. p. 5. n. 2. verſ. iſta ergo idem Afflict. deciſ. 272. n. 15 Alciat. conſ. 99. nu. 27. Menoch. conſ. 99. n. 138 vol. 1.*

d *Bald. in cap. cæterum poſt n. 11. de iudic.*

e *Bart. in extrauag. ad reprimēdum in princip. in verbo fidelitatis, quomodo in crimine lęſæ Maieſtatis &c. & not. apud Aluarot. in cap. 1. quid præcedere debeat.*

f *Conſuet. feud. vid. in c. 1. de forma fidelit. & in c. 1. de noua forma fidelitatis vbi com. feudiſtæ.*

g *Cōſuet. feu. vid. ī c. 1. quid præcedere debeat c. 1. §. eſt & alia quæ fuit pr. Cauſ. &c. c. 1. de forma fidel., Par. de Puteo de re integr. proœm. n. 1.*

h *D. Marta 1. de Iuriſdict. 22. nu. 11., & ſeq. Paris de Put. de reintèg. n. 4. in proœm. Dom. Reg. Franc. de Pont. in lect. feud. 2. n. 18.*

i *Conſuet. feud. vid. in cap. 1. tit. quid præcedere debeat &c.*

k *Vſ. feud. in c. 1. qualiter vaſſal. iurar. deb. vbi laud. n. 12. Aluarot. num. 1. Hotomanus in verbo domeſticus, Mozz. de ſubſtant. feud. n. 11. Theſaur. quæſt. forenſ. 38. D. Reg. de Pont. ibid. cit. n. 21. poſt Bald. conſ. 327. num. 7. vol. 1.*

Digitized by Google

& plenior apud Canones *l*, fidelitatis autem iuramentum reſpectu perſonæ ſui ipſius, non rei alicuius, quæ extrà ipſam eſt, probat eſſe, latè *Hermann. Vult. m.* A

Hoc autem iuramentum non eſſe de feudi forma, ſeù ſubſtantia dicimus, de illa ſcilicet ſubſtantia, de qua DD. loquuntur; *n* Inde quòd in conſuet. feud. dicitur, *o* feudum ſine fidelitate eſſe, intelligitur, quatenus iuramentum fidelitas eſt, vt in vſibus feudorum habetur *p*, & ex eodem conſuetudinum feud. citato loco oppoſitio caſus, in illo propoſiti, id euidenter demonſtratur; Et ſic quoque intelligas *Andream de Iſernia*, nempè ſecundùm *Textum* quem allegat, dum dixit, poſſe feudum abſque fidelitate conſtitui, vt alias ipſemet declarauit, quòd idem fatetur *D. Reg. de Ponte q*; Idcircò beneficium ſeù feudum, ſine fidelitate, ſcilicet ſecundum hanc declarationem interpetratur, vt in conſuet. feud. videre eſt *r*; cùm fidelitas pro fide ſumpta, non verò pro iuramento, vt diximus inſeparabilis feudi ſubſtantia eſt, vt *Andr. de Iſern.* fatetur, ità vt non promiſſa in feudo, ipſo iure inhæreri intelligatur, vt *Decian.*, *& alij* probant. *ſ* B

Vndè remiſſo iuramento, quod pacto, ex *Cuiacio*, & alijs communiter fieri poteſt *t*, vaſſallus quoque illa facere, quę fidelitatem, ſeù fidem ſpectant, obligatur; dùm diximus fidelitatem de feudi ſubſtantia eſſe, ſicque iuramenti remiſſione nō obſtante, cùm ipſo iure ad fidem Domino cuſtodiendā vaſſallus teneatur, ad facta etiàm ex fide exhauriētia obligabitur, vt ex probatis per DD. ſcribere fas eſt *v*. C

(Iuramentum eſſe de feudi ſubſtantia, quomodo intelligendum ſit.)

Iuramentum autem quatenus fidem continet, de feudi eſſentia quoque dicendum, & feudi ſubſtantiale non ambigendum eſſe puto, ſicque *Andr. de Iſer.* intelligendum, dum dixit iuramentum feudi ſubſtantiale eſſe *x*, vnde quòd dicitur, feudum abſque iuramento improprium dici, intelligendum eſt, quia iuramentum fidem continet, idcircò feudum ſine iuramento fidem includente propriū dici, cùm videatur, abſque fide ipſum feudum conceptū, ſecundùm *Dom. Reg. de Ponte* dicta *z*, Et hæc quidem improprietas non efficit, quo ad alia feudi proprium deſtrui D

l *Vſ. feud. in c. 1. qualiter Vaſſal. etc. in Can. tibi Domin. diſtinct. 63.*

m *Herman. Vult. dict. cap. 6. num. 5. lib. 1.*

n *DD. ſunt Bald. in l. ſi quis ſeruol, num. 1, C. com. de manumiſ. Dec. in l. 2. nu. 6. PP. de reg. iur. Afflict. deciſ. 240. Pariſ. conſ. 23. num. 34. vol. 1. Decian. conſ. 19. nu. 203. vol. 1. Menoch. conſ. 65. num. 29. vol. 1. Balzaran. de Cap. qui Cur. vend. §. ſimiliter, numer. 6.*

o *Conſuet feud. vid. in cap. 1. de forma fidelit., quod in editione Gothofr. l. 2. feud. 76.*

p *Vſ. feud. in cap. in fin. quid præcedere debeat, Gizzarell. deciſ. Neap. 43. nu. 25. 26. & 28.*

q *Andr. de Iſer. allegās tex. in §. nulla per quos fiat inueſtitura, & idem declarans in c. 1. col. 1. de cap. Conrad. D. Reg. de Pont. dict. lectur. 2. numer. 25.*

r *Conſuet. feud. in cap. 1. §. finali per quos fiat inueſtit. & in cap. 3. §. eſt, & alia quæ fuit prima cauſ. etc. vbi Iſer., Afflict., & alij.*

ſ *Iſer. in §. quidam tamen, n. 8. circa medium, de controu. inter maſc. & fæm., Decian. conſ. 149. nu. 13. idem Iſer. cap. 1. §. ſimiliter, n. 24. de capit. qui cur. vend. Cur. Iun. in puncto ad ſupradicta de feud. 1. p. 1. q. 7. Zaſius in Epit feud. par. 1. de orig. feud. nu. 8. & par. 12. nu. 34.*

t *Cuiac. in præfat. feud in fine, Zaſius par. vlt. num. 34. Borch. cap. 7. par. 1. nu. 37. Moz. de ſubſt. feud. num. 1. & 2. Afflict. dec. 129. Menoch. conſ. 65. num. 45. vol. 1.*

v *DD. ſunt Sil. Aldob in conſ. 1. nu. 157. & ſeq. Dec. conſ. 19. nu. 203. & conſ. 58. n. 47. lib. 2. Menoch. conſ. 1. nu. 28. & ſeq. & d. conſ. 65. nu. 18. Zaſius par. 1. de feud. n. 2. poſt Iſer. in cap. 1. §. huius autem generis, num. 9. ex quibus cauſ. feud amitt., & Iacob. Ardiz. in ſum. feud. cap. 4. in rub. vnde dicatur feud. ſequitur Marin. de gener. & qualit. feud. lib. 1. tit. 15. nu. 114. Afflict. d. deciſ. 129. nu. 2. & dec. 320. n. 4. Bald. in prælud. feud. n. 7. Aluarot. in proœm. feud. col. 4. verſ. quare autem appellatur feudum, Guid. Pap. deciſ. Gratianop. 518. n. 2. & deciſ. 551. num. 4. Abb. conſ. 82. num. 6. lib. 1. Afflict in prælud. feud. nu. 66. Milan. dec. Sic. 1. num. 58. & dec. 8. num. 95. lib. 1. Curt. iun. de feud. par. 1. quæſt. 7. & conſ 2. n. 8. verſ. ex eo maximè, Moz. in tract. de feud. ſub. tit. de ſubſt. feudi, nu. 1. & de origine feudi num. 4.*

x *Iſer. in §. ſed, & res, nu. 11. per quos fiat inueſt.*

z *Dom. Reg. de Ponte d. lectur. 2. num. 26.*

A ſtrui, cum ſecundum dictum ſenſum debere intelligi videatur, quatenus ſcilicet, iuramentum fidelitatem contineat, de feudi ſubſtantia eſſe, cùm fidelitas ad feudum proprium conſtituendum, copulatiuè cum alijs ſubſtantialibus requiratur, & hoc, ſiuè fidelitas in iuramento contineatur, ſiuè abſq; iuramento ipſo iure veniat, nã ſemper de eſſentia feudi eſt, vt diximus, cùm ergò fidelitas in feudo erit, licet abſque iuramento proprium feudum dicatur, quo ad ſubſtantialia, & intrinſeca conſtitutiua, quo verò ad extrinſeca, vt iuramentum eſt, improprium, cùm iuramentum deficiat, dicendum feudum erit, extrinſeca tamen improprietate, non deſtruens feudi propriam eſſen-

B tiam, verum tamen tantùm accidentia, & ita intelligas citatum *de Ponte*, cùm vt ipſemet ait, ipſum iuramentum cùm à feudo abſit, non per hoc non tenebitur vaſſallus ad fidelitatem Domino præſtandam, quæ principium conſtitutiuum feudi eſt, *a* ſubnectens feudum francum, dum conceditur, teneri vaſſallum etiam ad ſeruitij præſtationem, ex dictis per *Bald. b*

Quod autem forma feudi fides ſit: primò, ex eo confirmatur, quia feudum ab ipſa fide ſpecificatur ſub genere vſuſfructus, & ex ipſa feudum ab alijs contractibus diſtinguitur, vt *Vveſenbec.* probat *c*, & licet tamẽ ex fide feudum di-

C catur, & formã habeat, non tamen bonæ fidei contractus dicendus erit, cùm inter bonæ fidei contractus, per *Imperatorem Iuſtinianum* enumeratos, non legatur *d*, ac proindè bonæ fidei contractus, argumento partitionis numerationis, quod validum dicit eſſe *Iaſon. e*, non dici poſſe conſtat, & hanc opinionem communi voto *Feudiſtas* affirmare vltrà *Aluaroti* dicta, *Zaſius* recenſet, & *Iulius Clarus* refert, dicens tamen ex *Bart.*, & *Curt. iun.* feudalem contractum nominatum eſſe, cùm à conſuetudinibus feudorum nomen habeat *f*.

4 (Fides ſi in feudi conceſſione remittatur, feudũ non dicitur, ſed vtilis dominii trãſlatio.)

Secũdò, & vltimò confirmationẽ ex eo recipit, quia ſi remittatur fidei præſtatio nõ erit feudũ, ſed vtilis dominij tranſ-

D latio, abſque fidei obligatione, vt latè *Adam.* probat *g*, conſiſtit autem fides iſta in illorum præſtatione, quæ fidelitatis in forma continentur, quæ generaliter, & ſpecialiter apud feudorum conſuetudines proponuntur *h*.

a *Reg. de Ponte ibid. cit num. 23. et 24. ex cap. 1. de noua forma fidelitatis.*

b *Bald. in cap. 1. §. fin. de Capit. qui Cur. vend.*

c *Vveſenbec. de feud. cap. 8. num. 19. et in fine iuncto Bardell. conſ. 26. num. 15. vol. 1.*

d *Imperator Iuſtin. in §. actionum element. iur lib. 4. de action.*

e *Iaſon. in l. filius à patre, §. filiusfam. n. 5. de liberis, et poſthum.*

f *Aluarot. in cap. 1. de feud. cognit. Zaſius relatus à Iul. Clar. in § feudum, q. 6. Bart. in l. iur. gent. §. quinimò poſt num. 19. PP. de pactis, Curt. iun. de feud. par. 1. princ. in 9. q.*

g *Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 2 aphoriſ. 6. n. 6. in fine, et ſeq.*

h *Generaliter vid. in c. 1. qualiter vaſſallus, etc. ſpecialiter habes in cap. 1. de forma fidelit.*

DE

# DE FEVDI Eſſentialibus, ſiuè ſubſtantialibus; naturalibus, & accidentalibus.

## Rub. 6.

### VISIO OCTAVA.

QVæ in morum veterum, modernorumque doctrina, memoriaque præſtantium ad dilucidiùs, & vberiùs feudi eſſentiam, atque naturam diſplicandam diſtingui conſueuerunt, ea videntur, vt feudi ſubſtantialia aliqua, naturalia quædam, accidentalia alia ſint.

### ELVCIDATIO.

OMne enim (cum de rē, ſiuè corporali, ſiuè incorporali (de qua hic peragimus) prædicatur, neceſſe eſt, vt vel eius genus, vel differentia ſit, vel proprium, vel accidens; Genus enim, & differentia eſſentiam conſtituunt, proprium verò neceſſariò eſſentiam conſequitur, quæ quidem hęc duo *Ictis* ſubſtantialia vocantur,& Peripatetici vtraque eſſentialium nomine complecti ſolent, diſtinguentes illa in eſſentialia conſtitutiua, & conſecutiua, vt ex plurium oratione proloquitur *Georg. Adamus* a, ſcribens quoque, hæc ſubſtantialia de re modo dicendi: Primò nimirum genus, & differentia, & ſecundò ſcilicèt proprium dici, ità vt per ſe ad ea, quæ omni, & ſemper inſunt, non poſſint ſalua eſſentia immutari, vel abeſſe, cùm ſubſtantia res dicatur habens quiditatem, cui debetur eſſe per ſe, & non in alio ſubiecto, ſecundum *Diu. Thom.* b. Nam alia omnia quæ neutro modo, nec prima, nec ſecunda dicendi oratione per ſe de re prædicantur, accidentia denominantur, per ea, quæ docuit *Ariſtoteles* dicens: *Accidens eſt, quod nec eſt definitio, nec proprium, nec genus: rei autem conuenit; & quod cadere poteſt in rem vnam aliquam, & in eandem non cadere.* Quæ quidem abſunt abſque ſubiecti corruptione, ex eodem *Ariſt.* c. Accidentia autē in moralibus, quibus legalia conueniūt duplicis generis ijſdē eſſe dicere, ex ea moralibus ver-

1 (Genus differētia, proprium, & accidēs, omnibus; quæ de re, tam corporali, quā incorporali prædicātur, qualiter ineſſe dicātur, & ex his quęnam de rerū ſubſtantialibus, & quæ de accidentalibus, etiam in iure intelligenda ſint, ſicque rerum ſubſtantialia, naturalia, accidentalia, atque ſolennia, iuxtà prudētię ſcholam explicantur.)

a *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 2. de eſſent. et nat. feud. aphoriſm. 4. n. 1. iuncto Bal. in l. ſi ex pretio in fin. C. ſi certū petetur, vbi qualiter ſubſtantia accipi in iure poſſit, proponit ſcilicet, pro conſenſu, pro forma, pro ſubſtantiali qualitate, et pro ea re ſine qua actus eſſe non poſſunt.*

b *D. Th. 1. par. ſum. q. 3. art. 5.*

c *Ariſt. 1. poſteriorum Analyt. cap. 4. et 1. top. 4. Adamus ibidem, cit. num. 2. Ariſt. in lib. prædicament.*

A B C D

Digitized by Google

A verſum eſt, quod ſcilicet ex eſſentia quędam fluere quodammodò videantur, itaut ſecundum legum diſpoſitionem, licet non exprimantur, nihilò tamen minus inſint, aliter tamen de ijs ſalua eſſentia ipſa, poſſit conueniri, vt ex *Iuriſconſulto* patet *d*, quæ quidem naturalia appellari, citatus *Adamus*, ex dictis per citatum I. C. *e* voluit; quæ autem non ex eſſentia exhauriuntur, ſcilicet quæ contrahentium pactis, atque conuentionibus contra, vel præter ea, quæ regulariter contractibus ineſſe ſolent adijciuntur, conuentionalia dicta, ſcilicet omnia illa, quæ vltrà, rem, pretium, atque conſenſum contractibus accedunt ex dictis per *Bald. f*, accidentia ſiuè accidenta-
B lia ſunt, & inde eſt, quod dicitur accidens inſpiciendum eſſe, ſcilicet pactum, vt I. C. reſpondit *g*.

Quę autem naturalia ſunt, & ſi idem ac eſſentialia ſignificent, cum idem ſit in iure eſſentia, ac natura, vt ex *Papiniano*, & *Paulo*, citatus *Adamus* probat *h*, & natura lex, atque vetuſtas æquiparentur, vt *Annęius Robertus* docet *i*, nihilominus in Iure noſtro cùm natura pro actus cuiuſdam, ſecundum legem, vel conſuetudinem faciendi conceptione dicatur, quę quidē nō vt eſſentia inſeparabiliter ineſt, ita quod conuentione, vel ſpeciali pacto derogari ſalua tamen eſſentia illi poſſit, vt ex I. C. reſponſis,
C *Georg. Adamus* atteſtatur *k*.

Solennia præterea illa dicuntur, quæ cum inueſtitura, ſiue breueteſtato, modo quo feudum conſtituitur, & in eſſe deducitur adhibentur, vt ex *Roſenthale*, idem *Adamus* exponit, quæ huc non ſpectant *l*, introducta autem hęc ſolennia ad publicam vtilitatem, in contractibus ritè faciendis cuſtodiendam, cui renunciari nequit, ex dictis per *Bald. m*.

d *I.C. vid. in l.11. §.1. PP. de actionibus empti.*
e *I.C. in d. §. 1. verbo naturaliter.*
f *Bald. in l. ementis 4. q. 1. PP. de act. empt.*
g *I. C. vid. in l.1. §. remouet, et ibi Bar. PP. de poſt. etc. et Spec. de loc. §. 6. verſ. 6. quæritur.*
h *Papin. in l.72. PP. de contrahend. empt. Paul. in l.17. §.5. PP. de pactis, Adam. ibid. cit. num.4.*
i *Ann. Robert. rer iudic. lib.4. cap. 18. fol. 871.*
k *I.C. vid. in l.11. §.1. PP. de act. empt. in l.27. §. 2. in fine PP. de pactis, in verboius quod lex naturæ eius tribuit, in l. 5. §.4. PP. de præſcript. verbis, vbi poteſt, mandatum ex pacto etiam naturam ſuam excedere, et ex Papiniano hæc naturalia adminicula vocante in l.72. de contrah. empt. et ex I.C. in l.31. §. 20. PP. de adilitio adicto, et in iure feud. ex cap. 1. de nat. feud., et ex c. 1. de nat. ſucceſs. feud. Georg. Adam. ibid. cit. num.4.*
l *Roſenthal. de feud. 1. cap. 2. concl. 53. in fin. Adam. ibid. cit. num. 5.*
m *Bald. in l. fin. in 1. not. C. ſi certum petetur.*

---

## VISIO NONA.

D EA namque omnia eſſentiam feudi, quæ neceſſariò conſtituunt, ſubſtantialia, ſeù eſſentialia dici conuenit; Hæ autem ſunt, vt proprietatis dominium pœnes Dominum concedentem, ita vt feudi vſusfructus dominus tantùm vaſſallus ſit, ſimiliter vt in re immobili conſtituatur, quemadmodum vt in perpetuum concedatur, & tandem, vt fidei cuſtodiendæ præſtetur obligatio, tàm quod ſpectat vaſſallo ergà Dominum, quàm Domino ergà vaſſallum reciprocè exhibendæ.



Digitized by Google

A

## ELVCIDATIO.

ET ſi non ſim inſcius multos eruditos viros prædictos hac de re ad feudi eſſentiam, atque naturam dilucidè exprimendam ſcripſiſſe, inter quos noſtro in primis ſeculo excellere videntur *Zaſius*, *Henric. Roſenthal.*, *Henric. Bocer.*, *Nicol. Mozz.*, *Matth. Vveſenbec. Borch. Georg. Adam.*, alijque ex peritis Vltramontanis, & ex noſtratibus *D. Reg. Franc. de Pont. & alij a*, attamen hanc rem circà omnium quaſi dicta, breui verborum compendio compilare mentis organicæ compos erit.

B

Et quidem (ſubſtantialia, cùm ea videantur, ſine quibus actus eſſe non poſſunt, indè eſt feudum, abſque dictis ſubſtantialibus improprium, ac non verè feudum dici. 1 Subſtantialia feudi, quænam ſint exponitur.)

Et ex his. Primum namque quod ſpectat, nempè vt non plena proprietas, verùm & vſusfructus tantùm in vaſſallum, cùm in feudum recipit, transferatur, & ſi *Bald.*, *Dec.*, *& Bocerus*, hoc ſubſtantiale feudi eſſe negauerint *b*, nihilò tamen minùs, cùm feudum vſusfructus dicatur, vt ſuprà in definitione probauimus, ſicque videtur intrinſecè, & ſubſtãtialiter ineſſe, vt vſusfructus tantũ cõceſſo feudo, penès vaſſallum ſit, cùm ipſum feudum penès vaſſallum aliud in ſuo eſſe non ſit, quàm vſusfructus, vt ex ſuprà probatis liquet, inde eſt, quod ſi in vaſſallũ proprietas, vna cum vſufructu transferatur, tunc feudum improprium dicendum, impropriamq; naturam habens euenit, vt in vſibus feudorum legere eſt *c*, vbi de feudo tali pacto conſtituto, vt ſcilicet & proprietas, & vſufructus Vaſſalli ſit, ita legimus: *Licet propriam feudi naturam non habeat: iure tamen feudi cenſebitur*. Quod quidem verificatur etiam in incorporalibus, in quibus et ſi proprietas vera abſit, tamen cùm in feudorum materia, hæc dominij, & proprietatis nomina ad res incorporales, quas immobiles dicimus, extendantur, idcircò in rebus quæ corpore carent, idem quod ſuprà diximus locum habet, vt in conſuetudinibus feudorum notandum eſt *d*, neque contractum innominatum illum diximus, cùm proprietas, & vſusfructus feudi, penès vaſſallum transfertur, vt voluerunt *Oltrad.*, *& Vult.* quos reprobat *Adam. e*, verùm tamen contractum feudalem dicimus, & ſi propriam naturam feudi non retinere concedamus *f*, tamen quia in alijs propriam feudi eſſentiam retinet, idcircò verè contractum feudalem non ambigimus, cum & Dominus proprietatis loco, fidei præſtationem, quodammodò habere videatur, ſicq; dominium etiã in feudo retineat, vt in conſuet. feud. not. vbi *Matth. de Afflict.* hac probata oratione commentatur, nempè: *Nota ex Tex. quod reperitur directum dominium anomalum, v3. quod Dominus habet directum dominium, reſpectù felonia, & non reſpectù*

C

D

a *Zaſius de feud. cap. 1. et lib. 1 ſing. reſp. c. 12. Henric. Roſenthal. de feud. cap. 2. concl. 53. Henric. Bocer. de feud. ſubſt. cap. 1. n. 1. Mozz. de ſubſt. feud. Vveſenbec. de ſubſt. feud. Geor. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 2. aphoriſm. 4. 5. et ſeq. Dom. Reg. Franc. de Ponte. ſ. lectur. 1. prælud. num. 59. et ſeqq.*

b *Bald. in l. ſi plures n. 11. de cond. inſert. et in præl. feud. num. 19. Dec. conſ. 193. n. 5. et Bocer. tract. de ſubſt. feud. c. 1. num. 34. iuncto Mantic. de tac. et ambig. lib. 23. tit. 2. num. 13.*

c *Vſ. feud. vid. in cap. 1. de inueſt. de re alien. fact. §. vlt. iuncto cap. 1. de feud non habente propriam naturam.*

d *Conſuet feud. vid. in cap. 1 de feud cognit.*

e *Oltrad. conſ. 159. Vult. 1. de feud. cap. 8. num. 8. verſ. cæterum, Adam. aphoriſ. 6. num. 2. circa medium.*

f *Conſuet. feud. vid. in cap. 1. de feud. non habente propriam naturã, vbi Matth. de Afflict.*

Digitized by Google

A *ctù alienationis, & eſt ratio, quia videtur ipſe conſentire à principio concedendo feudum Titio, & cui ipſe dederit, & ſic nota, quod iſtud pactum mutat propriam naturam, & induit nouam formam*. Quæ quidem verba recenſet, & eius ſententiam ſequitur citatus *Adamus*, ſcribens quoq; nec proprium feudum eſſe, ſi nudus vſusfructus vaſſallo concedatur, quia videretur quodammodò, ex hac conuentione feudi eſſentiæ aliquid detrahi, idque colligit, ex not. in conſ.feud. *g*.

Quod autem diximus feudi ſubſtantiale eſſe, vt non plena proprietas, neq; etiam nudus vſusfructus penès vaſſallum
B transferatur, ſed quod dominiũ vtile vaſſallo in feudo cõſtitutum ſit, vt communiter *Pragmatici Feudiſtæ* ſcribũt *h*, dicentes per feudi conſtitutionem dominium directum, penès dantem remanere, vtile verò penès recipientem, per ea quæ de communi teſtatur *Dom. Reg. de Ponte i*, dicens ibidem, quod dictum eſt, ſubſtantiale feudi ſcitu vtile eſſe, vt ſcilicet ſcire valeamus, dum feudatarius ſubinfeudat, quod nam dominium transferat, & quid Conſt. in Regno noſtro, in quo prohibetur ſubinfeudatio, per *Conſt. diu. mem.*, quam rem circà ad ipſum me remitto; ſicuti num quando ſubinfeudat rem particularem feudi, idem procedat eundem *Dom. Reg.* adeundum eſſe puto.

C Ex pacto tamen poteſt quoque ſtipulari, vt dominium vtile in feudatarium nõ tranſeat, veruntamen ſimplicem vſum, & fructum alteri concedi, degenerabit tamen à propria feudi ſubſtantia, vt *Chriſt. de Caſtell.* ſcribit *k*.

Secundùm, vt feudum in re immobili, vel æquipollenti conſtituatur, quod attinet, ſciendum eſt, feudi ſubſtantiale eſſe, vt in re immobili conſtituatur, ità quod quemadmodum vſusfructus, etiam in re mobili rectè conſtitui poſſit, vt ſuprà latè probauimus, non ità feudum, cùm de eius eſſentia requiratur, vt in re immobili conſtitui debeat, imò & materia feudi res immobilis dicenda euenit, vt apud conſuet. feud. legere eſt *l*, ibi namque: *In rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, aut in ÿs quæ inter immo-*
D *bilia connumerantur*. Ratio autem cur non niſi in rebus immobilibus feudum conſtitui poteſt, ea videtur, per feudiſtas tradita, quia nimirum in rebus mobilibus nequit proprietas ab vſufructu diſtingui, ſiuè dominium directum à dominio vtili, dum mobiles res vſu conſumuntur, & licet aliquæ vſu non conſumantur, ità tamen comparatæ ſunt, vt propter exiguam earum vtilita-

 tem,

*g Conſuet. feud. vid. in c. 1. in quib. cauſ. etc. et in c. 1. §. vlt. de inueſtit. de re alien. etc. Adam. ibid. cit. num. 3. pactum tamen, vt dominium directum, et vtile in feudatarium transferatur valere ex nonnullis probat Mãtic. d. tit. 2. num. 15. vbi in n. 16. dicit, quod de dominio directo dixit, poſſe ex pacto in feudatarium tranſire, de feudis ſingularibus intelligi debere, quę ſcilicet in Regno ſunt, licet totum feudum Apulię ſit feudũ S. Rom. Eccleſiæ tamen feuda ipſius Regis particularia eſſe, ex Baldo dicit, prout de Imper. ibidem ſcribit, num. 17. non poſſe eum ſe intromittere in feudis particularibus Ducatus Mediolani, licet ipſe Dux habeat recognoſcere Imperatorem, ex Pariſ. cõſ. 1. n. 99. lib. 1.*

*h Feudiſtæ ex cap. 1. §. rei autem de inueſt. de re alien. fact. vbi Andr. de Iſern. et in §. præterea, vbi Gloſs. de Cap. Conradi.*

*i Dom. Reg. Franc. de Ponte lect. 1. in præludi. num. 49. et 50. dicens ibid. n. 52. 55. 56. et 57. et lect. 4 num. 11.*

*k Chriſt. de Caſtell. cõſ. 4. n. 14. iunct. aliis, quos refert Petr. Greg. de conceſs. feud. par. 1. q. 9. n. 1. et 2. licet contra naturam feudi, non verò contra ſubſtantiam; hoc eſſe dixerit Zaſ. in epit. feud. par. 12. num. 33. quem ſequitur Mantic. d. tit. 2. num. 14. valere in vim donationis tamen talem feudi conceſſionem, ex Baldo Petr. Gregor. dixit d. l. p. 5. q. 9. num. 1. et 2. et hoc tanto magis in hoc Regno procedere ſcribit cum in eo ex forma cap. Regni ſecundum quæ bona allodialia non poſſunt alienari quo ad vtile, et directum dominium, vt idem ſcribit in p. 5. q. 1. in prin. limitat tamen dictam concluſionem ſi Rex dixerit, vt talis conceſſio, in feudum maneat, poſt alios, de quibus eundem vid.*

*l Conſ. feud. vid. in cap. vnico, §. finali de feud. cognit. et latè Schultzen de feud. cap. 6. qui innumeros alios recenſet in cap. 6. de feudis, iuncto cap. 1. in fine, in quibus cauſ. feud. amittatur.*

Digitized by Google

tem, quam præſtant obligationi feudali ad fidem Domino præſtandam, non conueniant, vt *Iſernia*, *Aluarotus*, *Afflictus*, *Reg. de Ponte*, & alij teſtantur *m*, indè optimè feudum improprium in pecunia, aliauè in re mobili conſtitutum dici, *Georg. Adam.* recenſet *n*, & inde quoque rectè in definitione ſuprà diximus, feudum eſſe vſumfructum, rei immobilis, vel æquipollentis, cùm hoc de feudi ſubſtantia ſit, vt .ſ. in re immobili conſtituatur. A

Tertium, vt in perpetuum concedatur, quod ſpectat, de ſubſtantia quoque feudi eſt, vt in perpetuum concedatur, cùm ex hoc quod in perpetuum datur, ab vſufructu, qui morte vſufructuarij finitur, diſcriminetur, vt latè ſuprà in definitione probationibus expoſuimus. Scire tamen non omittas, quod diximus, feudũ in perpetuũ ad feudatarij hæredes tranſire, de hæredibus ſanguinis intelligas, id eſt de deſcēdētibus, vt in *conſ. feud.* notatur *o*. B

Quartum, & vltimum, vt ſub obligatione ad fidem exhibendam, feudum vaſſallo concedatur, ſimiliter, & circà fidem, quam Dominus vaſſallo debet, quod congruit, certum eſt, fidem formam, atque eſſentiam feudi eſſe, vt latè ſuprà enucleauimus; fidem autem iſtam quemadmodum vaſſallus ergà Dominum ſuum cuſtodire obligatur, ità & Dominus vaſſallo fidem ſeruare iure tenetur, quam quidem fidelitatis obligationem, & ſi Dominus non expreſsè vaſſallo ſuo promittat, verùm cùm fidem à vaſſallo requirat, licet tacitè, per conſequens tamen neceſſarium, & ipſe quoque ad fidem adſtringitur, vt expreſsè apud conſuet. feud. legitur *p*, ibi namque: *Dominus quoque in his omnibus vicem fideli ſuo reddere debet; quod ſi non fecerit, meritò cenſebitur malè fidus, ſicut ille, qui in eorum præuaricatione, vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit, & perfidus, & periurus*. Et hoc eſt, quod inter Dominum, & vaſſallum fidem eſſe reciprocam in conſuet. feud. dicitur *q*, & Dominum vaſſallo coniugē, & con mani fidei vinculo coniunctũ eſſe, vt in iiſdem conſuet. habetur, quod quidem, & *Andr. de Iſern.* & peritus *Iacob. Cuiac.* & *Roſenthal.* probant, ità quòd *Domino committente feloniam (vt ità dicam) per quam vaſſallus amitteret feudum ſi eam committeret, quid obtinere debeat de conſuetudine quæritur, & reſpondetur proprietatem feudi ad vaſſallum pertinere ſiuè peccauerit in vaſſallum, ſiuè in alium* *r*. Patet ergò exindè, feudalem contractum vltrò, citròq; obligatorium eſſe, obligans tàm vaſſallum ad fidem Domino præſtãdam, quàm Dominum ad fidelitatem Vaſſallo ſeruandam, vt ex dictis patet. C

Vtrùm (*s*) autem fides iſta pacto remitti poſſit, ità quòd dicatur à feudi eſſentia recedi, cùm tale pactum apponitur, vel huiuſmodi pactio, pro non adiecta habenda ſit, ità vt eo pacto non obſtante feudum conſiſtat, & fides debeatur, vel hoc pactum totum vitiet feudi compoſitum, ità vt, nec aliud quodam ius conſtitutum cenſendum ſit. D

s (Fides nũ pacto remitti poſſit, ita vt dicatur à feudi eſſētia recedi cùm taliter paciſceretur, & vtrum pro non adiecta talis pactio habenda ſit, vel feudi contractũ, ex dicto pacto in totum dirui dicendum ſit.

m *Iſern., Aluarot., Afflict., Laud. Balzar. in d. cap. 1. de feud. cogn. Bócer. d. cap. 1. de ſubſt. feud. num. 24. Reg. de Ponte d. lectur. 1. n. 44. et ſeq.*

n *Georg. Adam. in ſynt. f. cap. 1. aphor. 6. n. 7.*

o *Conſ feud. vid. in cap. 1. § ſi cliẽtulus, de alien. feud. gl. in l. ex facto, §. vlt. PP. ad Treb Bart. in l. Gallus, §. etiam ſi parente n. 4. de lib et poſth. et in præl. feud. num. 25. et in cap. 1. n. 6. et 7. de eo qui ſibi, et hæred., etc. et conſ. 146. circa med. Roman. cõſ. 1. n. 5. Alex. conſ. 10. n. 1. lib. 1. Dec. conſ. 85. nu. 3. ſicuti de maſculis intelligendum eſſe iure feudali cauetur, vt in cap. 1. § ſimiliter de lege Conradi de fœminis tamen, cùm de eis nominatim dictum fuerit, vt in cap. 1. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dar. poſs. et in cap. 1. §. filia, de ſucceſs. feud. vel ſi ex loci ſtatuto admittantur, prout in Regn. Neap. ex Conſtit. Regni vt de ſucceſs. ſeruata tamen ſexus, et ætatis prærogatiua.*

p *Conſ. feud. vid. in cap. vnico, de forma fidelit.*

q *Cõſ. feud. vid. in c. 1. §. non enim de notis feud.*

r *Conſ. feud. vid. in c. 1. §. Domino ſi de feud. defunct. contentio, etc. Andreas de Iſern. et Iacob. Cuiac. in cap. 1. de forma fidelit. Roſenthal. in c. 1. concl. 2. num. 9.*

Quod

Digitized by Google

A

Quod pro non adiecto haberi poſſet, opinandum eſſe videretur, ex argumento eorum, quæ I.C. reſponderunt *ſ*. Actum autem non ſubſiſtere *Bocerus* opinatus fuit *t*, hanc rationem afferens: *Qui enim aliquod negotium, quod ſolum contrahere voluit, inutiliter agit, omiſſa, ſcilicet, eius ſubſtantia, is, non modo idem illud negotium fruſtra, & inutiliter tractat, ſed nullum aliud negotium conficere in eo ipſo cenſetur*. Ex traditis per *I. C. v*, cuius verba, atq; ſententiam recenſet *Georg. Adamus x*, dicens ad quæſtionem iſtam iure determinandam, pactorum diſtinctionem in genere notandam eſſe, citrà ſcilicet eſſentialia adiectorum: Nam dicit ipſe, vel pacta illa planè contra

B

iura ſunt, manifeſtamque iniquitatem comprehendunt, & hæc non ualere uerùm pro non adiecta habenda eſſe, per ea quæ *I. C.* docuerunt *y*: uel pacta, quæ de ſubſtantialibus ſunt, iuri contraria non ſunt, & tunc, aut præter, aut contra eſſentiam, ne uel ſint, uidendum eſſe dicit ille, contractum, uel ius alterant, non tamen ut alius planè contractus, uel ius inſtituatur efficiunt, ut ex *I. C.* educere eſt *z*, atque eos ſpectare pacta feudo adiecta, quibus plus, uel minus, quam utile dominium uaſſallo conceditur, ſecundum ſupra dicta: Hæc autem alia, quæ contra eſſentiam ſunt, ità transformant, ut alius planè contractus, uel ius inducatur, per ea quæ *I.C.* tra-

C

dūnt *a*, atque ad hęc etiam idem *Adamus*, pacta illa pertinere dicit, quibus obligatio ad fidem ei, cui conceditur dominiū utile, remittitur, quippè, cum eo caſu dicat, formalem rationem feudi tolli, & exindè proſequitur: *Non igitur pro non adiecto habetur, quia non eſt contra Iura utile dominium alteri contractu quodam, abſq; obligatione ad fidem praſtandam cōcedere, & feudum quidem non conſtituitur, ſed aliud quodam ius, ſiuè alia quadam utilis dominij ſpecies oritur*. Quod ex *Roſenthal.* comprobat *b*, dicens quoque ex eo, quod cùm hic remitteretur fides, non daretur occaſio delinquendi, quia eſſet fides, quæ ſpecialiter in feudis habenda eſt remiſsa, non

D

uerò fides, quam communiter homo homini debet, ut latè ipſe *Adamus* explicat *c*, rationem autem ex *Bocèro* in hac re relatā, ita ipſe *Adam.* diſtinguit, quod aut conſtat partes noluiſſe aliū contractum inire, quàm illum, quem expreſſerunt, nec ex alio obligari velint, & tunc non ſeruatis, quæ obſeruanda erant, actus in totum perimit, vt ex *I. C.* probatur *d*, vel enim contrahentes voluerint quomodolibet omninò obligari, & certum eſt, quod & ſi pacto contrahentes actum vltrà propriam naturam alterent, nihilò tamen minùs totus actus non vitiatur, ſed ex partiū contrahentiū expreſsa voluntate aliud negotij genus exhoritur, vt ex *Schrad.*, & alijs cit. *Adam.* ꝓbat *e*.

3 (Feudum quod ſit gratuitum de eiuſdē ſubſtantia non eſt, ſed de illius extrinſeca natura.)

Neque (hoc feudi ſubſtantiale, quod ſcilicet feudum gratuitum eſſe debeat dicas, cùm hoc potiùs de natura

feudi

ſ *I.C. vid. in l.* 14. *PP. de præcar. in l.* 1. §. 45. et 46. *PP. depoſiti in l.* 14. *iuncta l.* 7. *PP. prò ſocio, et in l.* 14. §. 2. *PP. com. diuid.*

t *Bocer. in tract. de ſubſt. feud. cap.* 4. *num.* 19.

u *I. C. vid. in l.* 1. §. 4. *PP. de conſt. pecuniæ l.* 1. §. 2. *PP. de verb. oblig.*

x *Georg. Adam. in d. aphoriſ.* 6. *num.* 6.

y *I.C. vid. in l.* 27. §. 3. *PP. de pactis, et in l.* 29. §. 2. *PP. pro ſocio.*

z *I.C. vid. in l.* 24. *et in l.* 26. §. 1. *PP. depoſiti.*

a *I.C. vid. in l.* 80. §. *vlt. de contrahend. empt. in l.* 46. *PP. locati in l.* 22. *PP. de præſcriptis verbis, Iuſtinian. in* §. *vlt. element. iur. mandati, et in* §. 2. *in fin. elementorum quoque, quib. modis re cōtrahitur obligatio, et I.C. vid. in l.* 5. §. *vlt. PP. pro ſocio.*

b *Roſenthal. d. cap.* 2. *concluſ.* 57.

c *Adam. ibid. cit. num.* 7.

d *I. C. vid. in l.* 1. § 4. *PP. de conſt. pecun. et in l.* 1. §. 2. *PP. de verb. obl.*

e *Schrad. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. *et ſeq. Adam. ibid. cit. d. num.* 7. *in fin.*

Digitized by Google

feudi eſſe videatur, quàm de feudi eſſentia, vel ſubſtantia, quidquid in contrarium dixerint *Burſat.*, *Frecc.*, *Gail.*, *Natta*, *Theſaur.*, *Reg.de Ponte* e, & alij arbitrantes, exindè feudum emptum improprium feudum dici *f*, cùm alij meliùs ſectati fuerint, arbitrantes à communi ſolùm feudi natura, vt feudum gratuitum ſit oriri, indè feudum emptum à communi feudorum natura recedere tantùm aiunt, ex eo, quod aliàs conceſsio feudi gratuita ſit, per ea, quæ in conſuet. feud. loquuntur *g*, cùm in alijs omninò feudi propriam naturam feudum emptum retinere videatur, ex argumento eorum, quæ in Vſ.feud. leguntur *h*, ibi namque: *Licet feudum communi duorum fratrum pecunia ſit emptum, alter tamen frater, fratri, qui emit non ſuccedit: quod dici non poſſet, ſi feudum emptum pro merè hæreditario habendum*. Quam ſententiam ſequuti fuerunt *Zaſius*, *Intrigliol.*, *Myſing.*, *Schrad.*, *Vult.*, *Roſenthal.*, *& alij* *i*, & latè infrà cum de feudo proprio, & improprio, agemus hac de materia ratiocinandum erit.

f *Burſat.* 1. *conſ.* 4. *nu.* 15. *Frec. lib.* 3. *de ſubf. arbitrantes*, *diff.* 33. *Gail.* 2. *obſeru.* 159. *nu.* 4. *Natta conſ.* 159. *nu.* 16. *Theſaur. deciſ.* 146. *num.* 7. *Reg. de Ponte d. lectur.* 1. *nu.* 32. *et ſeq. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap.* 3. *n.* 8. 11. *et* 12. *Hattyler. cap.* 3. *Analyſis iur. feu. lit. M.*

g *Conſ. feud. vid. in c.* 1. *in quib. cauſ. etc.*

h *Vſ. feud. vid. in cap.* 1. *de frat. de nouo beneſ. inueſt.*

i *Zaſ. in epit. feud. p.* 12. *num.* 19. *Intrigliol. q.* 41. *n.* 3. *Myſing.* 5. *obſeru.* 73. *Schrad. cap.* 4. *n.* 55. *et* 73. *Vulteius de feud. c.* 8. *nu.* 45. *Roſenthal. cap.* 2. *concl.* 71. *Hartman. Piſtor. lib.* 2. *q.* 34. *n.* 8. *et* 38. *et* 47. *latè Knichen. p.* 1. *c.* 3. *n.* 257. *et ſeq.*

## VISIO NONA.

Feudorum autem naturalia non ea dicimus, quæ ex feudi eſſentia fluunt, cum illa ſubſtantialia dicenda ſint, ſeù quæ naturæ intrinſecè inſunt, verùm qualitates illas, quæ iure feudali, ſcilicet à communi feudorum ratione in feudorum iuribus feudum ditantes vſu receptæ ſunt, quæ eò tùnc vigent, cùm non niſi aliter conuentione actum fuerit inter quas ſunt, vt feudum gratuitum ſit, ſimiliter, vt Vaſſallus ad ſeruitia Domino præſtanda obligetur, quod Vaſſallus fidelitatis iuramentum præſtare habeat, quod in feudo à maſculo quæſito, nonniſi maſculi ſuccedant, quod in alienationibus feudi, nouitèr quæſiti, Domini conſenſus requiratur, & quod ſi feudum paternum, ſiuè antiquum ſit, agnatorum conſenſus in eiuſdem alienatione adhibeatur.

1 Naturalia feudi quæ ex eiuſdē natura à conſuetudinib. feudorū tradita habētur, ſunt vt feudum gratuitò concedatur.

## ELVCIDATIO.

Ex feudi natura (à conſuetudinibus feudorum tradita, eiuſdem naturalia, ſeù qualitates Iuris authoritate feudo inditiæ habentur, & quidem ex communi feudi ratione, nempè vt feudum gratis concedatur, habemus, vt

Digitized by Google

A

2 Vt Vaſſallus ſeruitia Domino præſtare obſtrictus ſit.

Quod iuramẽtum fidelitatis præſtare debeat.

Vt in feudo maſculino nonniſi maſculi ſuccedere admittantur.

Et tãdem vt in alienationibus feudi noui faciẽdis Domini conſenſus requiratur; paterni verò agnatorũ adhibeatur.

Et hæc quidem naturalia, cum de extrinſeca feudi cõſtitutionis ratione ſint, poſsũt eſſe, & abeſſe abſq; feudi corruptione.

vt in conſuet. feud. notatur *a*, ibi namque: *Feudum non ſub prætextù pecuniæ, ſed amore, & honore Domini acquirendum eſt*. Quod quidem naturale externum eſſe dicas, ſeù feudi extrinſecum ad differentiam illorum, quæ ex ipſa eſſentia fluunt naturalia interna dicta, vt *Zaſius* exponendo probat *b*, & ideò feudum emptum proprium dicitur, ſcilicet ſecundum propriam feudi intrinſecam naturam, atque eſſentiam, vt ſuprà annuimus, & infrà latè probandum erit, ſcilicet quia vt feudum ſit gratuitum de intrinſeca natura, ſeù eſſentia feudi non eſt, veruntamen de extrinſeca, ſeù externa tantùm natura, & ideò quotiès in eſſe gratuito feudum deficiat, totiès in aliquo extrinſeco feudalis naturæ deficit, vt infrà exponendum erit.

B

Similiter, quòd (Vaſſallus ſeruitia Domino præſtare obſtrictus ſit, feudi naturale eſt, vt in conſuetud. feud. probatur *c*, cuius ſeruitij loco hoc in Regno Neap. ab Alphonſo I. huius Regni Rege adoha ſubrogata eſt, quæ altero de duobus modis debetur, & etiam in feudo ſimpliciter conceſſo venit, vt *Dom. Reg. de Ponte* ſectatur *d*, dicens, quod Vaſſallus Domino ſeruitia præſtare videatur ſubſtantiale, naturale, & accidentale dici poſſe *e*, ſubſtantiale, & naturale quando fidelitati ſeruitium annexum eſt, accidentale verò, quando eſt promiſſum; qualiter autem iſtud feudi ſeruitium in vncijs decem, cum dimidio cum ſingulis 20. pro vno milite in feudis cum vaſſallis taxetur, & qualiter idem ſeruitium in feudis inhabitatis, ſeù conſtitutis in annuis præſtationibus liquidandum ſit, latè videndus eſt *Andr. de Iſern.* quem recenſet, & ſequitur idem *Dom. Reg. de Ponte f*.

C

Quemadmodum (quod Vaſſallus fidelitatis iuramentum præſtare habeat, vt in Vſ. feud. ſcriptum legitur *g*, feudi naturale eſt.

Sicuti quod (in feudo maſculino non niſi maſculi ſuccedant, vt in conſ. feud. habemus *h*, inter naturalia feudi eſt.

D

Et tandem (quod in alienatione feudi noui Domini conſenſus requirendus ſit in conſ. feud. ſcriptum eſt *i*, & quod in alienatione feudi paterni agnatorum conſenſus adhibeatur, vt *Obert. de Orto* edocet *k*, naturalia dicenda ſunt (quæ quidem cum ex feudi eſſentia non fluant, vt patet in feudo empto, vt diximus, & in iuramento, quod poteſt à feudo abeſſe, & tamen dici propriè feudum, ut ſuprà latè diſplicuimus, & in cæteris alijs naturalibus cùm poſſint eſſe, & ab eſſe ſalua feudi eſſentia, & conſenſu Domini, & Vaſſalli tolli, uel immutari, ut latè *Georg. Adam.* comprobat *l*, quemadmodum & conſuetudines feudorum conſonant *m*, cùm pacto, quæ naturalia extrinſeca ſunt, ſalua eſſentia immutari poſſint, ut *I. C.* reſpondit *n*.

3 Et inde pacto illis derogari poteſt.

4 Communẽ tamen naturę feudi rationẽ retinebũt, quoties pacta reuocata nõ fuerint.

Ea autem (quæ pacto reuocata non ſunt communem feudorum naturæ rationem retinebunt, argumento eorũ, quæ

not.

a *Conſ. feud. vid. in c. vn. in fin. de feudo dato inuicem leg. comm.*

b *Zaſius ſing. reſp. c. 12. num. 5.*

c *Conſ. feud. vid. in c. 1. per quos fiat inueſtit.*

d *Dom. Reg. de Ponte lect. 2. n. 47. et 48. declarat autem num. 49. quidquid contrarium R. Rouitus dixerit ſuper prag. 18. num. 3. de off. procur. Cæſaris, de qua re latè infrà cum Domini ius in feudis explicabimus.*

e *Idem de Ponte ibid. cit. num. 27.*

f *Andr. de Iſer. in c. I. §. ſimiliter, de probib. feud. alien. per Frid. et in cap. 1. col. final. quis dicatur Dux, et in c. 1. n. 9. de controuerſ. apud pares. Dom. Reg. de Põte ibid. cit. n. 32.*

g *Vſ. feud. vid. in cap. 1. qualiter vaſſallus, etc. in cap. 1. per quos fiat inueſt. etc. et in cap. 1. quid præcedere debeat.*

h *Conſ. feud. in cap. 1. §. filia verò, de ſucceſs. feud. et in cap. 1. de nat. ſucceſs. feud.*

i *C. F. in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. in c. 1. de probib. feud. alien. per Lotharium, et in c. 1. de vaſſ. qui cont. conſt. Loth.*

k *Obert. de Orto vid. in c. 1. de alien. feud. pater.*

l *Georg. Adam. in ſyntagm. feud. c. 1. aphoriſ. 11. c. 3. aporiſ. 3. et c. 4. aphoriſ. 4. et ſeq.*

m *Conſ. feud. vid. in c. 1. quemadmodum feud. ad filiam pertineat, et in c. 1. §. præterea quid ſit inueſt. et in cap. 1. in fin. per quos fiat inueſt.*

n *I. C. vid. in l. 11. § 1. ff. de act. emp.*

Digitized by Google

 A

not. in conſ.feud. *o*. Pacta autem, feudi naturæ derogantia, tanquam Iuris feudalis correctoria ſtrictè interpetranda veniunt, nec eorum facienda eſt de vno caſu ad alium extenſio, vt *Roſenthal.* probat, ſicque vltrà inueſtituræ tenorem non extendenda, vt & *Bocer.* fatetur *p*.

o *Conſ.feud.not.in cap. 1. de feud. non habente, etc. Roſenthal. cap. 2. concluſ.* 54.
p *Comprobatur ex arg. l. ſancimus, C. de teſtam. et l. præcipimus, C. de appellat. Signor. de Homod. in conſ.* 169. *et in conſ.* 240. *Roſenthal. c.* 9. *memb.* 1. *concl.* 4. *nu.* 19. *Bocer de feud. ſubſt. cap.* 3. *n.* 2. *et* 3. *et ſeq.*

## VISIO DECIMA.

B

EA tandem, quæ prætèr ſubſtantialia, atque feudi naturalia per conuentionem Domini, & vaſſalli feudis adijciuntur, ex quibus eiuſdem feudi natura augetur, vel minuitur feudi accidentalia dicenda ſunt.

## ELVCIDATIO.

QVæ ex conuentione (Domini, & vaſſalli præter eſſentiam, atque naturam feudi feudis adijciuntur, illa quidem accidentalia dicenda veniunt, & ante omnia in negotijs, ſiuè cauſis decidendis inſpicienda, ſecundum tradita per *I. C. a*, (quæ quidem duplicis generis *Georg. Adam.* eſſe dixit *b*, prioris namque generis ſunt, ſi vaſſallus Domino ſuo ad inſolitum ſeruitium præſtandum obligetur, vt apud conſuet. feud. legere eſt *c*, ibi namque: *Vt vaſſallus in feſtiuis diebus vadat cum vxore ſua ad Eccleſiam*, vbi *Andr. de Iſern.* & *Gloſſa Nardi Liparuli d*, ſimiliter ſi fœminis in feudis ſuccedere concedatur, vt in citatis conſuetudinibus legitur. Poſterioris autem generis, ſi vaſſallus à ſeruitijs liberum, debere eſſe paciſcatur, ſiuè quòd feudum ad ſucceſſores non veniat, ſiuè quod poſſit alienari abſq; Domini conſenſu contrà conſuetud. feud. vbi: *niſi ſpecialiter inueſtitus fuerit f*, quæ autem poſterioris generis negatiui denominauit *Adamus*, de feudi forma, atque ſubſtantia eſſe *Hattyler.* diſplicat *g*.

1 Accidentalia feudi omnia ea ſunt, quæ ex pactis præter feudorum regularẽ naturã feudis adiiciũtur. C

2 (Et iſta quidẽ duplicis generis eſſe exponitur.

D

a *I.C. vid. in l.* 1. *§. remouet, et ibi Bart. PP. de poſtulando.*
b *Adam. in ſyntagm. iur. feud. aphoriſ.* 9.
c *Conſ.feud. vid. in c.* 1. *per quos fiat inueſt.*
d *Andr. de Iſer. in §. præterea n.* 13. *et* 16. *vbi Gloſsa Nardi Liparuli ad d. num.* 13. *verbo, hodie curtizantur lit. B.*
e *Conſ.feud. vid. in c.* 1. *de alien. feud. in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Frid. et in cap.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lotharium.*
f *Conſ. feud. vid. in cap.* 1. *an maritus ſucced. vxor.*
g *Hattyler. in Analyſ. iur. feud. cap.* 9.

Solennia (tandem cùm potiùs ad inueſtituram feudorum, quàm ad ipſum feudum pertinere dicantur, ſcilicet ad contractum feudalem, non ad feudum ſolennia totaliter ſpectare, idcircò hęc potiùs ad inueſtituram repetere fas erit, quàm ad feudum, quod ab ipſa inueſtitura, ſiuè contractu feudali formalitèr diſtinguitur, vt in ſequenti viſionis elucidatione probatum videbitur, inueſtituræ tamen ſubſtantiam ijs in ſolennitatibus eſſe, etſi *Vult.* dicat *h*, non tamen de verborum ſolennitate intelligas, cùm de illa in inueſtitura opus non ſit, vt idem *Vult.* probat *i*.

3 (Solennia feudalia qua ratione hic diſplicanda non ſint, veruntamẽ infrà de iis ſcribendũ ſit.

h *Vult. lib.* 1. *de feud. c.* 7. *num.* 20.

i *Idem Vult. ibid. cit. num.* 51.

VI-

Digitized by Google

A

## VISIO VNDECIMA.

## De feudo, àn ſit contractus.

## Rub. 7.

**F**Eudum contractum non dicimus verùm tamen ex peritiſſimo *Iacobo Cuiacio* ius, quod per contractum conſtituitur.

B

### ELVCIDATIO.

POſteàquam hactenùs feudi eſſentiam, atque naturam expoſuimus, qualitèr, & ipſum feudum à contractu feudali diſtinguatur proponere conueniens eſt.

1 Feudum contractus ipſe feudalis non eſt.

C

Quod (communi feudiſtarum circà rem hanc proponitur, diciturque à vulgo: nùm feudum contractus ſit, non ab ratione omni virtute præditus *Iacob.Cuiac.* notauit *a*, dum inquit: *Ne dixeris etiam feudum eſſe contractum; ius eſt potiùs, quod per contractum conſtituitur*. Cuius quidem dictum Iure Canonico authenticatur *b*. Vndè in quantum inueſtitura feudi conſtituendi modus ſit, & quidem idem *Cuiacius* rectè, quod ſit ſolemnis feudi ceſſio vltrà concedit *c*, ceſſio ideſt contractus ille negotium illud, vt non ab re eandem ſententiam *Vult.* ſequi adſtipulatur *d*. Hinc eſt tantorum virorum, ſalua pace, legitima oratione haud eos ſcripſiſſe, feudum contractum eſſe, cùm non benè diſtinguerint feudum, quod in contractu feudali deducitur, ab ipſo contractu feudali, qui quidem fuere *Bart.*, *Bald.*, *Imola*, *Andr.de Iſern.*, & communiter ſequi, *Curt. iun.* feudum contractum de per ſe dixit, ſimiliter *Zaſius*, *Aluarotus*, *Iulius Clarus*, *Schrader*, *Roſenthalis*, *Cardinalis Mantica*, *Euerhardus iun.*, *Iaſon*, *Rub. Alex.*, *Crauett.*, *Cephalus*, *M.Ant.Peregr.*, *Ruinus*, *Alciatus*, *Soccin.ſen.*. *Soccin.iun.* *Loffredus*, *Reg.de Ponte*, *Confer.Hunn.*, *Finckelth.*, *& alij*, dicentes ſola promiſſione feudum non conſtitui, feudum tamen dant eſſe contractum, quos duos vltimos citatos recenſet, & ſequitur *Gottfrid. Sueus* *e*.

D

Horum autem omnium error conſiſtit in proponendo con-

G tentum

a *Iacob. Cuiac.in præf. feud. non procul à fine.*

b *Ius Can. not. in cap. de forma 22.q 5.*

c *Cuiac. cap.1.§.ſi verò Archiep. qui feud. dar. poſs.*

d *Vult. lib. 1. de feud. cap.7.num.6.*

e *Bart. in l. iur.genſ.§. quinimò, col. 6. PP. de pactis, Bald.in cap.quæ in Eccleſ.col.10.et ibid. Imola, et idèm Bald. in cap. 1. in princ.nu.9.de feud. cognit. Andr. in prælud. feud. dicens eſſe contractū de per ſe eāq; communem dixit Curt. iun. de feud.p 1.in princip.in 9.quæſt. Zaſ.p.1. n.5. Aluarot.in cap.1.de feud. cognit. Clarus in lib. 4. ſententiarum, §. feud.q.6. Schrad.in tractat.feud. p.2. c.2. Roſenthal.in trac.iur.feud. cap.1. concl. 7. num. 1. Mantic. de tacit. et ambig.lib.23. tit.18.nu.1. Euerhard. iun. conſ. 3. num.22.vol. 2. Iaſ. in prælud. feud. num. 34. verſ. contrarium, Rub. Alex.conſ.130.in fin. Crauett.conſ.411. num.3. et conſ.688.num.9. et conſ.702. num.21. Cæphal. conſ.176. in fin. M.Ant. Peregr. deciſ.Patau.159.n.2.Ruin. conſ.45.num.16. lib.1.et conſ.vlt. num.9. lib. 5. Alciat.in l.Gallus, §.inſtituens, num.24. et ſeq. de lib. et poſthum. Soccin. iun. conſ 31. num. 14. et 15.lib.4. Sigil. Loff. conſ. 1. n. 70. Soccin.ſen.conſ.67. num. 14. et ſeq. lib.1. et conſ.165. num.8.lib.2. D.Reg.de Pont. in prælud.feud.lect.1. n.27. et 28. Confer. Hunni tract. feud.cap.10. pag. 188. et ſeq. Finckelth. diſp.feud.6.Theſ.3. Sueus exercit.feud.6.aſſert.1.fol.88. poſt med. verſ.non obſtat,et alij.*

Digitized by Google

A

tentum (ſcilicèt feudum, quòd contractui feudali continetur pro contractu ipſo feudali continente, eo caſu, quo cùm feudum ſit illud Ius, quòd in contractu feudali venit, atque deducitur ab ipſo feudali contractu diſtinguitur, quòd quidem,& à priori quoque probari poteſt, nàm cùm ipſum feudum in ipſo contractù feudali contineatur, quemadmodum iure, continens à contento diſtinguitur, ità & feudum ab ipſo contractu diſtingui debet, à poſteriori quoque comprobatur, quia nullibi in iure feudali, feudum cotractum dici inuenitur, quòd ità dubio caret, vt nec minimi vocabuli, vel ſignificatu inter feudorum conſuetudines hoc ſignificari, vel induci poſsit. — 2 (Sed feudũ in contractù feudali cõtinetur.

B

Confirmatur quoque iterum à priori, nàm quod iuris eſt, idem eſſe cùm illo, quòd facti eſt dici nequit, atque feudum cùm iuris ſit, nàm vſusfructus dicitur, quòd ius vtendi, & fruendi eſt, vt latè ſuprà diximus, idem eſſe cũ contractu feudali, qui facti eſt, dici non debet, & quòd contractus feudalis potiùs facti, quàm iuris ſit patet, nàm contractus omnes in iure potiùs facti, quàm iuris eſſe dicuntur, vt *I.C.* conſonat *f*, ergò contractus feudalis facti erit, feudum verò iuris,& ideò idẽ eſſe inter ſe nõ poterunt,ea nimirũ ratione, quia duæ eſſentiæ contrariæ eſſe videantur, nempè facti, & iuris, & ideò non poterunt identificari.

C

Secundò quoque à poſteriori comprobatur, quia quando *Obertus de Orto* feudum deſcripſit, haud ſub contractus genere feudum ſpecificauit *g*; Verùm beneuolam actionem feudum eſſe dixit; & licet aliquãdò in vſibus feudorum legatur (*vt in cæteris contractibus*) tamen non obſtat, quia tunc de feudali contractù, ſeù de facto illo, ſcilicet modo conſtituendi feudum, quemadmodum vt in cæteris contractibus ſermo ſit non verò de feudo.

D

Quàm autem noſtram ſententiam, vt firmam, atque omni iure non ambigendam vltrà, *Ill. Iacobum Cuiacium*, & *Vulteium* cit. amplectuntur idem *Bart.* ſibi contrarius, *Bocerus*, *Fachineus*, *Harprectus*, *Liberius*, *Hattylerius*, & *alij h*.

Contractu autem feudali exindè feudum conſtitui ſcilicet negotio illo ex mente eiuſdem *Cuiacij*, & *Vultei* vltrò concedimus, quemadmodum, & *Adam.* probat *i*, non tamen ipſum contractum idem cum feudo eſſe ex ſuperiùs probatis pronunciamus.

*f I.C. vid. in l. 7. §. vlt. ff. de curator. furioſi.*

*g Obert. de Ort. vid. in cap. 1. ex quib. cauſ. etc.*

*h Bart. ſibi contrarius in l. fin. Cod. quando lic. ab empt. diſcedere, et in rub. Cod. de rerum permutat. ſibi quidem contrarius in cit. loc. legis iur. gent. § quinimò Bocer. in tract. de qualitate, et differentia feudi, cap. 1. num. 6. Fachineus lib. 1. contr. iur. cap. 1. verſ. ad alteram quæſt. Harprect. in addit. ad Iul. Clar. q. 6. numer. 12. et 13. Hattylerius in analyſ. iur. feud. cap. 3. lit. A.*

*i Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 8. Aphoriſ. 3. num. 2.*



Digitized by Google

A

## VISIO DVODECIMA.

# De differentijs inter feudum, & aliàs dominij vtilis, ſiuè vſusfructus conceſsiones.

## Rub. 8.

B PRæthereà, & ipſum feudum quemadmodum à feudali contractu diſtinguitur, ità ab emphyteuſi, cæteriſque vtilis dominij ſpeciebus, vt ſuperficies, aliaque iura ſunt, diſcriminatur.

## ELVCIDATIO.

(feudum in quibus ab emphyteuſi differat.)

Ex quo ſuprà (de feudi eſſentia natura, atque qualitèr à contractù feudali diſtinguatur, ſcriptum eſt, facilè qualitèr feudum à cæteris dominij vtilis ſpeciebus differat conſtare poterit; Et quidem primò.

C Differt feudum ab emphyteuſi, nā emphyteuſis ex iure ſcripto deſcendit, vt ex *I.C.* & *Iuſt. Imp.* dicere eſt *a*, feudum verò ex iure non ſcripto deſcendit, vt in conſ. feud. habetur *b*.

Secūdò, quia feudum ſub fidei cōditione cōſtituitur; emphyteuſis verò ſub annuo Canone, vt ex *I.C.* & *Imper.* habemus *c*, feudum, & empyteuſis inter ſe ſimiliter.

Tertiò, ex eo differunt, quia vaſſallus iurat, vt in conſ. feud. habetur *d*. Emphyteuta verò non iurat, cùm hoc iure cautum non reperiatur ſecundùm dicta à *Bart. Cepoll. e*.

Quartò, quia vaſſallus tenetur ad homagium, & fidelitatē, vt in *c. f.* habetur *f*. emphyteuta verò ad Canonem tenetur, vt *Imper. Iuſt.* & *I. C.* dicunt *g*.

D Quintò, quia emphyteuta non ſoluens per triennium Canonem laico, & per biennium Eccleſiæ cadit à iure ſuo, vt *Imper.* reſcripſit *h*. feudatarius autem non ſatisfaciens infrà dictum tempus à iure, quòd habet non cadit, vt *Speculator* inquit *i*, quod eo caſu verùm eſſe intelligas, cùm feudum non pro penſione datur, cùm ſecùs fit ſi prò fidelitate, & penſione detur, quia illo caſu cùm vaſſallus non ſoluerit, feudo priuandus veniat, vt *Card. Zab.* & *Bart.*

a *I.C. vid. in l. ex hoc iure 5. PP. de iuſt. & iur. Imp. in §. ex hoc iure element. iur. de iur. nat. gent. etc. et in tit. Cod. de iur. emphyteut.*

b *C. f. vid. in §. et quia de his qui feud. dare poſ.*

c *I.C. vid. in l. 1. & l. 2. ſi ager. vectig. id eſt emphyt. pet. Imperatorē in l. 2. verb. ſolitam pēſionem, C. de iur. emphyt. l. 3. verbo ad ſoluēdum emphyteut. Can. Cod. eod. Bald. in liberti penult. col. Cod. de operis libertorum, & in addit. ad Speculat. de locato verſ. feud. datur, & notatur in cap. 1. in fin. de feud. dato inuicem legis commiſſoriæ in cap. 1. in princ. quibus mod. feud. amittatur, Speculat. de locato, §. 6. verſ. 4. Vult. 1. d. f. c. 12. n. 2. quam differentiā potiſſimam eſſe dixit Reg. de Pont. lect. 2. n. 4.*

d *Conſ. feud. in cap. 1. de forma fidel. in c. 1. de noua forma fidel. & in c. 1. qualiter vaſſallus. &c.*

e *Bart. Cap. in cap. 1. vlt col. 3. diff. de feud. cognit.*

f *C. f. vid. in cap. 1. de forma fidel. & in cap. 1. de noua for. fidel.*

g *Imp. Iuſt. vid. in §. adeo elem. iur. locat. I. C. vid. in l. 2. in fin. & l. ſeq. ſi ager. vectig. juncto Imp. in l. 2. C de iur. emphit.*

h *Imper. vid. in d. l. 2. Cod. de iur. emphyteut.*

i *Speculat. de locat. §. 6. verſ. 75.*



Digitized by Google

*Bart.Cap.* probant *k*.

Sextò, quia de feudo quis poteſt per ſpecialem procuratorē inueſtiri, vt in conſ. feud. notatur *l*, in emphyteuſi autem perpetua, fieri non poteſt, cùm non niſi ſolus Dominus inueſtiri poſſit, vt *Imperator* reſcripſit *m*.

Septimò, ſi vaſſallus irrequiſito Domino feudum alienet cùm feudū paternū eſt adgnatos vaſſalli Dño excluſo feudum reuertitur, vt *Gloſs.Iacob.de Beluis,* & *DD.* vno voto ſectantur *n*. emphyteuſis verò ad dominium reuertatur, ſecundum citati *Imperatoris* dicta *o*.

Octauò, quia feudum indiſtinctè donari non poteſt, vt in vſ. feud. legimus *p*. emphiteuſis verò etiam à Fiſco conceſsa donari poteſt ſaluo tamen Domino Canonis iure, vt apud *Imperatorem* legitur *q*. B

Nonò, quia emphyteuſis pignorari poteſt, vt *Imperator*, & *I.C.* edocent *r*. feudum verò pignorari nequit, vt in dictis Conſuet. notatur *ſ*.

Decimò, quia quando Vaſſallus in Dominum ſuum delinquit, ipſe, & ſui deſcendentes in infinitū feudo priuantur collaterales verò, vſque ad quartum gradum admittuntur, vt in vſ. feud. *t*. quod quidem in emphyteuſi non ità ſe habet, cùm hæc ſucceſſio iuris ciuilis ordinem confundat, cùm incipiat à poſteriori, vt *Bald.* notauit *v*.

Vndecimò, quia feudum multis modis amittitur, de quibus in conſ. feud. videre eſt *x*, quibus non etiam emphyteuſis quoque amittitur. C

Duodecimò, quia ſi vaſſallus feudum alienet, illudque etiam ſi in continenti recuperet feudum amittat, vt in v.f. *z*. licet hodiè ſecus ſit cùm ſtatim poſt alienationem Domino aperiatur, vt in ijſdem feudorum vſibus habetur *a*, niſi de Dominorū conſenſu vendidiſſet, quód tamen ſecùs eſt in emphyteuta, ſi inter duos menſes recuperet, vt Iure Canonico probatum experitur *b*.

Decimotertiò, quia emphyteuta poteſt in ſuo teſtamento de emphyteuſi diſponere, vt *I.C.* admonet *c*. quod idem non licet feudatario de feudo diſponere, vt in vſ. feud. *d*, legitur, vel niſi à Domino redemerit pretio, vel gratia, vt in vſ. feud. habetur *e*. D

Decimoquartò, quia in emphyteuſi ſuccedūt fęminæ indiſtinctè

k *Card. Zab. in c. potuit de locato, & conducto, Bart. Cæp. in d. c. 1. col. vlt. diff. 5. de feud. cognit.*

l *C.f. not. in d. cap. 1. §. fin. per quos fiat inueſtit.*

m *Imp. vid. in l. fin. C. de iur. emphyteut.*

n *Gloſ. Iacob. de Beluis, & DD. in c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud.*

o *Imp. in d. l. fin. C. de iur. emphyteut.*

p *V.f. vid. in § donare, qualitèr olim feuda alienari, etc.*

q *Imp. vid. in l. fin. C. de fundis patrimonialibus lib. 12 gl. & Bald. in d. §. donare, & in cap. 1. § denique quæ fuit 1. cauſ. benefic. amitt. gloſ. in d. l. fin. C. de iur. emphyteut vbi Bart. cōtrarium tenet, de quo videas Baldum, Angelum, Imolam, Raphael. Alex. & DD. in l. ſi domus, § fin. de legat. 1. Cynus, Bald. & Salicet. in d. l. fin. & Alex. in d. cap. potuit in 12. cart.*

r *Imp. vid. in d. l. fin. C. de iur. emphyteut., & in §. adeo element. iur. locat. lib. 3. I.C. not. in l. tutor, § fin & ſeq. de pignorat. action. et in l. lex vectigal. PP. de pignor. DD. & Alex. in d. cap. potuit.*

ſ *C.f. vid. in c. 1. de prohib feud. alien. per Frid.*

t *V.f. vid. in c. 1. & ibi Bald. ſi vaſſallus feudo priuetur, & in c. 1. ſi de feud. fuerit controuerſ.*

v *Bald. in d c. 1. ſi vaſſallus feudo priuetur.*

x *C f. vid. in tit. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amitt. in tit. quibus modis amittat, & in tit. quib. cauſ. feud. amittatur.*

z *V.f. vid. in cap. 1. quid iuris ſi vaſſallus poſt alienat. & ibi gloſ. Magiſtral. in fin.*

a *V.f. vid. in c. 1. §. hic de ſucceſ. feud. & ibi Aluarot. licet idem teneat contrarium, & malè in c. 1. quid iur &c.*

b *Ius Can vid. in d. cap. potuit, & ibi DD. & Io. An. in Nouell. de locat. Bald in concluſ. feud. tit. de prohib. feud. alienat per Frid.*

c *I.C. vid. in l in conuentionalibus, et ibi Bart. de verb. obligat.*

d *V. f. vid. in cap. 1. de ſucceſs. feud.*

e *V. f. vid. in cap. 1. quemadmodum feudum ad fil. etc.*

Digitized by Google

A ctè, vt ex *Bald. & alÿs* probatur in feud. verò fœminæ non ſuccedunt *f*.

Decimoquintò, quia emphyteuſis in dotem dari poteſt, feudum verò non, vt *Speculator* exponit *g*.

Decimoſextò, quia in feudis, muti, ſurdi, vel alio morbo perpetuo laborantes non ſuccedunt, vt in vſ. feud. habetur *h*. in emphyteuſi verò ſuccedunt, vt *Lud. Pont., Bald., & alÿ* affirmant *i*.

Decimoſeptimò, feudum, & emphyteuſis inter ſe differunt, quia emphyteuſis ſcriptura tantum conſtituitur, atque probatur, feudum verò etiam per teſtes probari poteſt, vt in vſ. feud. *k*.

B Vltimò, feudum ab emphyteuſi differt, quia maiorem poteſtatem emphyteuta, quam vaſſallus habet, ità quod, & ſi abſq; Domini conſenſu emphyteuſim alienare nequeat, vt *Imp.* voluit *l*, non tamen eſt conſenſus denegatio alienationem impedire poteſt, ſed ſi ipſe Dominus facta denunciatione pretium, quò quis eſt venditurus intrà duorum menſium ſpatium non ſoluerit, vel ſi eius conſenſus, quando alio, quàm venditionis titulo ius emphyteuticum transferre vult emphyteuta, requiſitus fuerit Dominus neceſſariò nouum emphyteutam recipere Dominus tenebitur, vt ex dictis per *Imp.* patet, & *Georg. Adam.* probat, dicens quoque etiam reſpectù Dominij directi maiorem Dominus habere poteſtatem in emphiteuſi, quàm in feudo, cùm poſſit non requiſito emphyteuto emphyteuſim alienare, quod ſecùs in feudo eſſe ſcribit, ex *Carpzou. & alÿs n*.

C 2 (Similiter qualiter à ſuperficie diuerſam naturam habeat.

Similiter (& à ſuperficie feudum differt, ità quod, quemadmodum feudum in ipſo feudi ſolo conſiſtat ſuperficiarii verò ius in ſuperficie tantum, ſicuti quia nec vt feudum ſub feudi conditione, ſed ſub annua præſtatione, vel etiā abſq; penſione conſtituitur, ſimiliter quia non ita, vt in rei feudalis alienatione conſenſus Domini in ſuperficiei diſtractione requiritur, quando autem, & quomodo requiratur *Bart.* adeundus eſt *o*.

D 3 (Itē à bonis cenſiticis.

Quemadmodum (à bonis cenſiticis, in quibus quis plenum habet dominium, ità tamen conceſſum, vt accipiens ſoluere certum annuum cenſum teneatur, vt ex traditis per I.C. habemus *p*, penſio autem, quæ in emphyteuſi ſoluitur prò recognitione dominii directi apud concedentem permanentis, cenſus verò pro recognitione dominij à concen-

f *Bald, in cap. 1. ſi de feud. fuerit controuerſ. et in auth. de non alienandis, §. emphyteuſim, DD. et Alex. in d. cap. potuit 15.*

g *Speculat. in c. 6. verſ. 292. de locat. cap. 1. §. donare qualitèr olim etc. DD. in l. vſusfruct. PP. ſoluto matrim. et Alex. in cap. 1. 4. q. de locat. et quod feuda regulariter in feudum dari nequeant, explicat Cam. in l. Imperial. pag. 82. lit. A. vbi latè diſcurrit idque limitando lit. B. C. et ſeqq.*

h *Vſ. feud. vid. in cap. 1. an mut. vel aliter imperf.*

i *Lud. Pōt. in ſing. verſ. 178. hodie fœmina, Bal. in tit. de pac. cōſt. col 26. Bart. Cæph in d. cap. 1. de feud. cognit.*

K *Vſ. feud. vid. in c. 1. et tot. tit. de controuerſ. inueſtit. Bald. in rubr. C. de condict. ex l. vlt. col. Iaſ. Maÿ in l. 1. C. de iur. emphyt. in 11. col verſ. 5.*

l *Imperator vid. in l. 3. verſ. ſin autem, et verſ. final. verbo iure emphyt. cadat. C de iur. emphyt.*

m *Imperator vid. in d. l. 3. Cod. de iur. emphyt. Franc. Fulgineus in tract. de iur. emphyt. tit. de alienat. q. 1. et q. vlt. quem recenſet, et ſequitur Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. c. 2. aphoriſm. 10 n 1.*

n *Carpzou. par. 2. c. 39. definit. 10. Conf. Alu. Valaſc. de iur. emphyteut. q. 38. 39. et ſeq. Adam. ibid cit. num. 1. in fine, quidquid per Vult. emphyt. cū feudo, quemadmodum, et locatio, et conductio conferātur, lib. 1. cap. 12. num. 4. et maximam ſimilitudinem inter feudum, et emphyteuſim, dixit eſſe Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ. Neap. 125. num. 13.*

o *Bart. et alÿ DD. in l. 1. §. quia autem de ſuperfic. Franc. Fulgineus in tract. de iur. emph. in præl. quæſt. 12. num. 9. et 10. quem recenſet, et ſequitur Adam. ſuprà cit. num. 2. quidquid Vult. lib. 1. cap. 12. num. 5. feudum cum ſuperficie conferat.*

p *I.C. vid. in l. vlt. C. de rer. permut. vbi gloſ. verſ. iuxta datam, Ouid. de Amic. de iur. emphyt. in prælud. num. 25.*

Digitized by Google

cedente accepti, vt *Vvames* conſuluit, iuncto *Auguſtino Barboſa*, dicens cùm *Cencio*, *& alijs*, *q*. (*Creator Cenſus quando quis tradit rem ſuam alicui, & in eum omnem dominium directum, & vtile cum onere, quod accipiens teneatur ſoluere certam annuam penſionem*) *Indè* haud rectè dicitur, cenſum pro directi dominij recognitione præſtari, vt ex *Iur.Can.Bart.* ſcribit cum cenſus, & emphyteuſis annuam præſtationem confundant *r*; eo caſu, quò in cenſu tam directum, quam vtile dominium penès cenſuarium ſunt, ſicque non benè diſtinguit *Bart.* in dicto loco cenſum ab emphyteuſi. A

Quod autem à feudo cenſus differat patet, quia ſi cēſuarius cenſum in dominij directi recognitionē non ſoluat bonis non priuatur, quemadmodum ob factam alienationem irrequiſito Domino rem non amittit, vt in feudario eſt, de quibus, & alijs citatus *Adamus* adeundus *ſ*. B

Diſcriminari (quoq; feudum patet à libellarijs bonis emphyteuſi affinibus, nempè ab illis bonis, quæ prætio plerumque interueniente, ità conceduntur alicui à Domino, vt penſionem illi certam ſingulis annis ſoluat, & præterea ſtato condictoque tempore non etiam mutato poſſeſſore denuò numerato prętio, vel certo, vel arbitrario, contractum, vel ius quod habet renouet, vt *Cuyac.* & *Rittershus.* animaduertunt recenſiti ab *Adamo t* dicens, hoc ius libellarium, per ius colonarium à DD. denotari, de quo *Imper.* ſermonem agunt *v*, & quod compilatores iuris feudalis Longorbadici videantur, per verba, ***libellario nomine concedere, per libellum alienare***, ſignificare quoque conſtitutionem emphytheuſeos ex *Hotomano*, *& aliis* probat, ſimilitèr ex deſcriptione contractus libellarij in conſuetudinibus feudorum tradita *x*, quæ conuenit cum emphyteuſeos deſcriptione, vt ex dictis cōſ.feud. patet *z*, tantò magis, quod in libris feudorum, vbi ſimilis, feudali, contractus ponitur, ſemper libellarius nominetur *a*, quemadmodum, & emphyteuticum ipſum contractum, ex *Ardizone Icto Veronenſi vetuſtiſsimo feudorum interprete*, in quibuſdam locis Italiæ, vt Veroniæ in ſua patria libellum dici, & ex *Iaſone* communi vſu loquendi contractum emphytheuticum libellarium appellari, & materno ſermone libellum dici, citatus *Adam.* refert *b*.

4 (Quemadmodum à bonis libellariis, C D

Similitèr (& à bonis, quæ iure præcario habentur feudum differt, quidquid eorundem adfinæ feudum ſit reſpectu dominij vtilis, iuris conuenientiam habent, cæterùm præcaria bona ſunt, quæ ità rerum aliquarum immobilium

5 (ſicuti à bonis præcariis.

*q Vvameſ. conſ. 335. n. 3. iunctis Aug. Barboſ. collect. in decretal. c. 6 de Religioſis Dom. n. 9. et 10. vbi cum Cencio de cenſ. par. 1. c. 11. art. 1. n. 5. et alijs, quibus addas Schrad. de feud. par. 2. 2. cap. n. 59. And. Kohl. de ſeru. feud. cap. vlt. n. 27. Rauchbar l. 2. q. 12. n. 17. Coler. V. 1. conſ. 5. n. 15. Gaſpar Klock. to. 2. c. 47. num. 5. Vveſenbec. p. 2. conſ. 62. n. 24. Heig. in §. adeò de locat. et conduct. n. 16. Zicgler. ad Caluol. §. nobiles, num. 187. quos recenſet, et ſequitur Adam. ibidem cit. n. 3. poſt princ.*

*r Bart. in l. 1. num. 4. Cod. de iur. emphyt. ex cap. 2. de cenſ. quem recenſet, et ſequitur Iacob. Cancer. var. reſol. cap. 4. de ſeruit. n. 177. in fin. 2. tom.*

*ſ Adam. ibid. quo ſup. cit. n. 3. per tot. ex Capyc. deciſ. 196. et aliis, quidquid Vvlt. contractum cenſualem cū feudo conferat, lib. 1. f. c. 12. num. 8.*

*t Cuiac. in 1. feud. 2. Rittershuſ. iur. Iuſtin. par. 1. cap. 8. num. 51. Adam. ibid. quo ſup. cit. n. 4. iuncto Vvlt. lib. 1. f. cap. 12. n. 9. conferens quoq; contractum iſtum libellarium cum ipſo feudo.*

*v Imper. vid. in l. 24. § 1. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. et in Nouell. 7. præf. §. 1. nou. 120. c. 1. verſ. ſed neque de Colonis.*

x *Conſ. feud. vid. in cap. 1. §. 2. qualiter olim, etc.*

z *Conſ. feud. ibid. quo ſuprà cit. §. 3.*

a *Lib. feud. vid. in cap. 1. §. inter 9. et §. 1. ſi de feud. defunct. &c.*

b *Ardiz. in ſum. feud. 2. par. 1. princ. cap. 119. Iaſon in l. 1. Cod. de iur. emphyt. num. 39. circa finem, iuncto Andr. Tiraquell. par. 1. q. 1. art. 1. num. 14. et alii ab eodem Adam. relati in d. num. 4. in fin.*

Digitized by Google

A

biſium, proùt enim cum emphyteuſi dominij vtilis quoq; ratione iura conceduntur, vt quis ijſdem vtatur, fruatur quovſque vixerit, vel ad tempus aliquod certum, & vt vtatur gratis, vel etiam conſtituta certa mercede, ea tamen lege, & conditione, vt is viciſſim rem aliam ſuam eiuſdem precij donet Eccleſiæ, retento eiuſdem vſufructu quoad vixerit ipſe, vel ad certum tempus, quo finito vſusfructus cum proprietate conſolidetur, & tum res illa, pleno iure ſit Eccleſiæ, vt ex *Cuiac.*, *Vulteius* probat *c*, vel ſecundum *Barboſam*, eſt vſusfructus quidam illi conceſſus, qui rem ſuam Eccleſiæ donauit, vel in iſta vel etiam in alijs rebus Eccleſiæ, ſiuè mobilibus, ſiuè immobilibus, quem ſequitur *Georg. Adam.* cit. *d*.

B

A præcario quoq; feudũ differre per ſe patet, & ſi quodãmodo cum feudo præcarium, quod definitur contractus, quo alicui rei alicuius vſus gratis conceditur quandiù libuerit concedenti, vt *I.C.* reſpondit *e*, cuius mentionem *Gerhardus* in vſ. feud. facit, teſte *Vulteio* conferri poſſit *f*.

6 (Atque ab Eccleſiaſticis beneficijs, & bonis quæ ad filias tantùm tranſitoria ſunt, feudum diſcriminatur.

C

Beneficijs (Eccleſiaſticis nequè feudum conuenit, & ſi feudo adfinia, quodammodo illa videantur cùm feudum quoq; beneficium dicatur, tamen quia inter ea, diſcrimina innumera ſunt (quidquid feudo conferantur) à feudis latè differunt, de qua re citatus *Adam.* itidẽ adeundus, & qualiter feudum cum iure protectionis cognationem quandã habeat, & illa adfinitate non obſtante à feudo differat, proùt, & alia bona, quæ in filias tantùm tranſitoria ſunt citatum *Adamum* videndum eſſe arbitror *g*.

c *Cuiac. in cõment ſuis feud. lib. 1. tit. 3. Vult. lib. 1. de feud. cap. 12. num. 7.*

d *Barboſ. in cap. 2. de præcar. num. 4. Adam. alios referens ibid. quo ſup. cit. num. 5. qui latè de hac re ibid. adeundus eſt.*

e *I. C. vid. in l. 1. PP. de præcario.*

f *Gerhardus vid. in c. 1. §. 1. de his qui feud. dar. poſs. Vult. lib. 1. f. cap. 12. num. 6.*

g *Adam. ibid. quo ſup. cit. num. 8. 9. et 10.*

---

# De differentijs inter feudum, & cætera bona allodialia.

## Rub. 9.

D

### VISIO DECIMATERTIA.

1 (allodialia bona à feudalibus differre elucidatur, & ſic quę nã hæc allodialia bona ſint explicatur, & allodij vocis etymologia dilucidè ponitur.

OMnia namque bona, in quibus dominium proprietatis, & vſusfructus habetur, vt allodia ſunt, feudis, atque bonis omnibus, in quibus dominium in vſufructu tantùm conſideratur opponuntur.

### ELVCIDATIO.

OPtima quidem (conditione, atque iuris veritate prædia omnia, quæ nihil penſitant, nihil debent, nec ſcilicet fidem, nec vlla alia onera, de quibus latè dictum eſt, libe-

 A

ra bona dicenda cùm poſſidentur, vel vti vulgò ſpeciali nomine allodia dicuntur, quo nomine, & rei libertatem,& propr ium alicuius patrimonium denotatur, allodia inquam,quaſi fidei vinculis ſoluta, per ea quæ *Cuiacius* exponit *a*, addens allodium, ſiuè allodem dici, ſicuti latinus amens, quaſi ſine mente, allodium quaſi ſine lode, eo quod eius poſſeſſor nemini leodes ſit, ſiuè, vt nunc loquimur laudes, ideſt homo, vel vt *Hotomanus* putat *b*, hoc nomen allodium Barbaris dictum, quod Romani prædium dicebant, cenſendo, vel prædium mancipi, vel quod iure Quiritum mancipio, & nexù tenebatur; ſed verbi notionem demonſtrare in tanta caligine, per quam B difficile eſſe text. *Vulteio*, idem *Hotomanus* arbitratur *c*, quiquidem *Vulteius* refert, reiecta notatione *Cuiacij*, & *Guilielmi Budæ*, exiſtimaſſe allodium dictum à priuatiua particula, *A*, & verbo, *laudare*, ea ratione, quia allodij nomine nemo laudandus in authorem veniat, à quo conceſſum habeatur, ſicque allodium quaſi abſque laude, dicens quoq; ex eodem *Hotomano*, primam dicti vocabuli originem iure, ex eo manaſſe, quod nationes bello ſubactæ bipartito, prædia diuiſerint, mediaq; pars militibus fruenda in beneficij locum attribueretur, altera pars, & illa quidem deterior, plebeis, & reliquæ multitudini, quod etiam nunc *Germanos* dicere *Allen Leuthen* refert, quaſi C dicas, dicit ipſe, vniuerſæ plebi, ſed ex his certum eſſe tãdem, idem *Vulteius* fatetur, quod quocunq; modo, & ex qualibet voce, allodium dicendum veniat, vel deſcendat, quemadmodum, & liberalia bona, inuicem à ſe, feudo diſtinguantur, vt in *c. feud.* notatur *d*.

Allodium autem dici ſimplicitèr proprietatem, & propriam hæreditatem, ex *Gerhardo Capagiſto*, & *Oberto de Orto* profitendum nobiseuenit *e*, deſcribitur autem à *DD.* vt ſit ius quodã prꝗterquã à Deo ab alijs non recognoſcendũ, vt *Baldus*, & *alij*, à *Georg. Adamo* relati fatentur *f*; Inde dicunt libera allodia intelligenda eſſe, quoad diſpoſitionem, & adminiſtrationem, licet quoad ſuperioritatem, D atq; iuriſdictionem, quæ in Principe eſt, eiuſdem magiſtratibus libera, proùt, & omnes homines, qui ſubiuntur Principi, ſubeant, cùm *Populus, & in eum omne ſuum Imperium, & poteſtatem contulerit*, ſecundum *Vlpiani* reſponſum *g*, quod quidem pluribus authoritatibus *Adamus* citatus comprobat *h*.

Quod autem feudum allodio opponi conſtet, & quidam eſſentialiter vltrà ſupradicta, ex pluribus Hiſtoricis *Peritus Iacobus Cuiacius*, atque eruditus *Hotomanus* ſupracitati confirmant *i*, & probatur quia quemadmodum tandem feu-

a *Cuiac. in præfat. comment. feud. et in cor. lib. 2. tit. 17. iuncto Conſ. Voſs. de vit. ſermon. et var. gloſſem. lib. 2. c. 2. hanc autẽ etymologiã in antiquis legibus Germanorum haberi Georg. Adam. d. cap. 2. aphoriſm. 11. nu. 2. in fine ſcribit.*

b *Hotoman. in lexic. feud. verb. allodium.*

c *Vulteius lib. 1. de feud. cap. 12. num. 11. circa med. Hotoman ibid. cit. vel dicas à voce Gotho Saxonica, allo, ab omni, et odhe, vel òdhe poſſeſſione, quia omnimodam proprietatẽ, vel poſseſsionẽ alicuius propriã ſignif. cũ certum ſit dictam vocẽ odhe veteres apud Gothos, et Saxones proprietatem ſignificaſſe, vt ex Theodulphi Hiſtoria de an. 777. et ex Ioh. Coccenio, Peregrin. diction. iur. Adam. atteſtatur in ſyntag. iur. feud. cap. 2. Aph. 11. num. 2.*

d *C. f. vid. in cap. 1. de eo qui ſibi, vel hæredibus ſuis, et in cap. 1. §. 1. ſi de feud. defunct. contr. fuerit, et in cap. 1. quid iuris ſi poſt alienat. feud. vaſſallus id recuperauerit, et in cap. 1. de feud. non habente propriam natur.*

e *Gerhard. Capagiſt. vid. in cap. 1. §. cum autem, vbi gloſ. in verbo proprietatis ſi de inueſt feud. controu. fuer. Obertus de Orto vid in cap. 1. de filijs natis ex matrim. ad Morgan. contract. Cuiac. 8. obſer. 14.*

f *Bald. in cap. 1. de allodijs, vbi etiam Andr. de Iſern. Aluarot. Afflict. Laud. et Balzar. Georg Adam. d. cap. 2. Aphoriſ. 11. n 2. in fine.*

g *Vlp. lib. 1. inſtit. vid. in l. quod Principi placuit 1. PP. de conſtit. Principum.*

h *Adam. ibid. quo ſup. cit. num. 2.*

i *Iacob. Cuiac. et Hotoman. dictis locis quò ſup. cit.*

Digitized by Google

A feudum à cæteris alijs bonis omnibus liberè poſſeſsis, ſeparatam habet naturam, vt *Camill. de Curte* exponit K.

k *Camill. de Curt. reſol. feud. cap. 1. nu. 6.*

# DE FEVDI diuiſionibus.

## Rub. 10.

### VISIO DECIMAQVARTA.

B OMne nàmque totum in partes, quæ vel, vt cauſæ coniunctæ illud conſtituunt, vel vt effecta ab illo inſtituuntur, aut vt adiuncta illi accedunt, cùm diſtribuitur, diuiſionis ratio à cauſis primò ſuſcipienda eſt; indè de feudi diſtributionibus cùm quęſtio fiat, à cauſis proficiſcenda illa prima erit, cùm per ſe abſoluta ſit, ſicque primò quo ad cauſam efficientem, feudum plures in partes, licet moralitèr, diſtribui euenit.

C

### ELVCIDATIO.

MEthodicam rationem ſectandi, ſuas in partes feudum diſtribuendo mentis compos erit, nè vel vt, & omnes interpretes, certum cùm de feudo diuidendo ſermonem egerint, ſibi ipſis pleriſque non conſtiterint, vt *Curtius* refert *a*, equidem facerem.

a *Curt. in tract. feud par. 1. q. 8. in princ.*

1 ( Diuiſio quid ſit, & quę diuidi, vel non poſſint.

D Quid ſit ( diuiſio ante omnia exponam, & quidem primò apud Rethores, vt ſcribit *Auctor ad Herennium*, eſt: *Per quam aperimus, quod conueniat, quid in controuerſia ſit, vel per quam exponimus, quibus de rebus dicturi ſumus*. Vt *Quintilianus* docuit *b*, ſeù *Diuiſio rerum plurimarum in ſingulas partitio, ſingularum rerum in partes diſcretas ordo*, vt *Cicero* animaduertit *c*, cùm dixerit: *Quatripartita fuit diuiſio tua*. Et idemmet *Cicero* de Pelago loquendo, inquit: *Diuiſio trium Regnorum, Cęli, Maris, & Inferorum*. Et apud *Græcos* ipſa diuiſio dicitur διαίρεσις, ideſt, diſtributio, ſeù partitio. Apud *Laconium* quoque, *diuiſio, eſt diſtributio totius in ſuas partes*, vt & *Vulteius* affirmat *d*.

b *Quintil. lib. 7.*

c *Cicer. 1. et 3. de natur. deor.*

d *Laconius lib. 5. declaratione 73. n. 6. Vulteius de feud. lib. 1. c. 7. in princ.*

Diuidi autem illud poteſt, quod partes habet quantitas eſt, vt ex *Paul. I. C.* exponitur *e*, dicente: *Diuidi poſſe, quæ partium præſtationem recipiunt, veluti cum decem dari ſtipulamur*. Quantitas trium, quia partes habet diuidi poteſt, vt *Ariſt.* comprobat *f*, & inde fit in-

e *Paul. I. C. vid. in l. 2. §. 1. PP. de verb. oblig.*

f *Ariſt. lib. 1. phyſicorum tex. 4.*

H cor-

Digitized by Google

A

corporalia diuidi non poſſe, cùm quanta, dici nequeant, vt *Diuus Thomas Aquinatis* docet g, quantitate namque carent, cùm corpus non habeant, quæ omnia dicti generis non diuiduntur; indè nec ſeruitutes, cùm incorporalia iura ſint diuidi poſſe ſit, vt *I. C.* reſponderunt h, diuiſionem autem innumerabilis materiæ breuem compoſitionem, dixit *Gloſs. i*, ſimilitèr quatenùs pro inſtrumento, quo res ignotæ diuiſione manifeſtantur apud Logicos, ipſa diuiſio deſcribitur, *Amotio, qua totum quodcunque in ſuas partes diſtinguimus, ſeù diuidimus*. Diuidere autem logicè, ex effectibus diſtributionem eam dicunt, qua partes diſtributionis ſunt effecta diſtributi, ſiuè totius, in qua diſtributio generis ſuis ſpeciebus excellat.

g *Diu. Tho. in 1. 1. q. 55. art. 2.*

h *I. C. vid. in l. ſtipulationes non diuiduntur, et in l. 4. §. Cato, et in l. 3. PP. de verb. oblig. DD. vid. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, et in d. l. 4. §. Cato, vbi difficilem materiam diuiduorum, et indiuiduorum ex Catonis reſpõſ. per Paul. I. C. in iur. corp petitum exponunt.*

i *Gloſs. vid. in §. omniũ in verbo diuiſio elemẽt. iur. de obligat. lib. 3.*

B

Vt igitur, cùm feudum diuidere, atque ſuas in partes ſpecificè diſtinctas diſtribuere intendam, ex effectibus diſtributi in partes diſtribuam, vt partes ipſæ diſtributæ effectus diſtributi, nempè feudi, ſint, quæ quidem partes cum ex totius feudi ſubſtantia erui debeant, cùmque & ipſa feudi ſubſtantia in ipſis feudorum cauſis pleniùs quemadmodum, & in fide conſiſtat, idcircò feudi partes vt ab effectibus diſtributi, & conſequenter optima feudi diſtributio dicatur, à cauſis condecorè feudum ipſum diuidere, atque diſtribuere, opus erit, cùm & ipſum feudum à cauſis ſpecificari quodammodò videatur, & effectus à cauſis, naturalis ordinis ratione, oriri dicatur.

C

Quòd (verò à cauſis feudum conſtituentibus, feudum ipſum ſpecificari, ſeù qualitates varias, atque diuerſas recipere videatur, ex conſ. feud. patet K.

K *Conſ. feud. vid. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſs.*

2 (Feudum à cauſis illud conſtituentibus diuerſas recipere qualitates & differẽtias.)

Ad feudi ergò diſtributiones varias proponendas deueniendo. Primò, ad cauſam efficientem illas referimus, quas ex *Gerhardo Capagiſto* ferre fas eſt l; cùm ipſe *Capagiſtus* dixerit, feuda dari poſſe à Pontifice, ſiuè ab Archiepiſcopo, Epiſcopo, Abbate, & Abbatiſſa, & à Rege, qui Capitanei denominantur, qui quidem poſſunt ex eodem *Capagiſt.* in feudum dare.

l *Gerhardus Capagiſt. vid. in cap. 1 de his qui feud. dar. poſs.*

D

Hinc conſequimur (rectè dici poſſe, ex citati *Capagiſti* ſententia, feuda, primo à Principe Eccleſiaſtico ſupremo, vt Sũmus Põtifex eſt, de quo tacitè ipſe *Gerhardus* ſermonẽ facere videtur; Nã ſi ex *Gerhardi* dictis Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, & Abbatiſſa in feudũ dare poſſunt, eò magis de Summo Pontifice idem procedere intelligendum erit, ſicq; à Papa Archiepiſcopo, Epiſcopo, Abbate, & Abbatiſſa, in feudum dari poſſe cõſtat, quemadmodum, & in laicis procedit, cùm non tantùm, & ipſe Rex in feudum concedere poſſit, verùm & eiuſdem Capitanei, atque Valuaſores, vt citatus *Gerhardus* edocet, hac tamen cum differentia, vt quando à Principe ſupremo, ſiuè Rege feudum conceditur, regale, & quaternatum dicendum eueniat: Secùs verò ſi à Principe non ſupremo ſcilicet ſuperiorẽ recognoſcẽte cõcedatur, ꝙ regale dici nequit, vt

3 (Feudum qui dare poſsint ex Capagiſto proponitur, atque proindè, quid ſit feudum Eccleſiaſticum, & quid laicale elucidatur.)

eſt

Digitized by Google

eſt illud, quod abſque titulo dignitatis conceditur, vt in conſuet.feud. notatur *m*, & infrà latè de eo dicendũ erit.

A Diuiſionem ex his igitur feudi in Eccleſiaſticum, & laicale inducimus, quam quidem communiter approbant *n*, feudum namque quod ab Eccleſiaſtico Principe originem habet Eccleſiaſticum dici conuenit, vt in conſ. feud. legitur *o*. Species quidem feudi in genere, proùt, & laicale eſt.

(Eccleſiaſticum feudum quotupliciter à DD. dictũ fuerit, latè proponitur.)

B Qualiter (autem, & in quibus caſibus feudum Eccleſiaſticum dicendum iure eueniat, quàm maximè variaſſe DD. patet, cùm quidam dixerint feudum Eccleſiaſticum qua trupliciter dici poſſe. Primò, quod ab Eccleſiaſtica perſona Iure Eccleſiæ datur. Secundò, quod in rebus Eccleſiæ conſtitutum eſt. Tertiò, quod ab Eccleſia ſuſcipitur. Quartò, quando datur, vel ſuſcipitur à Clerico, non tanquam Eccleſiaſtica perſona, ſed Iure proprio, vt *Aluarot.* & alij teſtati fuerunt *p*, quarum omnium concluſionum.

Quod in prima dicitur feudum ab Eccleſiaſtica perſona datum, non quidem iure proprio, ſed vt Eccleſiæ miniſter, Eccleſiaſticum dici, & quidem nullibi ambigendum euenit, nempè cùm à perſonis, de quibus *Gerhardus* meminit Eccleſiæ iure in feudum conceditur *p*.

C Secundam autem concluſionem quod attinet, & ſi illam comprobarunt *Dom. Arum. & Georg. Scultzen q*, nihilò tamen minus non ab dubio generaliter concedenda eſt, cùm & Dominus plebis de rebus Eccleſiæ in feudum dare poſſit, vt feudiſta animaduertit *r*, & beneficium Eccleſiaſticum, Regem quoque concedere in re quidem Eccleſiaſtica, poſſe in conſ. feud. legimus, quod intelligas ſi concedendi poteſtatem à S. A. habeat, vt *Vult.* & alij exponunt, iuncto *Georg. Adamo*, qui non nullos Epiſcopos ab Imperatoribus inſtitutos refert, vt tempore Caroli Magni, tempore Othonis, tempore Henrici IV. tempore Henrici V. & quid in alijs temporibus nempè tempore Caliſti II. Pontificis, & aliorum de quibus dictus *Adamus* adeundus eſt *ſ*, quemadmodum, & im-

D mortalis memoriæ ſemper Auguſtus Monarcha noſter Hyſpaniarum Rex, quem Deus ſemper ſolitis benignis influxibus nobis incolumem ſeruet, ius pręſentandi nonnullos Epiſcopos in aliquibus huius Regni Eccleſijs ex conceſſione S. Sedis Apoſtolicæ habet, nempè Epiſcopum Puteolanum, vt *Freccia* refert *ſ*, Epiſcopum Acerrarum

H 2 idem

*m C.f. vid. in cap. 1. de feud. March. et in cap. 1. in princ. de his qui feud. dar. poſs. et in cap. 1. in princ. quis dicat Dux, et in cap. 1. ſi quis de Manſo, et in cap. 1. de contr. inueſt. Pariſ de Puteo de reintegrat. in verbo feudo regale, nu. 3. fol. 1.*

*n ff. ſunt Bald. in prælud. feud. num. 32. et explicat Iaſon. in proem. feud. numer. 76. in fine, et Curt. iun. de feud. p. 1. princ. qu. 3. col. 1. ver. nàm ſub prima, Zaſius in epit. feud. par. 2. de feud. diuiſ. num. 1. Tiraquell. de nobilit. cap. 7. numer. 1. Clar. in §. feudum, qu. 10. Riminald. iun. in conſ. 5. nu. 94. et alij innumeri.*

*o C.f. vid. in d. cap. 1. de his qui feud. dar. poſ. cap. vnico de Clerico, qui inueſt. §. finali de capitulis Conrad. Berber. in 2. qu. Aluarot. in 5. diuiſ. Iaſon. in prælud. feud. numer. 11. et alij.*

*p Aluarot. in 5. diuiſ. Iaſon. in 2. prælud. Berber. in 2. qu.*

*p Gerhard. vid. in d. cap. 1. de his qui feud. dar. poſs.*

*q D. Arum. diſp. feud. 2. tom. 45. ſub fine Schultzen. in ſynop. iur. feud. cap. 3. num. 76.*

*r Feudiſta vid. in cap. vnico Epiſcopum, vel Abbatem.*

*ſ C. f. vid. in cap. vnico, §. 1. de capitalis contrad. Vult. 1. de feud. cap. 8. num. 19. Hunn. in tract. feud. cap. 6. Niell. diſp. feud. 1. to. 8. in fin. Adam. in ſyntag. iur. feud. cap. 3. Aphoriſ. 7. à num. 1. vſq; ad 10.*

*ſ Freccia lib. 1. de ſubf. tit de prouinc. etc. f. mihi 74. n. 21. idem ibid. cit. n. 24. et de Epiſcopo Gallip. n. 44. fol. mihi 86. de Epiſc. Caietæ, fol. 93. col. 1. ver. Epiſc. Ciu. Caietę vbi cadit n. 53. de Epiſc. Reginẽſi ibid. verſ. Archiep. vbi cadit, n. 54. de Aquilano Epiſc. ibid f. 72. n. 52. item Caſſani Epiſcopum, et Iuuenatij, vt idem Freccia fol. 87. verſ. Epiſcopus Iuuenatienſis, et verſ. Rex noſter, et alios Epiſcopum Gallipol. idem ibid. nu. 44. fol. 72. de Archiepiſcopo Brundùſino, idem Freccia ibid. num. 42. fol. mihi 72. de Salern. ibid. fol. 71. nu. 34.*

Digitized by Google

A

idem *Freccia*, item Epiſcopum Gallipolis, Epiſcopum Caietæ, Epiſcopum Reginenſem, Epiſcopum Aquilanum, Archiepiſcopum Brunduſinum, Archiepiſcopum Salernitanum, quemadmodum & Archipresbiteratum Altamuræ, ipſe enim Rex Sum. Pōt. præſentat, & alia huius Regni Eccleſiaſtica beneficia. Et in hoc Regno Epiſcopi à Rege noſtro feuda tenent, & à Rege iuriſdictionem habent, de quibus vid. eſt *Freccia ſ*.

ſ *Freccia lib.* 1. *de ſubfeud. fol. mihi* 22. *n.* 24. *et* 25. 28. *et* 29.

Tertiū, & ꝙ ſpectat, nempè feudum omne, ꝙ ab Eccleſia ſuſcipitur, Eccleſiaſticum dicēdū ſit, ex eo quia feudū, quod à ſeculari, Eccleſiaſticæ perſonæ, vel Eccleſiæ datur, non quidem Eccleſiaſticum dicendum euenit, verùntamen, & ſeculare, ſcilicet quod Clericus à ſeculari domino habet, vt ex *Sūmis Pontificibus* dicere eſt *t*, vndè no quia ab Eccleſia ſuſcipitur feudum Eccleſiaſticum dicendum erit.

B

t *Sum. Pontif. vid. in cap. ex tranſmiſſa* 10. *de foro competenti.*

Quod autē pertinet ad illud, quādo feudū datur, vel ſuſcipitur à Clerico nō tāquā Eccleſiaſtica perſona, veruntamen proprio, feudum Eccleſiaſticum dicendum, etſi *Baldus*, *Aluarotus*, & alij dixerint *u*, laicale tamen feudum dicto modo dicendum euenit, nec obſtat, perſonam Eccleſiaſticam feudum ſeculare conſtituere poſſe, videri quodammodò iuri non conſentaneum, cùm & hoc idem conſentaneum feudorum vſibus videatur, quemadmodum, & à ſimili feudum Eccleſiaſticum quandoque à laico conſtituitur, ꝙ euenire poteſt, ſi laicus de bonis Eccleſiæ ius diſponendi habeat, adeòut poſſit de eis in feudum dare, vt in conſ. feud. notatur *x*, quemadmodum, & è contrariò, Clericus quandoque feudum ſeculare recipit, vt *Andr. Gaill.* obſeruauit *z*. Et ita quidem feudum hoc, quod iure proprio à Clerico ſuſcipitur, feudum Eccleſiaſticum dici nequit, cùm in Iure feudali diuerſa diſpoſitio talis feudi ita conſtituti, ac Eccleſiaſtici feudi habeatur, vt patet ex eo, quod quemadmodum inueſtitura ab Eccleſiaſtico de bonis Eccleſiæ facta, à ſucceſſore implēda non eſt, vt in vſ. feud. traditur *a*, ſecùs ſit, in inueſtitura à Clerico iure proprio facta cùm illam ab eiuſdem ſucceſſore implendam eſſe, per *Obert. de Orto* dicatur *b*.

C

v *Bald. in proem. feud. in vlt. diuiſ. nu.* 56. *Aluarot. in* 5. *diuſ. ac Iaſ. in prælud.* 2. *d. Berberius in* 2. *qu. Hattiler. in analyſ. iur. feud. cap.* 4. *lit. B. fol. mihi* 17.

x *C. f. vid. in cap.* 1. §. *fin. de capit. cor. Iaſ. in prælud. feud. num.* 120. *Zaſ. par.* 2. *num.* 7.

z *Gaill. lib.* 1. *obſer.* 30. *num.* 4. *et ſeq.*

a *V. f. vid in cap. vn. qui ſuc. ten.*

b *Obert. vid. in cap. vn. de Clerico, etc.*

D

Ex perſona cōcedente feudum Eccleſiaſticum exiſtimādum eſſe, equidem tandem puto, cùm ſcilicet rem Eccleſiæ in feudum concedit, prout intelligendus eſt *Gerhardus Capagiſtus c*, cùm dicit, *Archiepiſcopum aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, quæ rerum Eccleſiarum adminiſtrationem habent, de rebus Eccleſiæ, ſi antiquitus conſuetudo eorum fuerit feudum dare, in feudum concedere poſſe*, vt *Gloſſa* ibi explanat *d*, ibi: *Quod fortè eſt ſic intelligendum, ſcilicet de rebus ipſius Eccleſiæ, quę ſcilicet ei ſubiecta ſunt.*

c *Capagiſt. vid. in d. c.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ.*

d *Gloſs. in d. cap.* 1. *in verbo feud. dare, ex c.* 1. *Epiſc. vel Abbas.*

Cùm ergò ex perſonis in feudum dantibus, an feudum Eccleſiaſticum ſit, vel nè, probandum veniat, cum ſcilicet

Præ-

Digitized by Google

A Præpoſiti Eccleſiarum de rebus Eccleſiæ in feudum dant, optimè igitur, an feudum Eccleſiaſticum à perſonis, in feudum dantibus, ſiuè à cauſis efficientibus repetimus, quid quid *Herman. Vult.* quãdo feudũ Eccleſiaſticum dicatur, materiali cauſæ adſcripſerit *e*, cùm à cauſa efficienti, an feudum Eccleſiaſticum ſit, repetendum veniat, quando ſcilicet de rebus Eccleſiæ in feudum datur, ſicque ex *Bocero*, dicas quidem coniunctim ad feudum Eccleſiaſticum conſtituendum, rem Eccleſiæ, & perſonam concedentem Eccleſiaſticam regulariter requiri *f*.

5 (Feudum quod Eccleſiaſticũ ſit, efficiẽti cauſæ adſcribitur.)

B Itaque (vt *Gerhardum* aſſequerer, & quidem non ab ratione, an feudum Eccleſiaſticum ſit efficienti cauſæ adſcribendum, atque ab ipſa vna ſimul cum re, ſcilicet Eccleſiæ iure adiecta inducendum ſectari eſt, vt quæ & ipſe *Gerhardus* voluit, qui cùm de feudis peracturus eſſet, & feuda ipſa, quæ inter ſe varia ſunt à perſonis repetere voluit *g*.

Negare tamen ex his nemini Iure licet, feuda ratione rerum, quæ in feudum dantur, ab iis, qui rebus, & Eccleſiæ præſunt, Eccleſiaſtica dici, vt latè *Georg. Adam.* ſcribit *h*.

6 (Eccleſiaſtico in feudoq; fœminæ ſuccedere admittantur, nõ eſſe de eiuſdem feudi natura, vt quidam dicunt.)

Vtrum (autem in feudo Eccleſiaſtico, vt quidam dicunt, ex eiuſdem feudi Eccleſiaſtici natura fœminas admitti, verũ ſit.

C Dicas, cùm hoc nullo ex *text.* neque Iuris Canonici, neque Iuris feudalis caueatur, quemadmodum, & in laicali feudo *IureConſ. feud.* fœminæ non admittuntur, ita & in Eccleſiaſtico feudo, niſi pacto, vel ſingulari vſu cautum ſit, vt *Roſenthalis*, & alij probant *i*, ab Epiſcopis tamen, atque Prælatis faciliùs, quàm à Dominis ſecularibus, fœminas admitti dicitur, vel quod ex conſuet. Germaniæ, & Italiæ, in Epiſcopatibus, Abbatijs, Præpoſituris in feudis admittantur, vt idem *Roſenthalis* teſtatur, quod tamen non eo vſque extendendum *Sueuus* ſcribit *k*, vt eius vigore fœminæ regulariter in feudo Eccleſiaſtico ſuccedant, quin potiùs ob generalitatem ex vſibus feudorum habitam *l*, à feudorum Eccleſiaſticorum ſucceſſione remoueatur, niſi aliter pacto, vel priuilegio conſuetudine, vel ſtatuto id receptum ſit.

D Feudum autem hoc Eccleſiaſticum in multis à laicali diſcriminatur. Primò namque differt, quia ſucceſſor laici omnimodò cogitur adimplere inueſtituram, vt in vſ. feud. habetur *m*, Præpoſiti, ſiuè alterius Eccleſiaſticæ perſonæ ſucceſſor, ſui deceſſoris inueſtiturã adimplere facere, vel cõfirmare nõ tenebitur, vt ex *Gerhardo Capagiſto* habemus. n., vel rata habere, vt in feudorum libris legitur *n*, ſicque feudum deſtruatur, vt ex conſ. feud. edocemur *o*. Secundò, quemadmodum, & in laicorum inueſtitura regulariter, non niſi pares Curiæ adhiberi in teſtes poſſunt, vt ex illo feudorum cõſuet. habemus *p*, in feudi verò Eccleſiaſtici inueſtitura, & pares Curiæ, & extranei pro teſtibus adhiberi poſſunt; vt ex *Gerhardo* erudimur *q*.

Ter-

e *Herm. Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 31.*

f *Bocer. cap. 1. de reg. quidquid cum illo non conueniat, Sueu. exercit. feud. 2. aſſert. 7. circà medium.*

g *Gerhard. vid. in dict. cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ.*

h *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 3. Aphoriſ. 4. per tot.*

i *Roſenthal. cap. 7. concluſ. 31. num. 6. lit. I. Gothofrid. Anton. D. 1. feud. theſi 4. lit. D Conſ. Vverner Thũmermuth. receſſitus à Georg. Adam. ibid. quo ſup. cit. verſ. 3. quidquid contrà Roſenthalem contradixerit. Knich. de veſtitur. pact. cap. 4. num. 33. et ſeq.*

k *Roſenthalis d. loc. lit. G. Sueuus exercit. feud. 2. aſſert. 7. poſt medium.*

l *Vſ. feud. vid. in cap. vnico, §. 3. de his qui feud. dar poſſ. iũcto, cap. 1. §. filio verò de neceſſ. feud.*

m *Vſ. f. vid. in cap. 1. qui ſucceſſorem teneantur il 1.*

n *Gerhard. Capag. vid. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneam el ſecondo, et el primo, feud. lib. vid. in cap. 1. de pace tenend. inter ſubditos.*

o *Conſ. feud. vid. in cap. 1. quibus mod feud. conſtitui poteſt.*

p *C. f. vid. in cap. 1. §. 1. de not. feud.*

q *Gerhard. vid. in cap. 1. ſi de inueſt. inter domin. et Vaſſall. etc. in verſ. Clericorum.*

Digitized by Google

A

Tertiò, in laicali feudo libelli perpetui datio iure feudorum pro dimidia feudi parte valet, ſecùs in feudo Eccleſiaſtico *r*. Quartò, ſicuti in feudo, quod ab Eccleſia detinetur nulla eſt facienda fidelitas, in ſeculari verò etiam ſi à Rege, vel Imperatore retineatur, eſt illi fidelitas præſtanda, vt *Liborius Hattylerius* conſonat *ſ*.

Tandèm circà hoc feudum Eccleſiaſticum notare non prætermittas, quod cùm ab Eccleſia laico conceditur, ipſum laicum, ita vſumfructum, ſeù feudi vtilitatem lucrari, vt valeat, tanquam de re propria de illo diſponere, dummodò tamen dominium in proprietate ad Eccleſiam ſemper ſaluum, atque liberum pertineat, vt *Ancharanus*, & alij notant *t*. Fauore Eccleſiæ tamen cùm in dubio ſumus feudum hoc Eccleſiaſticum interpretari debet, vt in Iure Canonico probat *Bald. u*. B

Seculare (rurſùs feudum eſt, quod à laicali Principe dependet, ſiuè conceditur, vt *Capagiſtus* docet *x*, in re ſcilicèt profana conſtitutum, vt ex vſibus feudorum, & ex *Summi Pontificis* dictis argumentandum eſt *z*, de quo quidem laicali feudo omnes quaſi conſuetud. feud. ſermonem agunt, vt *Bald.* conſonat *a*, quod, poſteà quam de feudo Eccleſiaſtico dixerim, idcircò propoſui, cùm Eccleſiaſtici feudi cognitio, tanquam ab Eccleſia exhauriens, ac proindè maior, ſicquè præmittenda, per ea, quæ *Iure Canonico*, *& Ciuili* habemus *b*, idque cùm & *Gerhardus Capagiſt.* noſter, quoque primò de feudis, quæ ab Eccleſiaſticis perſonis conceduntur, inde de illis, quæ à laicali perſona in feudum dantur dixerit *c*, ita & ęquidē vt noſtri feudiſtæ veſtigia aſſequutus eſsē; priùs de feudo Eccleſiaſtico, & poſteà de laicali ſermonem agere volui, ſcilicèt, quod à Principe laicali ſiuè ſuperiore, ſiuè inferiore dependet, vt ex *Zaſio*, & alijs conſtat *d*. C

(Feudum ſeculare quid ſit dilucidatur.)

Efficienti quoque cauſæ (feudum regale, & non regale attribuimus; Regale inquam, ſiuè illuſtre feudum, cuius inueſtitura regalis dignitas ab eo, qui poteſtatem habet confertur, vt in conſuet. feud. legimus *e*, ibi namque: *Qui à Principe de Ducatu aliquo inueſtitus eſt, Dux ſolito more vocatur, qui verò de Marchia Marchio dicitur*. Quæ quidem feudi regalis appellatio ex vſ. feud. deſcendere videtur *f*, ibi enim: *De Marchia, vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua regali dignitate, ſi quis inueſtitus fuerit per beneficium ab Imperatore*. Sunt autem, qui regalis dignitatis feudum conferendi ius habent Imperator, Monarca, Rex, vel quiſque Princeps ſuperiorē non recognoſcēs, eius autē feudi poſſeſſores Capitanei appellātur. Vt in vſ. D

(Feudum quod regale ſit, efficienti cauſę attribuitur, & quod ſit feudum iſtud regale latè exponitur.)

r *Iſern. feud. vid. in c. 1. de alienat. feud. quod ſecùs in feudo Eccl. vid. in c. 1. de alienat. feud.*

ſ *Libor. Hatthyler. in Analyſ. feud. c. 4. lit. B.*

t *Ancharan. conſ. 125. incipiēte viſis, & diligēter examinatis n. 7. uerſ. per prædicta tollitur, & conſ. 433. alias 434. incipien. poſtquam iſta domina n. 3. Alex. conſ. 9. n. 3. lib. 5. & Ruin. conſ. 175. in fin. lib. 1. & cōſ. 70. n. 11. lib. 5. et Soz. iun. conſ. 71. nu. 13. & 35. lib. 1.*

v *Iur. Can. ex c. 1. de feud. Bald. poſt. Innocentium in cap. cæterum de Iudic.*

x *Capagiſt. vid. in c. 1. §. Marchio de his qui feud. dare poſſ.*

z *V. f. vid. in cap. 1. de Cleric. qui inueſt. & in c. 1. de pace tenēda, Summ. Pontific. vid. in cap. extraſmiſſa 10. de foro cōpet. Vulteius lib. 1. de feud. cap. 8. numer. 31. Schultzen. in Synopſ. feud. c. 3. n. 77.*

a *Bald in prælud. feud. in vlt. diuiſ.*

b *Iuſ. Can. vid. in cap. quia tua 1. diſtint. iuſ. ciuile ex Imp. Iuſtin. vid. in §. final. element. iur. de iur. nat. gent. & ciu lib. 1. & ex. I. C. vid. in l. 1. PP. de ſtatū hominum, & in l. 2. vbi ordinem ſeruandum eſſe traditur eòd. tit. de ſtatu hominū, ac in l. ſi quis ex Argentarijs. §. 1. de edendo Afflict. dec. 1. nu. 7. et ibid. latè Vrſill. nu. 1. 2. 3. et ſeqq. Decius in cap. auaritiæ de prabend. quidquid in Regijs Conſiliarijs cum votantur prælationem habere ſeniores in officio vltimo votando idem Afflict. vſu obſeruari dicat ibid. num. 8. vbi Vrſill. num. 16.*

c *Gerhard. Capagiſt. vid. in d. cap. 1. de his qui feud. der. poſſ.*

d *Zaſius epit. feud. par. 2. de feud. diuiſ. n. 1. Tiraq. de nobilit. cap. 4. nu. 1. Claris in §. feudum qu. 10. & ante illum, Curt. iun. conſ. 5. num. 94.*

e *C. f. vid. in cap. 1. quis dicatur Dux.*

f *Vſ. feud. vid. in cap. 1. de feud Marchiæ;*

Digitized by Google

A vſ.feud.legimus *g*. ab Imperatore,ſcilicet,à mundi Domino, & omnium quæ in mundo ſunt, vt *I. C.* reſpondit, & *Imperator* reſcripſit *h*, ſiuè à fonte omnium dignitatum, vt *Præpoſitus* fatetur, vnde fluunt dignitates, & refluunt, vt *Bald.* dixit *i*, Monarcha, Rege, vel alio Principe, à quibus tanquam à fonte feuda, ſiuè beneficia fluere videntur, per ea quæ per peritiſsimus *Antonius Faber* animaduertit *k*, Capitanei qui propriè Regni, vel Regis Capitanei dicuntur, qui quidem nullò intermedio,verùm tantū à Rege recognoſcuntur,& exindè Imperiales dicē di, cū à ſupremæ poteſtatis Imperio inueſtiuntur,vt *Io: Barberius* enunciat,& duobus concurrentibus,quod apud *Curtium* pluribus cauſis feudum denominari inuenitur *l*.

B Nec refragatur, quod regali dignitate vaſſuli ab Imperatore inueſtiti à *Gerhardo* dicantur *m*,nàm à ſupremæ poteſtatis Imperio, ſiuè Imperiali, ſiuè Regia inueſtiuntur, vt *Liberius Hattylerius* atteſtatur *n*, dicens quoque quando à Principibus, quibus Imperator hanc poteſtatem dedit,in feudum datur, quoniam non à Principis Supremi manu immediatè dependent, mediatè inueſtiri dici conuenit.

C Feudum autem hoc, quod regale dicitur, quia de hoc feudo inueſtiti omnem poteſtatem, omneque legis dicendæ ius in terris ad hoc feudum ſpectantibus, habent, eodem iure,ſcilicet,quo Imperator,Rex,ſiuè ſupremus Princeps in ſuo Imperio, ſiuè Regno vtitur, exceptis tamen illis, quæ Imperatoriæ, vel Regiæ poteſtati reſeruata ſunt, vt poſt nonnullos alios *Schrad.* probat, quem *Georg. Schultzen* ſequitur *o*.

10 (Feudum regale, vt tale conſtitutum dicatur, quænam exquirat.)

Nonnulla (autem vt regalis dignitatis feudum dicatur, exquirit. Primò ſcilicet, vt à Principe Superiorem non recognoſcente,originem habeat, cùmque dignitatis regalis feudum dicatur, poteſtatem regalem continere debet authoritate Supremi Principis conceſſam, & hoc ſiuè concedat Summus Princeps ipſe, ſiuè alius, cui, eam poteſtatem dedit, ſiuè communicauit, etenim experientia teſtatur, & Principes alios ſuperiorem recognoſcētes regalem D dignitatem conferre poſſe, vt ex *Vult.*, *Schultzen* recenſet *p*. Secundò, ex eo, quod ex regali dignitate ipſum feudum regale exiſtimatur, idcircò regalem dignitatem ſub ſe continere habet, vt regale feudum dicatur per ea, quæ *Capagiſtus* refert *q*, & cùm dignitatis titulo inſtitutum ſit ipſam dignitatem, vt regale dicatur requirit, vt *Peregrin.* exponit, quam dignitatem, latè *Schrad.* explicat *r*, circà autem illud, quod.

Quæ-

g *V.f.vid.in d.c.1.quis dicatur Marchio in d.c.1.de feud. Marchiæ in c.1.de l.Conradi Obrecthus in tract. feud.lib.1. c.2. n.39.& ſeq. Vult.d lib.1. cap.8. nu.18. Sueuus exercit.feud.2. aſſert.8. Schultzen. in Synopſ. feud.cap.3.n.82. Georg. Adam.in Syntagm.feud. feud. cap.3. Aphoriſm. 6. vltrà dicta Bald. in prælud. feud.nu.32.quæ explicat Iaſ. in prooem. feud nu.76. in fine communiter hanc diuiſionem approbantes, & ipſum feudum regale,vt ſupra diſplicantes,vt ex Curt. iun.legitur de feud. p.1. in princ. q.8.col.1.verſ. nā rub. 1. Zaſ. in epit. feud. p.2. de feud.diuiſ. Tiraq. de nobilit.cap.7. nu.1.Iul. Clar.in § feudum quæſt.10. & alij innumeri.*

h *I.C.vid.in l.9.PP. ad legem Rhodiam de iactu Imp. vid. in l.fin. C. de præſcriptis verbis.*

i *Præpoſitus in c. vnico, quæ ſint regalia, Bald. in l.vnica, C.ad legem iuliam de ambitu.*

k *Ant. Faber in ſuo C. definitionū ſabaudiæ lib.3.tit.12.col.1.defin. 17.num.6.*

l *Barberius in cap. 2. q.de feud. Curt.de feud. in 1.p. q.8. col.2.*

m *Gerhard. vid. in d. c.1.de feud Marchiæ.*

n *Libor. Hattyler. in Analyſ. iur feud.cap.4. lit.D fol.mihi 23.*

o *Schrad.de feud.p.2. cap.3. numer.4. & ſeq. Schultzen. in Synopſ. feud.cap.3.n.82.*

p *Vult lib.1.de feud. cap.8. num.19.& ſeq.Schultzen.in cit.c.3.n.83.*

q *Capagiſt.vid.in c.1 in princip.§.1.tit.quis dicatur Dux, & in cap.1. §.ſi quis de Manſo de controuerſ inueſtit.Iul.Clar.in § feudum quæſt.10.Laudenſ.in cap.1.numer.30. de his qui feud. dare poſſ. Iac. verbo in feud. numer.5. Rainus in compend.feud.numer.12.Borchol. de feud. cap.4.numer.12.*

r *Pereg.conſ.2.n.5.vol.2.Schrad.par.1.2.cap.3.num.3.*

Digitized by Google

11 (Imperator dignitatis titulo caſtrum donans, an valida donatio ſit ex Bald. proponitur, atque explicatur.)

Quærit ( ex his *Baldus*, ſi Imperator dignitatis titulo caſtrum aliquod donaſset, an donatio valida ſit, cuius ratio dubitandi, ex eo excitatur, quia Principis contractus vt lex ſeruandus eſt, ex regula illa, quàm *Iuriſconſ.* & *Imperatores* tradunt *ſ*. Et quidem Imperator poteſt ſicuti dignitates,ità dignitatum territorium alienare, vt ex traditis per *Imperatorem*, *Baldus* probat *t*, quem refragari non videtur, quòd iſte contractus contrà ius commune, quodammodo videatur, nàm ex eod. *Bald.* reſpondetur, quòd ſi valere non poterit, vt contractus, quòd negatur, vt priuilegium tamen valebit, & licet *Imperatores*, quando coronantur nihil de Imperio diminuere iurent, vt *Summus Pontifex* conſtituit *v*, nec liceat Regi Regni, ſiuè Vniuerſitatis conditionem deteriorem facere, vt *Andreas de Iſernia à Baldo* citatus docet *x*, nec poſsit ipſum Regnum ſeruituti ſubijcere; nihilò tamen minùs his omnibus non obſtantibus à *Bald.* quidem recognitis, atque ſolutis, tandem diſtinguendo eius opinionem ità intelligit; Vel enim Princeps per hanc conceſsionem aliquid contrà ius publicum contrahit, & tunc inualida erit conceſsio, ſiuè gratuita, ſiuè oneroſa ſit, cùm contrà ius publicũ, nequeat quis rem vẽdere, per ea quæ *Bart.* probauit *z*, itàque cùm per dictam conceſsionem Imperatoris, vel Regis, iuri publico derogatur inualida erit, cùm, vt *Bald.* ait, fatuum dominũ dici, quando Imperij membra à ſe amputat *a*. Imò cùm *Reipublicę ſalutem tueri nulli magis credidit conuenire, nec alium ſufficere ei rei quàm Cæſarem*, vt *Paulus* ſcribit *b*, cùmque, & ipſe Princeps publicus Reip. parens dicatur, vt de Cæſaris perſona ſcriptum, Patrem Patriæ vocatum, apud *Caſsiodorum*, & *Claudianum* inuenimus *c*, non poterit exindè cùm Reip ſalutem tueri debeat, atque ſtatus publici Pater ſit, contrà ipſam rem publicam, atque publicum bonum aliquid peragere, imò ſecundum *Ariſtotilem* à cit. *Baldo*, recenſitum, non poteſt Rex, ità parem ſibi facere, vt Superior illi ſit, atque ab illo debellari poſsit, nec aliquo modo Imperiũ ſuũ diminuẽdo deturpare, ex *I. C.* reſponſo *d*. Nàm etſi Principis contractus, vt lex, ſeruandus ſit, non tamen intelligas cùm ex illo Principis Regnum diminuitur, vt ex *Summo Pontifice* habemus *e*. Vndè etiam ſi iuraſset dominus, poterit deindè reuocare, vt idem *Bald*, & *alij* inquũt. *f*. Cũ & fortiùs, nec Rex, nec Imperator vnam ex ſuis Ciuitatibus vaſsallis diſsentientibus alienare poſsit, vt *Hoſtienſis*, *Felinus*, *Oltrad.*, *Alex.*, *Bald.*, *Panormit.*, & *alij*, ſectan-

B

Ç

D

*ſ I. C. vid. in l. Cæſar PP. de public. etc. et in l. quominùs PP. de fluminibus, et in l. 11. §. hoc interdictum PP. ne quid in loco publico Imperatores vid. in leg. penultima, Cod. de donat. inter virum, et vxorem in l. ſi quãdo, Cod. de bonis vac. lib. 10. et in l. 1. Cod. ne ſi. rem quàm vend. et in auth. de refer. §. prætereà, col. 2.*

*t Imp. vid. in l. probatorias, Cod. de diuerſ. offic. Bald. ibid. quo ſup. cit.*

*v Sum. Pontif. vid. in cap. intellecto extra de iur. iurando.*

*x Bald. in prælud. nu. 3.*

*z Bart. in l. prohibere, §. planè PP. quod vi aut clam,*

*a Bald. ibid. cit. verſic. competat.*

*b Paul. vid. in l. nàm ſalutem 3. PP. de offic. perfect. vigilium.*

*c Claud. et Caſsiod. relati ab Amaya lib. 1. obſer. iur. cap. 1. num. 5.*

*d I. C. vid. in l in ſumma PP. de peculio Iaſ. ſuper vſ feud. nu. 28. et 29. Panormit. in cap. intellecto de iur. iurand. Abb. in cap. Abbate ſane de re iud. in 6. Ioan. Saxon. in rubr. de pied. art 2. et in rubr. des donai Sons entregenes nobles art. 6. Boer in addit. ad Benedict. Plum. in l. inuitus PP. de fideicom. libert.*

*e Sum. Pontif. in d. cap. intellecto de iur. iur., et idem ſectati sũt, Abbas in d. c. Abbate ſane de re iud. in 6. Bart. in d. l prohibere, §. planè PP. quod vi aut clam, Igneus in l. donationes 25. et 26. Cod. de donat. inter vir. et vx. Speculator in tit. de inſtit. §. nunc autem propè finem, Iaſon. conſ. 1. qu. 1. et 2. vol. 1. Roland. à valle conſ. 1. num. 116. vol. 2. et ex Feudiſtis, idem Bald. in §. 1. de ſucceſ. feud.*

*f Bald. in cap. licet col. 7. de probat. Felinus in cap. ad audientiam de præſcript. col. 11. Dec. in cap. 1. col. 4. de probat.*

Digitized by Google

A ctantur *g*, maximè quando metu alienaret, nàm quod metu ſit, pro non facto habetur, vt apud *I. C.* videre eſt *h* ſicuti quoque ſi per errorem faciat, cùm errantis nullus conſenſus ſit, vndè ac ſi factum non fuiſset habebitur, quòd per errorem ſit, vt *I. C.* reſponderunt *i*, quòd autem diximus ſi Princeps contrà publicam vtilitatem atq; voluntatem alienet, non ſolúm inualidus erit contractus, verùm etiam ipſe Princeps talitèr contrahendo mortaliter peccabit, vt *Lucas de Penna* probat k.

B Inualidam ergò eſſe beneficij dationem, cũ contrà Reip. ſalutem à Principe fiat, dicendum euenit, per ea quę *Imperatores* reſcripſere, & *I. C.* conſulerunt *l*, poſse tamen concedere aliquam rem alicui, vt ille ius vendicandi, & poſsidendi haberet, *Bald.* dicit *m*, & vt idem *Baldus* docet ex antiquorum doctrina in illa quæſtione Eccleſiæ, in qua dixerũt, quo ad expropriationẽ territorij, dignitatis, vel Iuriſdictionis cõceſsionẽ nõ valere, nec poſsibilẽ eſſe; quodlibet tamẽ vſusfructus ius, ſalua tamen Imperio recognitione facienda, ac fide pręſtãda, validè cõceditur, cũ C ſi aliter fieret, ea ratione, quod Imperium mutilaretur, inualida conceſsio erit; nec admittas quorundam diſtinctionẽ, Imperatorẽ poſse Imperiũ diuidere per res, ſed non per quotas, nàm corporis humani ad inſtar Imperium cùm ſit, à quò ſicuti ſi abſcinderetur membrum aliquod monſtruoſum redderetur, ità & Imperium, cùm ab Imperatore diuideretur, vt idem *Bald. cit.* probat *n*, dicens quoque non poſse facere ſibi parem aliquem, vt ſuprà.

Cùm verò, nec publicę vtilitati aliquod damnum afferret, quando Princeps caſtrũ inſolutũ cõcederet, ſiuè donaret, cũ Princeps cõcedẽs quidquid in caſtro iuris habet, donare videatur, non verò in feudũ dare, vt *Iacobut. de Franc.* probat, nec Imperium ex eo ſcinderetur, nec parem ſibi conſtituere videretur, conceſsio iſto caſu valebit, & etiã inuitis Vaſſallis in feudum caſtrum, vt ſuprà dare poterit, & ſi territorium de Regis domanio fuerit, vt ex communis vſus approbati antiqua obſeruantia, ità cuſtodien- D dũ eſſe *Andr. de Iſer. & Afflict.* dixerũt quos refert, & ſequitur, *Ill. Praeſ. de Franch.*, de quibus eundem latè videas *o*, Rex namque poteſt Ciuitatem, & ſi magna fuerit, dùm non reſultat Reip. damnum, vt dixi in feudum concedere, vt ex *Petro Gregorio, & alijs*, latè per quàm doctiſsimus, *Ill. Dom. Reg. Galeota Dux Reginæ* reſpondit *p*.

I Illu-

g *Hoſtienſ. in cap. dilecti filij de maior. et obedien. et ibi Felin., Oltradus conſil. 231. Alex in addit. ad Bart. in §. planè Bald. in cap. vnico quo tempore miles, & in cap. vnico, §. in generali ſi de feud. defunct. etc. Panormit. conſ. 3. col. 18. in 2. vol. Dephina qu. 239. Auſtra in deciſ. cap. Ziles qu. 485. Iaſ. in §. item Seruiana col. 18. elem. iur. de action. num. 105. et in l. ſi non ſortem, §. libertus PP. de condict. indebiti, et in l. debitor. Cod. de pactis, at in prooem. feud. prim. diuiſ. Felin. in cap. licet de probat. Ripa conſ. 1. num. 3. Bald. conſ. 324. vol. 1. Bart. de Caſſa in conſ. Burgun. in rubr. Iſrefz. §. 8. verſ. in alienat.*

h *I. C. vid. in l. 1. et tot. tit. PP. quod metus cauſa.*

i *I. C. vid. in l. ſi per errorem de reg. iur. et in l. cum de indebito de probat.*

k *Luc. de Penn. in l. 1. Cod. de captiuis lib. 10.*

l *Imp. vid. in l. 1. Cod. de ijs qui vac. à Princ. lib. 10. in l. iubemus, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi quis per diuturnam, Cod. de aqueductu lib. 12. I. C. vid. in l. 1. PP. de vac. mun. in princ.*

m *Bald. ibid. cit ex leg. huius PP. de euict. ex l. ſi verberatum de rei vindic. l. qui ſolidum, § prędium de leg. 2. l. certa forma, Cod. de iur. Fiſci, lib. 10. l. deuotum, Cod. de meta, et epid. lib. 12.*

n *Bald. ibid. cit. num. 32. dicens quoque num. 33. Iacobut. de Franch. in vſ. feud. præl. q. 2. num. 17. producens ad confirmationem dictæ concluſionis Honorij Papæ de non alienandis domanijs Regni Siciliæ Conſilium.*

o *Iſer. et Afflict. in §. nec dominus de prohib. feud. alienat. Praeſ. de Franch. deciſ. 17. num. 1. 2. et 3.*

p *Petrus Greg. de conceſs. feud. par. 1. qu. 5. num. 10. verſ. 2. limita, et Maſtrill. in addit. ibid. Ill. vir Patritius Neap. Dom. Reg. Galeot. reſponſ. Fiſc. 23. num. 134. et ſeq.*

Digitized by Google

12 (Regalis feudi definitio proponitur, & diſplicando probatur.)

Illuſtre autem (ſeù regale feudum, ità ex ſupradictis definiri poteſt, eſt feudum nobile Principis ſupremi authoritate, cùm regali dignitate conceſsum, vt *Moz.* & alij teſtantur *q*. A

Quæ quidē definitio optima eſt cōſtituta, ſcilicèt ex genere, & differentia, alijſque bonæ definitionis requiſitis munita, nàm per illud verbum, feudum, genus oſtenditur. Cætera verò loco differentiæ extant, quemadmodum conuenit tantum proprio eius definito, atque proindè cum illo conuertitur, nec verba in illa ſuperflua leguntur, vt per ſe benè conſideranti patet; Dicitur autem in definitione, nobile feudum regale, eo quòd, feudū hoc nobilitatem ſupponit, cùm dignitatem contineat, indè, & regale, & nobile dicendū eſt, p ea quæ in vſ. feud. habentur *r*, ex quo ab alijs feudis, quæ nobilitate dictata non ſunt, feudum regale, quòd nobile eſt, diſtinguitur; B Dicitur Principis ſupremi authoritate conceſsum cum dignitate, vt oſtenderetur ad feudi regalis eſſe conſtituendum, duo copulatiuè requiri, nempè ſupremi Principis authoritas, & dignitatis transfuſio, vt vltrà ſupra dicta ex innumeris, cumulatis Feudiſtis *Pariſ. de Puteo exponit ſ*, cùm feudum, quod propriè regale eſt, in dignitate conſiſtat, cùm dignitatem ipſam annexam habeat, & non niſi à Principe ſupremo concedi poteſt, vt poſt *Alex. Camerarius* affirmat *t*, illudq; nō ad humiles peruenire *Baldus* dixit, ſicque propria nobilitate ſubiectum ſuum, ſeù feudatarium præcipuè illuſtrat, vt idem *Baldus* inquit *v*, C quæ autem feudi regalis dignitas, vt meliùs pateat, ſciēdum eſt dignitatem ipſam in ipſa regalitate contineri, vnde validum eſt, poſitiuumque argumentum, de regalitate ad dignitatem, ſeù de continente ad contentum; licet è contrario de dignitate ad regalitatem, ſiuè de contento ad continentem verè argumentari nequeat, cùm & ſi nequeat regalitas abſque dignitate dari, dignitas tamen abſque regalitate dari poteſt, vt ex traditis per *Imperatorem* patet *x*, hinc eſt, feuda titulata, quia regalia ſunt, cùm à Rege deriuentur, ideò & regalem dignitatem trāsferre dicuntur, vt *D. Reg. Franc. de Ponte* ſcribit, & ex D hoc regalia dicuntur, quia ſcilicèt regalem dignitatem conferunt, vt *Schrad.* poſt alios declarat *z*.

13 (Regalis feudi natura, quænam ſit.)

Eiuſdem autem (regalis feudi natura ita eſt, vt ſcilicèt ſuccedere filij feudatarij, ſeù inueſtiri non poſsint, niſi iterū inueſtiantur, vt *Obertus de Orto* docuit *a*, quòd tamen *Iſernia* hodiè ſecundum conſuetudinarium, atque modernū vſum, antiquo indeſuetudinem habito, non obtinere dicit, iuxtà ea quæ *I.C.* expoſuit *b*, & licet *gloſſa c*, dicat prauas iſtas conſuetudines non eſſe obſeruandas, per ea quæ in *Nouellis* notantur *d*, ſeù conſuetudines naturam propria res priuantes, non eſſe admittendas, & ſi adſit diuturnum temporis ſpatium, eas comprobans, ea tamen do-

q *Mozz. de diuiſ. feud. n.42. Cant. iun. p.1. ſ.c. 8. n.4. Hermann. Vult. de feud. lib.1. c.8. num. 18. Obrect. in tract. feud. lib.1. c.2. n.31. & ſeq. vbi n.39. & ſeq. Schultzen. in Synopſ. iur. feud. c.3. nu.82. Georg. Adam. in Syntagm. iur. feud. c.3. Aphoriſm. 8.*

r *Vſ. feud. vid. in c.1. de feud. Marchiæ, & in cap.1. de lege Conradi.*

ſ *Pariſ de Puteo de feud. integrat. in proœm. in verbo feudum regale, ac Iacobut. de Frāc. in feud. vſ. prælud. qu. 2. nu.1. de quo loquitur gloſ. de his qui feud. dare poſſ. vbi Iacob. de Beluis Schultzen. ibid. cit. d. n.82. in fin. et 83.*

t *Alex. conſ.25. n.1. vol. 5. Camerar. in §. ducatus in princ. de prohib. feud alien. per Frid.*

v *Bald. conſ.103. in fin. vol. 5. & in conſ. 353. nu.2. poſt medium vol.1.*

x *Imp. vid. in l.1. & tot. tit. C de dignitatib.*

z *R. Franc. de Pont. cōſ. 1. n.7. Schrad. poſt alios de feud. p.2. c.3. n.4. & ſeq. quē refert, & ſequitur Schultz. ibid. ſupra cit. n.82. in fin.*

a *Obert. de Ort. vid. in c. 1. de feud. Marchiæ Iſernia affirmat in ead. rubr. & in cap.1. n.1. ac Gloſs. in eod. cap. lit. D.*

b *I.C. vid. in l. de quib. PP. de legibus.*

c *Gloſ. in c. ſi Clientulus de alien. feud. lit. B. in fine.*

d *Nouell. in auth. vt nulli Iudicū Collatio 9.*

Digitized by Google

doctrina *gloſſæ*, non obſtante, vt ſupra contrarium de conſuetudine obſeruandum eſſe, magiſter noſter *Iſer.* dixit *e*.

e *Iſernia ibid. quo ſup. cit. num. 2. in verſ. hodie.*

Ratio rurſus cur antiquitùs feuda hæc regalia ad hæredes non tranſmittebantur, ea nimirum videtur, quia omnia feuda dignitatum, prout regalia ſunt, ad hæredes non tranſeunt, vt *Balzar.* probat *f*.

f *Balzar. de feud. tit. 33. num. 7. ad tex.*

14 (Regalia feuda, qua ratione indiuiſibilia ſint.)

Indiuiſibilia (quoque regalia feuda, eo quòd dignitatis ſunt, dicimus, vt in *l. imperiali* legimus *g*; Rationem autem cur feuda dignitatum indiuiſibilia ſint, ex doctiſsimo *Iſernia*, habemus, dicente, ſicuti in homine duplex caput eſſe naturaliter non poteſt, per ea quæ in iure Canonico notantur *h*, ità nec eadem dignitas in duobus eſſe poterit, vt *Imperator* reſcripſit *i*. Apes enim, & ſi irrationabilitate affectæ ſint, vnum tamen caput admittunt, ſicuti in homine, qui paruulus mundus eſt, vnum tamen caput videmus, vt *Iſern.* citatus k, ſcribit (licet idem *Iſern.* in eadẽ Prouincia duos Præſides eſſe poſse dicat) tamen, cùm apud duos eodem in tempore materia dignitatis permanere nequeat, neque duas formas cum ſimultanietate ſimultanietatis, quemadmodũ, & materia, recipere poſsit, dignitas cũ indiuiſibilis ſit, vt vnica res, duobus non conſideranda eſt, verùm indiuiſibilitèr apud vnum permanere debet ſecundùm ea quę *I. C.* tradit *l*, licet tres rationes cur feuda dignitatum non diuidantur aſſignẽtur, de quibus apud *Diuerſorum conſilia feudalia*, videre eſt *m*, & infrà cùm de feudo, infrà dignitatum agamus, latè pertractandum erit.

g *l. Imper. vid. in cap. Imperialem, §. prateręa de prohib. f. alien. per Frid.*

h *Ius Can. vid. in cap. quoniam de offic. ord.*

i *Imper. vid. in l. 1. C. de metrop. Ber. lib. 11. vbi Gloſ.*

k *Iſern. ibid. quo ſup. cit. in verſ. vnus Princeps.*

l *I. C. vid. in l. item 3. PP. de verbor. oblig.*

m *Conſil. diuerſ. feud. 2. num. 33. poſt n. 151. et 152.*

Neque, ex eo quòd, ſuprà diximus feudum regale in hæredem non tranſire, niſi iterùm inueſtiatur conſequens, ergò ſit, nõ omne feudum proprium, de perpetuitate prædicari, contrà ea, quæ ſuprà in definitione diximus, nàm reſponſio liquet, cùm de iure illo antiquo hæres feudo regali non priuaretur, ſcilicèt habilitate, & iure ad feudum habendum, cùm tantùm feudum retinere priuandus eueniret, quòd quidem ideò Dominus fieri ſtatuebat, vt ſcilicèt fidelem ſuum tanta dignitate decoratum, cùm nouus Vaſſallus ex feudatarij deceſsoris morte fieret, illum recognoſceret, cùm inueſtituram de feudo peteret; Igitur etiam per ea, quæ tradit citatus *Andreas*, ſcilicet ad antiqui iuris obſeruantiam, feudum perpetuum erat, cùm in hęredem, illo etiam iure quidem, feudum regale tranſiret, cum onere tamen repetendi inueſtituram à Domino ad finem, vt ab ipſo recognoſceretur; Similiter reſpondetur, quia quidquid fuerit de iure antiquo noſtræ definitioni non obijcitur cùm feudum, quid moderno iure ſit, definiuerimus.

15 (Regalium feudorum diuiſio in Eccleſiaſticis, & laicalibus.)

Horum verò (feudorum regalium, alia Eccleſiaſtica ſunt nẽpè quæ à Principe Eccleſiaſtico cũ dignitate regali concedũtur inter quos cõprehendi tres Electoratus, Epiſcopatus, Abbatiaſq; *Georg. Adam.* ſcribit *n*. imò, & omnia illa feuda

n *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 3. de feud. diuiſ. aphoriſm. 7.*

in genere eſſe, quæ Principes Germaniæ, ſiuè ſeculares, A
ſiuè Eccleſiaſtici habent, & conferunt: Nàm & hi, bona
iſta feudalia ab Imperatore recognoſcunt, vt ex *Gaillo*,
*Liberius Hattylerius* teſtatur *o*.

Laicalia quædam alia ſunt primò Regnum, Electora-
tus ſeculares, & Archiducatus, apud Germanos, de
quibus citatus *Adamus* videndus eſt *p*, apud Germanos
ipſos verò, atq; noſtrates ſunt Principatus, Ducatus, Mar-
chionatus, & varia Comitatus genera, quę regalia feuda
ſunt eaque *Paris de Puteo* ex noſtratibus enumerauit *q*,
quibus etiam hodiernis moribus ſecundum feudiſtas cō-
muniter, etiā Baronatus additur, quē Comitatui æquiparari B
volunt, vt *Roſenthalis*, poſt *Zaſ. & alios* probat *r*. Regale
autem feudum, quod ſcilicet per inſigne vexilli olim, ho-
die enſis conceditur, vt ex *Arum.* habemus *ſ*, conceſsùm
Vaſſallis politicis, Vaſſallis autem Eccleſiaſticis, per ſcep-
trum datum, vt *Sueuus* atteſtatur *t*.

Quæ autem ad Electoratus pertineant cit. *Georg. Adam.* vi-
deas *v*.

Ad Archiducatū autem, q̄ ſpectat ſciendum eſt inter Duces
eminentiori dignitate Archiduces Auſtriæ Elatos eſſe,
quorum originem ad Rudolphum primum Habſpurgen-
ſem *Arum.* refert *x*.

Principes autem, quod apud noſtrates attinet, ſūt, qui hoc cū C
Principis titulo à Rege feuda tenent, qui prout Du-
ces, Marchiones, atque cæteri Barones, licet cæteris
iſtis omnibus excellant, merum Imperium in ſubditos ſuos
habent, in facineroſos quoq; homines animaduertendi po-
teſtatem retinent, iuxtà ea quæ tradit *I. C. z*.

Duces autem quoque dignitate regali inueſtiti dicuntur, vt
*Obertus* exponit *a*, quemadmodum, & Marchiones, &
Comites eadē dignitate fruūtur, vt ex eodem *Obert.* patet.

Principes autē iſti, Duces, Marchiones, Comites, & alij ſimiles
titulati, Cōſiliarijs nō titulatis in Regno pręcedūt *ſ*, in Col-
laterali Conſilio ſedendo, licet quando in Sacro Regio
Conſilio pro cauſis proprijs veniunt, inferiorem locum
occupent, & quandoque non ſedeant, vt deciſum Illuſtr. D
*Præſ. de Franc.* teſtatur *b*.

Cum autem Princeps aliquem de territorio inueſtit, cuius
poſſeſſor antea fuit Dux, Marchio, vel Comes, niſi eum
etiam cùm dignitate Ducatus, Marchionatus, vel Comita-
tus inueſtiat, adeoque oſtendat, ſe velle, vt is quem
nunc de nouo inueſtit, ſit Dux, Marchio, vel Comes, non
niſi abuſiuè de feudo regali inueſtitus dici poterit, in-
de neque, vt Dux, Marchio, vel Comes haberi,
atq;

o *Gaill. lib. 1. obſeru. 20. Lib. Hattyler. in analyſ. iur. feud. cap. 4. lit. D. fol. 23.*

p *Adam. ibid. cit. iuncti Sueuo exercit. feud. 2. aſſert. 8. Schultzen. in ſynopſ. Iur. feud. c. 3. num. 84.*

q *Paris de Put. de integr. feud. in verb. feud. regale, iunctis Iacobut. in feud. vſus præluд. q. 2. n. 1. Alex. conſ. 25. num. 1. vol. 5. et de varijs Comitatus generibus vid. Adam in ſyntagm. iur. feud. cap. 3. aphor. 11. num. 18.*

r *Roſenthal. poſt Zaſ. et alios in ſynopſ. iur. feud. cap. 2. concl. 1. n. 2. et in not. lit. C. iunctis Schultzen. in ſynopſ. feud cap. 3. num. 84. et Georg. Adam. ibid. quo ſup. cit. d. aphoriſm. 7. n. 24. et Sueuus in dict. exercit. 2. aſſert. 8.*

ſ *Arum. de Comit. c. 3. num. 55.*

t *Sueuus d. exercit. 2. aſſert 8.*

v *Georg. Adam. ibidem quo ſup. cit. n. 12. et ſeq. vſq; ad 16. vbi de orig. elect. officio, poteſtate, muneribus, et collatione peragit, iuncto Hattylerio in aurea Bulla Caroli IV. Imperatoris, et Sueuo ibid. in eadem aurea Bulla.*

x *Arum. ad A. B. diſcept. 4. theſi 16. quem refert, et ſequitur Adam. quo ſup. cit. n. 17. iūctis quæ de Archid. Auſtria, latè ſcribit poſt alios Philippus Knipſchilt in tract. de fideicom. fam. cap. 1. num. 113. 114. et cap. 16. num. 33. et et d. cap. 1. num. 174.*

z *I. C. vid. in l. Imperium PP. de iuriſd. omnium iudic. vbi plenè Bart., Dec. poſt alios ibid. in prim. not. et alij quos refert, et ſequitur Præſ. Vinc. de Franc. deciſ. 510. num. 2.*

a *Obert. de Orto vid. in d. cap. vnico de feud. Marchia.*

b *Præſ. de Franch. deciſ. 138. num. 6.*

Digitized by Google

A atque ſalutari debebit, verùm, vt Ducatus poſſeſſor, vt *Roſenthalis* fatetur *c*. nàm ipſa Prouincia, ipſumque territoriũ, quod antea habuerũt Dux, Marchio, vel Comes, per ſe dignitatem regalem minimè confert, nec eandem ſibi annexam habet, verùm à Principe, qui inſimul, cum eius poteſtate, & voluntaté Ducatus, Marchionatus, vel Comitatus dignitatem conferendi vnitè habet, vt *Schultzen.* atteſtatur *d*.

16 (Barones priùs Capitaneos vocatos fuiſſe, & qualiter à Rege Alphonſo fuerit merũ, & miſtũ Imperium eis cõmunicatum.)

Ad Barones (autem, quod pertinet breuiter ſciendum eſt per priùs eos Capitaneos vocatos, vt ex *Capycio* ferre eſt *e*, quiquidem per priùs Imperium non habebant, fuit tamen eis per Regem Alphonſum I. poſteà communicatum, B vt *Afflict.* probat *f*. ità quòd tempore Reginæ Ioannæ Secundæ Regni Barones, nec merum in Vaſſallos Imperium haberent, vt latè *Praeſ. de Franch.* explicat *g*. qui Barones cùm titulum non habeant, nec locum obtinent, per eaque idemmet de *Franchis* in cauſa Io: Diomedis Carrafa, & Domini Gregorij de la Noia in Sacro Collaterali Conſilio deciſum refert, dicens quoque, quod cùm Titulati ſunt, locum obtinent, & qui prior inueſtitus eſt cùm in pari tituli gradu ſunt, præcedet: in hoc verò Regno in ſedendo, coràm Domino, primò ſedent Principes, deindè Duces, poſtea Marchiones, & vltimò Comites, alij verò Barones titulum non habentes, locum non habent *h*. C Regis autem officiales, & ſi Barones iſti dicantur, vt idem de *Franchis* probat *i*, ità quod cùm iuriſdictionem habeant ratione proprietatis, ſaluum conductum concedant, *k*, primas, & ſecundas cauſas cognoſcant, pendẽte tamen appellatione quemadmodum, & Præſides Prouinciæ indulgere non poſſunt *l*, ſicut nec poſt ſententiam latam gratiam facere poſſunt, quod ſecùs eſt in Rege, vt ex cit. de *Franch.* probatur *m*, quos quidem prò remiſsione cauſarum, maximè criminalium eorum Vaſſallorum pu-

c *Roſenthal. c. 2. concluſ. 2. n. 9. iuncto Vulteio 1. de feud. 9. nu. 20. quem recenſet, & ſequitur Schultzen. in d. c. 3. n. 84.*

d *Scultzen. ibid. quo ſupra cit.*

e *Capyc. dec. 27. in 9. dub. & in inueſtit. in verbo feudatarij Barones iuncto Freccia de orig. Baron. nu. 10. quos recenſet, & ſequitur de Franch. dec. 211. n. 5.*

f *Afflict. in conſtitut. Regni, ea quæ ad decus in 1. not. Praeſ. de Franc. d. dec. 211. n. 7.*

g *Praeſ. de Franch. deciſ. 370. quam commemorat in deciſ. 510. n. 4. atq; Baro, & vaſſallus correlatiua cum ſint, ideo diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio, dum correlatiuorum eadem eſt diſciplina, vt Illuſtris D. D. Carol. Petr. M. C. V. peritiſſimus Iudex in ſuis lucul. com. ſuper Rit. eiuſd. M. C. V. Rit. 231. n. 4. ſcribit*

h *De Franc. dec. 365. n. 1. 3. 4. et ſeq. et iſti Barones ſunt Regij officiales, non tamen poſſunt iuriſdictionem per ſe exercere, ſed per Gubernatores, vulgo, Capitaneos, quos eligere poſſunt ad iuſtitiam miniſtrandam ſecundum ea quæ Iudex peritus præfatus D. D. Carol. Petr. poſt alios quos allegat ſcribit ſuper Rit. eiuſd. M. C. V. Rit. 264. num. 7. iuncto D. R. Capyc. Latr. deciſ. 181. nu. 3. dicente eos haberi tanquam magiſtratus perpetuos, et ordinarios.*

D

i *De Franch. deciſ. 274. num. 3.*

k *Idem de Franch. deciſ. 370. num. 4. abolitiones delictorum ratione inueſtituræ facere, et pœnas cõmutare Regni Barones poſsũt, D. R. Rouit ſuper cõ. ad Regn. Prag. de abolit. n. 11. et an gaudeant indulgentia, quoad illicita à ſuis vaſſallis extorta, ibid. Prag. 1. num 7. et hodie foriudicatis gratiam facere etiam poſſunt ibid. num. 49.*

l *Idem de Franch. deciſ. 370. num. 13. in eorum Curia liquidare poſſunt inſtrumenta contrà vaſſ., denegatur tamen eis remiſsio niſi Baro haberet in Priuilegio in ſpecie, quod poſsit etiam de iſtis cauſis cognoſcere, Reg. Rouit. ſuper Prag. 1. de inſtrum. liq. num. 2. et Baro habens cognitionem ſecundarum cauſarum deputare tenetur Iudicem, et aſſeſſorem in eadẽ terra etiam in ſecunda inſtantia, vt poſt alios D. Carol. Petra ſcribit ſuper Rit. M. C. V. 46. num. 22.*

m *Idem Franch. d. deciſ. 370. num. 11. et 12. niſi ſententiæ latæ pendeat appellatio, Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 121. nu. 34. et quod Baro habens iuriſdictionem Ciuilem ſit maior habente, iuriſdictionem criminalem patet per id, quod deciſum fuit tempore Alphonſi Primi de Aragonia anno 1443. vt teſtatur Frecc. de ſubf. lib. 1. de offic. mag. iuſt. num. 26. et lib. 2. auth. 2. n. 21. pag. mihi 267. et quibus fulgeat prærogatiuis Ciuilis Baro vid. Capyc. deciſ. 27. et Baro iuriſdictionis Ciuilis præfertur Vniuerſitati in emptione iuriſdictionis Criminalis facta per extraneum, Reg. Capyc. Latr. deciſ. 168. num. 22. et 26. 33. et 38. et 39.*

Digitized by Google

pugnare poſſe idē *de Franc.* dicit *n*, non poſse tamen illos à propria patria carceratum extrahere, & ad alterius terræ carceres traſmittere, etiam quod eiuſdem Baronis ſint, niſi in certis caſibus de quibus citatum *de Franch.* videas, & alia de iſtis Baronibus *Frecc. & Capanus* adeundi *o*. A

17 (Feudum non regale nobilitatē, abſque illuſtri dignitate conferre, & à Principe quoq; ſupremo dignitatem conferēdi poteſtatē habēte recognoſci.)

Feudum (non regale, quod in ſpecie ità dictum eſt, cuius inueſtitura, abſque dignitate Illuſtri nobilitatē confert, vt *Adamus* exponit *p*.

Quod quidem feudum à Principe quoquè ſuperiorem non recognoſcente, atque proinde poteſtatem habente, ſicuti à ſuperiorem habente recognoſcimus, vt *Sueuus* atteſtatur *q*. B

18 (Definitur autem, q sit feudum nobile à Principe ſuperiorē non recognoſcēte, vel à ſuperiorem recognoſcēte, abſque dignitate regali, ſiuè cū dignitate, quæ regali inferior ſit, conceſſum, quæ definitio à nonnullis obiectionibus defenditur, & explicatur.)

Itaque his verbis (deſcribi feudum non regale poſse inducitur, eſt feudum nobile à Principe ſuperiorem non recognoſcente, vel à ſuperiorem habente, abſque tamen dignitate regali, ſiuè cum dignitate, quæ regali inferior eſt, conceſſum, vt *Roſenthalis* affirmat *r*, quæ definitio licet negatiua quodammodo videatur, cùm ſubiectum negatiuum defineat, nihilominus optima videtur, & quidem Logica definitio, vt exemplo *Ariſtotelis* patet, qui cùm materiam definiuerit, per negatiua verba definitionē compoſuerit, cùm dixerit, quod materia ſit illa, quæ non habet, neque quantum, neque quale, neque aliud ex prædicamentis, ſed totum eſſe à potentia dependet; Dùm ſcilicèt forma ſubſtantialis in illam vnione mediante ingreditur. C

Neque mihi obſtare videtur, quod hìc quodammodo feudum vti conceſsionem definiam, ſicque ſupradictis contradicere concluſionibus videar, cùm ibi feudum ex conceſsione definiri non poſse dixerim, cùm feudum conceſſionem ipſam dici poſse negauerim.

Nàm reſpondetur diuerſam militare rationem in caſu, quò feudi eſsentia ſupra definita, vt genus, licet ſubalternum fuit, ſiuè vt quid præciſum ab alijs feudorum ſpeciebus, ſiuè ab omni actione, quæ in feudi cōſtitutione, & contractu inter Dominum, & fidelem fit, hìc verò non conſideramus feudum, vt quid reduplicatiuè ſumptum: verùm, vt tale feudum in partes ſpecificatas diuiſum, quod quidem cùm à cauſis, atque conceſsione ipſa proficiſcamur, & cauſis hanc feudi diuiſionem adiudicemus, idcircò à cauſis, & à conceſsione ipſa hęc feudi definitio repetenda euenit: nec cùm de feudi ſpeciebus peragamus à genere, omnis ſpecies cùm eſſentia, abſque differentia ſumenda eſt, cùm ratione differentiæ, & per ipſam ſpeciem generi derogetur, vt I.C. animaduertit *ſ*. D

19 (A Principe inferiore abſque dignitate regali cōcedi poſſunt.)

Quod (autem in definitione diximus, à Principe ſuperiorem non recognoſcente feudum iſtud concedi, taxatiuè non intelligas, cùm & à Principe inferiore feudum non regale ſeù dignitatem regalem non habens, benè tamen dignitatem continens, concedi poſsit, vt *Aluaretus* exponit *t*.

quod,

n *De Franch. dec. 529. num. 2. per ea quæ tradit Bart. in l. 1. §. et poſt operis PP. de operis noui nunciatione.*

o *De Franch. dec. 528. num. 8. et ſeq. Frecc. de orig. Baron. et Capanus de grauam. Baron.*

p *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 3. Aphoriſm. 8. in principio.*

q *Sueuus exerc. feud. 2. aſſert. 8. in fin.*

r *Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concluſ. 1. num. 16. iuncto Hermann. Vult. 1. de feud. cap. 8. nu. 19. verſ. feudum regale, quem recenſet, et ſequitur, Georg. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 3. num. 85.*

ſ *I. C. vid. in l. ſeruis vrbanis, §. alij vernæ PP. de leg. 3 iuncto Sum. Pontif. in cap. generi de reg. iur. in 6. & ibi Dynus, & Soccin. conſil. 3. incipiente in cauſa interpellationis verſ. 1. reg. in 2. par. c. 220. Aretin. in rubr. PP. ſi certum pet. Gloſ. in l. vxor. §. feliciſsimo PP. de leg. 3. ex dictis per I. C. in l. Titia, §. Lucius el ſecundo de leg. 2. in l. ſeruius, §. ſi alij de leg. 3. in l. Titia, §. qui Marco de an. leg. in l. quæſitum, §. ſi quis PP. de fund. inſtrut. & in leg. liberis de alim. leg. Speculat. de feud. §. 2. verſ. 16. & ex d. l. vxor. §. Codicillis de leg. 3. & l. legatorū §. fin. de leg. 2. Caſtrenſ. conſ. 285. & alij.*

t *Aluarot. in prælud. feud. num. 21.*

Digitized by Google

A quod, & in ipſa definitione legitur ex illis verbis, vel à Principe ſuperiorem habẽte abſq; dignitate regali, cùm iſti Principes inferiores licet dignitatem regalem concedere nequeant, feuda tamen dignitatis concedere poterunt, vt ex *Gerhardo Capagiſto* erudimur, cũ dixerit (*Marchio, & Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui propriè Regis, vel Regni Capitanei dicuntur*) *v*. Nàm qui villæ, vel Caſtri præfecturam exercet, dignitatem habere dicitur, vt *Bald.* docet *x*.

20 (A Pŕicipe ſuperiore, abſque voluntate conferendi dignitatem regalem cōceduntur.)

B Non (regale quoque feudum dicendum iure arbitramur, ſiuè concedens feudum habeat concedendi feudum regale poteſtatem, non verò voluntatem, vel è conuerſo habeat quidem voluntatem, poteſtatem verò non, quorum vtroque casũ feudum nõ regale dicitur, vt ex *Obrect.* probatur *z*, vbi tria requiſita feudi non regalis recenſet; hinc rectã concluſionem eſſe dicimus, quod feudiſtæ tradunt Prouincia ex hominis dignitate, non autem hominem ex Prouinciæ dignitate nomen mutare, cùm dignitas perſonæ non rei cohæreat, vt *Obrectus* confert *a*, & quod ſimiliter neminem feudi ratione veram nobilitatem ſtatim conſequi poſse, etiam iure Saxonico vltrà *Schrad.*, & *Roſenthal.*, *Georg. Schultzen.* teſtatur *b*.

21 (Feudum nobile à concedente taliter denominari, non verò à territorio in feudum conceſſo, & qualiter vt nobilitet, concedentis voluntas requiratur, & cur paradogum feudum nobile dicatur.)

C Similiter (ratione cauſæ efficientis feudum aliud nobile eſt; aliud verò ignobile ſiuè plebeium, vt ex *Conſ. feud.* ediſcimus *c*.

Quod nobile feudum efficienti cauſæ attribuendũ eſſe ex eo probatur, quia, etſi ab eo feudum iſtud nobile appellandum veniat, ſcilicèt ex effectũ, quod nimirùm accipientem nobilitat, vt ex *Conſ. feud.*, *Hattyler.* probat *d*, tamen cùm nobilitandi ius à concedentis perſona dependeat, & ipſa etiam nobilitas qualitas ſit, quæ perſonæ cohæret, ideò quod dicitur feudum nobile poſſeſſorem nobilitare, non quaſi ipſi terræ nec nobilitatis qualitas inhæreat, intelligendum, verùm, vt verior ſententia eſt, quaſi feudum nobile dicatur, quia ità denominari à concedente, qui poſſit, & velit, cùm feudo vel eiuſdem conceſſione nobilitatem alicui conferre, vt *Georg. Adam.* teſtatur *e*, nobilitatem enim, dicit ipſe, eſse dignitatem, quæ ſoli perſonæ, & nõ rei propriæ ineſt, & dignitatem videri eã, quæ à perſona, non verò à quadam re dependet, ſicque cùm à perſona concedente dependeat, feudum ipſum nobile à cauſa efficienti repetendum eſt.

D Nobile autem feudum iſtud exquirit, vt ab eo, qui voluntatem, & nobilitandi poteſtatem habet, quorum vtroque concurrente concedatur, habens ſcilicèt originem à Papa, Imperatore, Monarcha, Rege, vel alio ſupremo Principe, vna ſimul cũ nobilitandi voluntate, vt *Vulteius* exponit *f*, in-

v *Gerhard. Capagiſt. vid. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. verſic. Marchio Bart. in l. 1. Cod. de dignit. lib. 12. Ruin. conſ. 69. num. 19. lib. 3.*

x *Bald. in cap. 1. §. 1. nu. 2. quis dicatur Dux iunctis Herman. Vult. latè hãc rem circà vid. ibid. quo ſup cit. nu. 19: poſt Par. de Put. ibid. quò ſup. cit. nu. 2. Bald. in proœm feu. num. 32. quem ſequitur Iaſ. in prælud. feud. in 1. diuiſ.*

z *Obrect. tract. de feud. lib. 1. cap 5. num. 43. & ſeq.*

a *Obrect. vid. tract. feu. lib. 1. cap. 5. num. 30. et ſeq.*

b *Schrad. de feud. p. 2. cap 3. num. 15. Roſenthal. in ſynopſ. feu. cap. 2. concluſ. 2 num. 8. verſic: ſicut Schultzen. d. c. 3. num. 86.*

c *Conſ. feud. vid. in cap. vnico quis dicatur Dux & in cap. vnico in princip. de pace tenenda, & in cap. vnico quis dicatur Dux March. com. capit. &c lib. 2. Vlteius lib. 1. de feud. cap. 8. nu. 16. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concl. 2. poſt Aluarot. in prooem feud. verſ. 2. diuiſio eſt, & Bald. ibid. num. 55. Bocer. de qualit. & diff. feud. & idẽ ex Friderici II Conſtitutione Regni Sicil. lib. 3. tit. 24. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. cap. 3. num 19.*

d *Conſ. feud. vid. in c. vnico quis dicatur Dux lib. 2. Conſ. feud. Hattyler. in analiſij iur. feu. cap. 4. lit. C. fol. mihi 22.*

e *Georg. Adam. c. 3. ſyntagm. iur. feu. Aphoriſmo 5. n. 1. iuncto Sueuuo exercit. feud. 2. aſſer. 8 circà fin.*
f *Vlt. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 11. & num. 17 ſub fin. iunctis Obrect. in tract. de feud. lib. 1. cap. 5. num. 23. & Ioan. Niell. diſp. feud. 1. th. 7. lit. C.*

Digitized by Google

indè ſit, vt ipſa nobilitatis conceſsio, requiſita, vt ſiat à perſona, quæ poteſtatem nobilitandi habeat, cuidam perſonæ, quam vult ex dicta conceſsione nobilem reddere, A vt *Georg. Adam.* comprobat *g*, indè conſequitur, nec feudũ nobile dicendũ, quod ſimpliciter ab eo datũ eſt, qui nobilitandi poteſtatem habet, cùm etiã voluntas, vt dixi requiratur: quæ autem voluntas concedentis feudum, vel expreſſa eſt, vel tacita, ſiuè præſumpta, quarum hanc colligi ex eo volunt, nempè quando Princeps, ſeù Imperator aliquem de Ducatu, Marchionatu, vel Comitatu inueſtit, quo ipſo eum cùm de Ducatu Ducem, cùm de Marchionatu Marchionem, cùm de Comitatu Comitem, atque B proinde nobiles feciſse præſumendum aiunt, per ea quæ *Obertus de Orto, & Gerhardus Capagiſtus* tradunt *h*, vbi ità legitur (*qui à Principe de Ducatu aliquo inueſtitus eſt, Dux ſolito more vocabitur, &c.*) non quidem ob ſolùm conceſsum Ducatum, quaſi hìc per ſe nobilitaret, ſed ob concedentis præſumptam tacitam volũtatem, vt *Vulteius poſt alios* conſonat *i*, hinc quod à *Bald.* & alijs dicitur, ità intelligas nempè feudum nobile dici, quod poſſeſſorem nobilitat, vel nobilem oſtendit, ſcilicèt ex voluntate cõcedentis, cui in feudum conceditur, nobilitas transfertur *k*; Ex eo autem, quod nec feudum nobile dicimus, quod ab eo qui nobilitandi poteſtatem habet datum eſt, hinc C inde ſequitur feuda à ſummo Principe conceſſa, omnia eſſe nobilia, cùm neque feudum ignobile ab eo concedi poſsit, ſed quod ab eo datum eſt, qui poteſtatem, & voluntatem nobilitandi habuit, de qua vel expreſsè ex inueſtituræ literis, vel præſumptiuè putà in ſpecie de Ducatu dixerit, vt ſuprà diximus conſtat, quod non ex eo, quod talis res in feudum concedatur euenit, verùm quidem ex eo, quia præſumpta Principis voluntas dignitatem, ſiuè nobilitatem hanc, iſto quaſi ſymbolo conferre videtur, vt poſt alios latè *Vulteius* diſplicat *l*.

Appellatur autem feudum iſtud nobile paradogum, quaſi nobilitatem transferens, nam Burgenſe, quod non nobilitat, paradogum, ſiuè pedagium transferre non dicitur, vt in *C. f.* habetur *m*, & inf. patebit. D

Ex hoc autem feudo nobile non quidem ex re accipiens nobilis efficitur, ſed quia nobilitatem per concedentem transferri præſumitur, vt *n Decian., Duarenus, & Montanus* ſunt, ex quibus *Montanus*, dicit, hoc feudum nobile ſemper in illas perſonas transfundi, quæ ſtipitem nobilem habent; nàm cùm hæc feuda à Principe translata dicantur, vt *Mart. Laud.* vltrà ſupra cit. explicat *o*, debent exinde accipientes Principes amicos ſupponi, & propterea nobiles, inde feudum hoc ignobilibus cõferendũ non eſt, vt *Caſſaneus* conſuluit *p*. Cùm concedentis poteſtate ex voluntateque, & accipientis quodammodo nobilitate, nobile feudum dicendũ ſit, ſcilicèt ab hominum dignitate,

vt

g *Georg. Adam. ibid. quò ſup. cit. d. n. 1.*

h *Obert. de Orto in cap. 1. quis dicatur Dux lib. 2. compil. Capagiſt. in cap. vnico quis dicatur Dux C. f. lib. 1.*

i *Vulteius 1. de feud. cap. 8. num. 21. iunctis Obrect. lib. 1. feu. cap. 5. nu. 25. & ſeq. ſub fin. Georgius Schultzen in ſynop. f. cap. 3. num. 80.*

k *Bald. in cap. inter dilectos num. 10. de fid. inſtrum. & in prælud. feud. num. 55. Afflict. in cap. 1. quis dicatur Dux, num. 10. & ſeq. vſque ad num. 22. Berber. in 11. qu. de feud. Iaſ. in 10. diuiſ. Aluarot. in 2. diuiſ. Alex. cõſ. 30. col. penult. Obrect. de feud. cap. 5. num. 23. Io: Niell. diſp. feud. 1. th. 7. lit. C.*

l *Vult. lib. 1. de feud. c. 8. nu. 9. quem recenſet, & ſequitur, Suenus d. exercit. 2. aſſert. 8.*

m *C. f. vid. in cap. 1. §. cæteri. quis dicatur Dux lib. 2. feud. conſuet. Iacob. de Franch. in feud. vſ. prælud. q. 2. nu. 22.*

n *Decian. conſ. 117. Duaren. de feud. cap. 4. nu. 8. & eleganter Ferrar. Montan. 1. feud. 6. verſ. his adde 4.*

o *Mart. Laud. l. 1. ſuper tit. 1. feud. num. 57.*

p *Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 3. §. 8. in princ. nu. 2. & 3. relatus à Balzarano in tit. de leg. Conradi ad §. ex eadem num. 13.*

A vt *Paris de Puteo* dilucidat q, quidquid dixerit *Caſtrenſis* à ſeruitio nobili, an feudum nobile ſit, repetendum eſſe, ſcilicèt cùm quis annuatim proprietatis Domino ad illum recognoſcendum aliquam rem putà canem tributare obligatus ſit, cùm verior ſententia ſit à concedente nobile feudum dici, vt ſuprà ex cit. *Adamo* annuimus.

22 (Feudum antiquum qua ratione nobile dicendum ſit nouum verò quare nobilitatem habere non dicitur, niſi probetur, quod limitatur cùm ab Imperatore, Monarcha, vel Rege concederetur.)

Rursùs (quoque aduertendum eſt feudum antiquum nobile appellandum eſſe, vt in *Conſ. feud.* legitur r, ob rationẽ, quia eo nobiliùs feudum dicendum ſit, quò diutiùs in aliqua familia permanſerit, quemadmodum, & nobile cùm merum, & miſtum Imperium feudum habet, dicendum, quod quidem cùm omnes Regni Barones ex Alphonſi B Regis indulto nacti ſint, vt *Præſ. de Franchis* atteſtatur ſ; Indè nobiles feudatarij dicuntur, vt ex *Baldo* probandum euenit t, quod autem diximus feudum antiquum nobile dici, intelligas etiam ſi dignitatem non habeat, vt *Grat. & alij* probant v: nouum autem feudum cùm per ſe regulariter nobilitatem, niſi probetur non habeat, cùm nobilitas ictù oculi non innaſcatur, vt ex *I.C. Bald. & Dec.* exponunt x, vnde eſt ſi ruſticus aliquis feudum emerit nobile, non proptereà nobilis eſt, cùm nobilitas reſpectù feudi, non verò feudatarij conſiderabitur, per ea, quæ *Lucas de Penna* tradit z, hoc tamen limitabis, quando feudum nobile ab Imperatore Monarcha, vel Rege C concederetur, nàm tunc ex concedentis poteſtate, & voluntate vaſſallus nobilis eueniret, cùm Principis amici præſumantur tales feudatarij, vt *Iac. de Beluis Bald. & alij* affirmarunt a, ſicque ex Maeſtatis poteſtate, atque voluntate per rei interuentum, nobilitatem conſequuntur, quæ quidem cùm per rem feudalem collata dicatur, & prætereà ob ipſam nobilitatem communicatam reſpectù ipſius rei, iuribus quibus peculiaribus fruatur nobilitas, vel iura quedam eius ipſi rei connexa videri, vt *Georg. Adam.* ſectatur b.

23 (Valuaſorum ordo quotuplex ſit, & qui ex his valuaſoribus in feudum dare poſſint, & quę nàm feuda cũ ipſi valuaſores concedunt in feudum, dicenda ſint, ſicque quod nam feudum ignobile, ſeù plebeium, quod minus nobile, & aliquale nobile ſint dilucidatur.)

Tandem (Vaſſallorum ordinem ex notatis *in feudali iure Longobardico* colligimus c, & quidem quod ad nobile feu- D dum ſpectat, tres ad ordines eſtendimus, quorum.

Primus ille eſt, ꝙ regali, ſiuè Illuſtri dignitate ditatũ eſt, vt sũt Principes, Duces, Marchiones, Comites, ſiuè omnia feuda titulata, vt ex *Oberto de Orto* dicẽdum eſſe probatur d.

Secundus ordo eſt Capitaneorum, & Valuaſorum maiorum in ſpecie ità dictorum, & ſi Capitanei in genere eos, qui pro capite ſunt ſignificent, & primi ordinis vaſſalli, etiam Capitanei Regni dicantur, iuſta ea quæ ex *Gerhardo Capagiſto* habemus e, & iſti quidem Valuaſorum maiorum appellatione compræhenduntur, vt *Obert. de Orto* loquitur f, cùm dixerit (*qui propriè valuaſores maiores olim appellabantur*) illis verò quibus Barones cõueniunt, cùm, per prius, & ipſi etiam Capitanei vocitarentur, per ea quæ *Præſ. Vinc. de Franchis* recenſet g, illi

q *Par. de Put. de integr. feud. fol. mihi 2. dt. n. 7.*

r *C. f. vid. in d. cap. 1. §. cæteri quis dicatur Dux lib. 2. C. f. & ibi Bald, & in prælud. feu. Præp. in d. cap. 1. col. 2. verſic. iuſſit ex eo, Tiraquell. de nobilit. cap. 7. nu. 7.*

ſ *Præſ. de Franch. deciſ.* 510 *num.* 4.

t *Bald. in conſ. 129. col. 1. verſ. ſciendum eſt lib. 2. iũctis Cæpol. in tract. de Imper. milit. deliq. in mater. nobilit. num. 25. Tiraq. de nobilit. cap. 7. num. 8.*

v *Grat. conſ. 4. num. 12. lib. 1. Natt. conſ. 162. n. 9. Crauett. conſ. 952. num. 7.*

x *I.C. vid. in l. ſtemmata de grad. cognit. Bald. in prælud. feud. Decian. conſ. 53. col. 2. verſ. 4.*

z *Luc. de Penn. in l. cum neq; in fin. C. de incol. lib. 12. iuncto Tiraq. de nobil. c. 7. n. 9.*

a *Iacob. de Beluiſ. in proœm. conſ. feud. in princ. Bald. in c. 1. §. 1. ad fin. quis dicatur Dux Laud. lib. 1. ſuper tit. 1. feud. nu. 57. Grat. conſ. 4. num. 12.*

b *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. d. cap. 3. Aphoriſm. 5. n. 1. in fin.*

c *Iaſ. Longobardicum vid. in cap. 1. quis dicatur Dux el primo, ed el ſecondo.*

d *Oberr. de Ort. vid. in d. c. 1. quis dicatur Dux, &c. lib. 1. conſ. feud.*

e *Gerhard. Capag. vid. in cap. 1. de his qui feu. dar. poſſ. & in c. vnico de nat feud.*

f *Obert. de Ort. vid. in d. cap. 1. quis dicatur Dux lib. 2. conſ. feud.*

g *Præſ. de Franch. dec. 211. num. 5.*



Digitized by Google

ſunt, qui in ſpecie Capitanei, & Valuaſores maiores dicuntur, nempè qui abſque dignitate regali de plebe aliqua, vel plebis parte, vt territorio aliquo, vel Caſtro, & de cæteris inueſtiti ſunt, de quibus in iure feudali mentio fit *h*, vbi expreſsè legitur (*hi duo ordines diſtinguntur*.) A

Tertius ordo eſt vaſſallorum, ità ſimpliciter dictorum, ſimiliter, & valuaſorum minorum, qui omnes cùm feudum antiquum habent, inter nobiliores vaſſallos numerantur, vt *Georg. Adam.* teſtatur *g*.

Ignobile, ſeù plebeium feudum, quod vulgo Burgenſe appellant, illud eſt, quòd ab eo, qui vel poteſtate, vel nobilitandi, voluntate cùm in feudum conceditur caret, vt B *Vulteius* exponit *i*, omne namque feudum, quod poſſeſſorem minimè nobilitat, cùm plebeium dicatur, ignobile feudum dicendum euenit, vt *Baldus*, & *alij* affirmant k. Cuius ignobilis feudi terminū, quartū vaſſallorum ordinē, *Georg. Adamus*, per ea quæ in iure feudali notantur, dixit *l*, fertur exinde, quod qui hoc feudo inueſtitur, ruſticus, & ignobilis ſiuè Burgenſis dici debeat, vt *Andreas de Iſernia* docet *m*, & cùm ipſum feudum ignobile nobilitatem non contineat, inde nec accipientem nobilem facere poteſt, vt *Com. Feudiſtæ* aiunt, & ex *Conſ. feud.* ſuprà cit. patet *n*, cùm ibi dicatur (*nàm illi qui ſoldatam habuerunt, vel acceperunt, vel habent, per eam nullum Pedagium, ſed nec feudi vſum acquirunt.*) Cuius quidem C conſuetudinis oratio in ly verbo, *Pedagium, Paradogium*, legi debet, & cùm ibi dicatur nullum pedagium per eam acquiri, debet legi nullum *Paradogium*, ideſt nullam nobilitatem, vt optimè legunt *Baldus*, & *Aluarotus*, licet *Iacob. Cuiacius* aliter ly verbum *Pedagium* legat, ſcilicèt Paragium, quaſi quod pares Domino non dicantur, & per dictam inueſtituram feudi ignobilis nullum Paragium acquiratur: *Paragium*, ſcilicèt ex verbo, Pares, ex quo nobiles feudatarij dicti ſūt, vt in *Conſ. feud.* patet *o*. *Baldi* tamen doctrinam, *Cuiacij* non refutata, amplector, dùm per eam primariò nobilitatis negatio in feudo ignobili ponitur, cùm nullum Paradogium ideſt nobilitatem D per inueſtituram feudi ignobilis acquiri legat.

An autem feudum nobile, vel ignobile dicendum ſit, ex inueſtitura experiendum, atque interpretandum eſt, etenim cùm in vſibus feudorum dicitur (*qui à Principe de Ducatu aliquo inueſtitus eſt, Dux ſolito more vocatur p.*) dici debet, cùm an vaſſallus de Ducatu, ſiuè alio feudo nobili, vel ignobili inueſtitus ſit, dubitatur, inueſtitura adeunda ſit, cùm in illa feudi natura contineatur, vndè ſemper illam cuſtodiendam eſſe ſit, vt *Afflictus* adſtipulatur, cùm & ipſe inueſtituræ tenor feudi naturæ deroget, vt idem *Afflictus* affirmat, cùm ab inueſtitura feudum naturam recipiat, ſecundùm tradita per *D. Regentem de Ponte r*. Cumque feudi naturæ continens ipſa inueſtitura dicatur

ſemper

h *V. f. vid. in d. cap. 1. quis dicatur Dux lib. 2. Conſ feud. & in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. quis dicatur Dux libr. 1. Conſ. feud. in §. 1. vbi manifeſtè legitur (hi duo ordines diſtinguntur) Georg. Adam. d. c. 3. Aphoriſm. 5. num. 4.*

g *Georg. Adam. ibid. quò ſup. cit. num. 2.*

i *Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 21. verſic. ignobile, & num. ſeq. iunctis Obrect. in tract. feud. lib. 1. cap. 5. num. 45. & ſeq. & Schultz. de diuiſ. feud. c. 3. n. 81.*

k *Bald. in prælud. feud. num. 55. Aluarot. ibid. in 2. diuiſ. Ruin. conſil. 69. nu. 19. lib. 3. Zaſius in epit. feud. p. 2. nu. 4. & 5. & par. 5. nu. 68. in fin.*

l *Georg. Adam. per ea quæ notantur in cap. 1. quis dicatur Dux el ſecondo, d. loco nu. 6.*

m *Andr. de Iſern. in c. 1. §. ſi verò contingerit nu. 50. de pace iuram. firmanda.*

n *Conſ. feud. vid. in c. 1. §. cæteri quis dicatur Dux el ſecondo.*

o *Conſ. feud. vid. in c. vnico, & toto tit. qui pares dicantur.*

p *Vſ. feud. vid. in cit. c. 1. quis dicatur Dux el ſecondo.*

r *Afflict. deciſ. 293. nu. 2. & in dec. 265. num. 103. & in deciſ. 295. n. 5. Reg. de Pont. conſil. 12. num. 41. lib. 1.*

Digitized by Google

A ſemper ad illã recurrendũ eſt, vt feudũ quod antè conſtitutum eſt, cognoſcamus, vt in *Conſ. feud.* legitur *ſ*. Nàm per ipſam inueſtituram feudum conſtituitur, & feudi conſtituendi vnicus modus ipſa dicitur, vt in iure feudali *Iaſon. & alij* probarunt *t*.

Etenim cùm an feudum nobile, vel ignobile ſit, dubitamus, ſi ab efficienti cauſa ſiuè à concedente feudum nobile dici, cùm ſcilicèt concedens voluntatem, & poteſtatem quãdo in feudum dat nobilitãdi habet, vt ſuprà diximus, ſiuè dicamus quotiès ex feudo merum, & miſtum Imperium transfertur totiès feudum nobile dici, ſecundum ſententiam *Tiraquelli v*, quorum vtrumque verum nullo B magis expreſsiùs, quàm in ipſa inueſtitura videri poteſt, cùm in ipſa inueſtitura feudi concedentis poteſtas, voluntas, atque Imperij, ſiuè iuriſdictionis translatio (quando in conceſsione fuerit) legantur.

Cùm ergò à minoribus valuaſoribus, ſcilicèt de tertio ordine in feudum datur, tunc ignobile feudum nobilitatem non transfundens in poſsidentem dicendum eſt, vt *Laud. & alij* explicant *x*.

Iſti autem, qui à minoribus Valuaſoribus in feudum recipiunt minimi Valuaſores, ſeù plebei quarti, & vltimi ordinis vaſſallorum dicuntur, & quidem ignobiles, vt *Georg. Adamus*, ex *Ottone Friſingenſi* affirmat *z*.

C Nobilitas autem cùm à perſona, non à re dicatur, quia ſcilicèt quid rationabile ſiuè animæ rationali, ipſa nobilitas eſt, quod in rebus minimè quidem adinuenitur, non bené dixiſſe *Caſtrenſem* ſupracitatum eruitur feudum nobile cognoſci, à qualitate, & quantitatę præſtationũ ſeruitiorũ feudi, ſicuti nec illi alij approbãdi ſunt, qui feudũ nobile à ſubditorum numero repetunt, cuius opinionis fuerunt, *Andr. de Iſern.* & *Afflict.* ſupracit. ob eam rationem, quia ſcilicèt ſubditorum numerus nobilitare nequit, verùm, & concedens tantùm cùm poteſtatem, & voluntatem nobilitandi habet, vt ſuprà diximus; Quod autem dicit *Tiraquell.* feudum nobile dici, cùm merum, & miſtum Imperium vnaſimul cùm feudo conceditur, vltrò concedimus, D cùm quando dicamus feudum cùm iuriſdictione meri, & miſti Imperij conceſſum, intelligamus ab habente poteſtatem, & voluntatem concedendi talem iuriſdictionem cum feudo, ſicque ab efficienti cauſa, ſiuè à concedente feudum nobile ex eo, quod meri, & miſti Imperij iuriſdictio cum illo conceſſa eſt repetamus.

Ab efficienti autẽ cauſa, ideſt à concedente, ſiuè ab inueſtituræ cauſa feudũ nobile dicẽdũ eruimur, ad inueſtiturã autẽ cùm dubitatur an feudũ nobile ſit, ſcilicèt conceſsũ ab habente poteſtatẽ, & nobilitandi voluntatẽ, ſẽper recurrendũ eſſe fateor, vt ſuprà diximus ſcilicèt ad inueſtiturã, per quam feudum conſtituitur, & in ſuo eſſe ſeruatur, mediante Principe, vel alia cauſa efficiente, vt in vſibus feu-

*ſ* *Conſ. feud. vid. in c. 1. de duob. fratrib. Decius conſ. 193. num. 1. Curt. Senior. conſ. 50. col. 23. Soccin. iun. conſ. 251. col. 3. Tiraquell. in leg. ſi vnquam, n. 8. Cod. de reuoc. donat.*

*t* *Iaſ in prælud. feud. n. 12. verſ. item inueſtitura Curt. p. 2. q. 4. n. 14. Zaſ. p. 6. n. 5. 6. & 24. Afflict. deciſ. 529. n. 3. Paris conſ. 23. n. 5. vol. 1. Burſat. conſ. 127. nu. 9. vol. 2. Menoch. conſ. 1. nu. 23. vol. 1.*

*v* *Tiraquell. in tract. de nobilit. lib. 2. iunctis Molin. §. 9. gloſ. 3. nu. 3. Guid. Pap. dec 385. quemadmodum, & alij ex loci conſuetudine feudum nobile tradendum eſſe dicunt quiquidem fuerunt, Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Iſer. & Afflict. in d. c. 1. quis dicatur Dux, dicentes ex ſubditorum numero, & ex qualitate, & quantitate præſtationum feudi, feudum nobile dici, dixit Caſtrenſ. conſ. 461. nu. 5. vol. 5. & ex ſeruitij nobilitate, ego tamen vt ſup. probaui à cauſa efficienti, ſiuè à concedentis voluntate, & nobilitandi poteſtate, an feudum nobile ſit repetendum eſſe arbitror.*

*x* *Laud. in c. 1. n. 55. de his qui feud. dar. poſſ. Bald. in prælud. f. n. 55. Ruin. conſ. 69. nu. 19. lib. 3. Andr. de Iſer. in c. 1. §. ſi verò contigerit num. 50. de pac. iuram. firmanda, Tiraq. de nobil. cap. 7. nu. 5. Præp. in prælud. feud. diuiſ. 2. Aluarot. 2. diuiſ. Iaſon. diuiſ. 10. eamq. cõmunẽ dicit eſſe Rebuf. diuiſ. 3.*

*z* *Otto Friſingenſ. de geſt. frid. 1. lib. 2. c. 12. Georg. Adam. ibid. quò ſup. cit. d. cap. 3. Aphoriſm. 5. num. 6. & 7.*

dorum legitur, & *DD.* fatentur *a*. A

Feudum autem nobile non ſolùm ab Imperatore, Monarcha, Rege, vel alio Principe ſupremo, verùm etiã à ſubordinato, ſiuè inferiore Principe, mediante Principis ſupremi poteſtate repeti cùm poſsit, licet minus nobile, cùm ab inferiore Principe conceditur, dicendum pronunciamus; indè intelligas *DD.* *b* dicentes ab Imperatore, Monarcha, Rege, vel alio Principe ſupremo feuda nobilia immediatè deſcendere, mediatè autem à Principe ſubordinato; nàm Imperator, Monarcha, Rex, vel alius ſupremus Princeps, quod per ſemetipſos facere poſſunt, per alios quoque idem agere non prohibentur, vt ex *Arg. Imp.* reſcripti patet *c*, cùm ſcilicèt poteſtatem in alium transferunt, ſicquè mediatè dicatur feudum nobile conceſsum etiam cum meri, & miſti Imperij communicatione, ſecundam dicta *Tiraquelli* ſupracitati, cùm poſsit Princeps alteri ad feudum nobile cõcedendum delegare, etiam cum meri, & miſti Imperij translatione, dùm eo caſu, etiam à primaria Principis poteſtate ipſum iuriſdictionis Imperium, licet mediatè exhauriri tanquam à fonte videtur, ſcilicèt à Principe, à quo, & apud quem omnis iuriſdictio, & Imperium fluit, & eſt, vt *I.C.* inquit *d*. B

Minùs nobile exindè feudum, quod à Principe inferiore, ſiuè à ſecundo poteſtatis gradu conceditur, dicimus, vt puta à Principe, Duce, Marchione, Comite, vel alijs Regis ſiuè Regni Capitaneis, cuius quidẽ feudi feudatarius Regis, ſiuè maior valuaſor (ſiuè ſecũdi vaſſallorũ gradus, vt ſup.) dicatur, per ea quæ in vſibus feudorum expreſsè legimus *e*, quod quidem etſi, quod minus nobile ſit, adhuc perſonam nobilitat, cùm nobilitatem, & dignitatem in valuaſorem transfundat, licet non regalẽ, ſed tamẽ minorem, ex argumento eorum, quæ per *I. C.* habemus, qui minus enim nobilis dicitur, nobilis eſt, in minoritatis gradu habito reſpectù ad maius nobile, vt ex his, quæ *I. C.* reſpondit, ferre eſt *f*, cùm dignitas ab inferioribus quoque Principibus conferri poſsit, vt *Bartolus* affirmat *h*, licet non regalis, vt *Ruinus* exponit *i*, nàm qui Villæ, vel Caſtro præfectus eſt, dignitatem habere dicitur, vt *Bald.* probat, feudum tamen illud non regale dicendum *Io: Andr.* rectè fatetur k, quod feudũ etiã alienari prohibitũ eſt, quid quid in Galliç Regno contrariũ obſeruari *Boer.* referat *l*. C

Quod autem maiores valuaſores minoribus in feudum concedunt, illud aliquale nobile dicatur, ipſi verò, qui ab eis feudum accipiunt minores valuaſores (ſiuè tertij vaſſallorum gradus, vt ſup. dicuntur) à minimis, ſiuè plebeis (quos quarti vaſſallorum gradus ſup. eſſe diximus) qui- D

dem

a *Vſ. feud. vid. in c. 1. per quos fiat inueſtit. DD. ſunt Iſern. in d. cap. 1. §. perſona Alex. conſ. 30. nu. 19. vol. 1. Dec. conſ. 7. num. 51. Guid. Pap. ſing. 476. verſ. in feudum, & dec. Grationop. 385. Luc. à Penn. in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. col. 2. verſ. 4. Andr. in cap. 1. col. 2. verſ. item propter dignitatem, & in cap. 1. §. ille tamen col. 3. verſ. ſed ſi Rex de contr. feud. apud Pares.*

b *DD. ſunt Iacob. d. verb. in feu. diuiſ. 2. Rebuff. diuiſ. 2. Iaſ. in præl ud. feud. n. 76. Menoch. conſ. 302. nu. 9. vol. 1. Ferrar. in 1. feud. 6. Duaren. c. 4. nu. 8. Criuell. deciſ. doland. 32. Ant. Fab. in ſuo C. tit. 12. eod. pag. 193. col. 1. def. 17. n. 6.*

c *Imp. vid. in leg. neq; C. de hæred. inſt. iũct. l. ſi minorib. PP. de verb. obl. & ex tit. PP. & C. de procuratoribus.*

d *I.C. vid. in l. non eſt ſingulis PP. de reg. iur. Bald. in cap. quæ in Eccleſ. in fin. de conſtitut. Gratian. in conſ. 9. nu. 151. lib. 1. Crau. conſ. 241. nu. 15. DD. com. in l. Imp. PP. de iuriſd. omnium iudic.*

e *Vſ. feud. vid. in c. 1. quis dicatur Dux el ſecondo, & in pluriès citat. c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. Iſernia in c. ſi inter dominum, §. non eſt in fin de alien. feud.*

f *I. C. vid. in l. final. PP. de fundo inſtructo, & in l. vbi autem de verb. obligat.*

h *Bart. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12.*

i *Ruin. conſ. 69. num. 19. lib. 3.*

k *Bald. in c. 1. §. 1. n. 2. quis dicatur Dux, Io: Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de præſcript. iunctis Bon. de Curt. in tract. de nobilit. 3. in par. n. 201. & Iacob. de Franch. in feud. vſ. præl ud. q. 2. n. 22.*

l *Boer. in conſ. Bitur. §. 2. de conſ feud.*

Digitized by Google

A dem diſcriminantes, vt *Obertus de Orto* exponit, etiã ſi cõcedatur à fœminis, vt in *Vſ. feud.* legitur *m*. Iſtam autem vltimam feudi nobilis diuiſionem, ut communiter approbatam *Iacobut. de Franchis* refert *n*.

Quod autem diximus feudum nobile dici, quod à Capitaneis, vel Valſoribus habetur, intelligas, ſi antiquitùs ab iſtis feudum quis teneat, cùm aliter plebeium feudum nouiter conceſſum dicatur, vt in *Vſ. feud.* expreſsè legitur *o*, vbi (*Cæteri verò qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet nouiter à Capitaneis, ſeu à Valuaſoribus acquiſierint, plebei nihilominus ſunt*) quod ex ea ratione

B comprobatur, quia nobilitas ſtatim non acquiritur, vt *Bald.* probat *p*, hinc eſt feudum antiquum, cùm à Capitaneis, ſiuè à Valuaſoribus conceditur, nobile dicendum, vt ſup. diximus, & ex cit. *Bald. Præpoſitus, & Tiraquell.* adſtipulantur *q*.

24 (Feudum, vt quodã maſculinũ aliud verò fęmineum ſit, efficienti cauſæ attribuitur.)

Rursùs efficienti cauſæ, vt quodam feudum maſculinum, aliud fęmininum ſit adiudicamus, quod tamen reſpectù accipientis intelligimus, vt in vſibus feudorum compertum experitur *r*.

C Maſculinum feudum, quod maſculus primùm acquiſiuit, dicendum exponimus: fęmininum autem, quod à fęmina primum in feudum receptum eſt, intelligimus, vt *Curtius, & alij* adſtipulantur *ſ*. Sicque differentiam iſtam à perſonis, quæ primitùs feudum quæſiuere aſſumimus, vt feudiſta innuit *t*.

25 (Feudum maternũ, ac fęmineũ idem eſſe, latè interpretatur, atq; probatur.)

Maternum quoque ipſum feudum fęmininum appellari cõſuetum eſt, vt in *Vſ. feud.* legitur *v*, nec contra huius loquendi conſuetudinis modũ ex, *D. Reg. Io: Franc. de Ponte* inſurgas *z*, dicendo, feudum fęmininum à materno diferre, eo quia feudum fęmineum dicendum non ſit, quod à fęmina acquiratur, ſed illud in quo, vt fęminę ſuccedant ex pacto ſtipulatur, nàm ex eo Reſpondetur, male ipſum Regentem, ſalua illius pace dixiſſe, feudum fęmineum ex pacto, quod fęminæ ſuccedere poſsint cognoſci, cùm feu-

D dum,

m *Obert. de Ort. vid. in c. vnico de his qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. de nat. feu. vbi etiã cõcluditur ruſticũ feu. dar. poſſ. ſi ſuorũ bonorũ adminiſtrationem habeat vbi Andr. de Iſer. poſt n. 2. Afflict. in Conſtit. Conſtit. Diu. Mem. in 5. not. poſt n. 35. Bald. in cap. 1. §. Marchiæ de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. §. nouit per quos fiat inueſt. Iacob. in ſuo tract. de feu. ver. in feud. in 8. diuiſ. Io: Rayn. in 7. diuiſ. Iaſ. in 10. diuiſ. Petr. Iacob. in tit. de cauſ. in quib. domin. &c. in 5. diuiſ. Curt. in 2. p. q. 4. etiã à fęminis, Vſ. feud. vid. in cap. 1. §. fęmina per quos fiat inueſt. Hotom. diſput. feud. 13. in fine Vveſenbec. de feud. c. 4. nu. 5. Sonsbec. p. 6. n. 17. Mozz de his qui feud. dar. poſſ. n. 25. Schrad. p. 4. c. 1. n. 59.*

n *Iacobut. de Franch. ibid. ſup cit. n. 25.*

o *Vſ. feud. vid. in c. 1. §. cæteris quis dicatur Dux el ſecondo.*

p *Bald. in prælud. feud. num. 155.*

q *C. f. vid. in d. c. 1. §. cæteri vbi Bald. cit. & Præpoſit. col. 2. ver. iuſſit, et ex eo Tiraq. de nobilit. cap. 7. n. 7.*

r *Vſ. feud. vid. in cap. 1. de feud. fęminæ, & in cap. 1. de nat. ſuc. & in §. hoc autem de his qui feu. dar. poſſ.*

ſ *Curt. iun. p. 3. in princ. n. 1. Zaſ. p. 8. n. 39. verſ. ſecundo fallit, Vvſenbech. c. 2. de feud. nu. 5. Soccin. Sen. in l. Gallus, §. nunc, n. 5 in fin. PP. de lib. & poſth. Hartman. piſtor. 2. q. 34. n. 13 & 21. Duaren. c. 10. n. 4. Alciat. conſ. 161. nu. 12. Pariſ. conſ. 23. nu. 30. vol. 1. Curt. iun. conſ. 181. nu. 12. Menoch. conſ. 65. n. 59. n. 1. & conſ. 148. n. 10. vol. 2. & conſ. 331. n. 1. vol. 4. eamque communem feudiſtarum, atque DD. opinionem reſpondit, Natt. conſ. 600. n. 26. vol. 3 idemque dicunt, Rip. lib. 1. de leg. c. 1. n. 74. in Theſ. com. opin. lit. F. Villabb. n. 15. Soarez nu. 65. ac cit. Menoch. d. conſ. 331. n. 2. Roſenthal. in ſynopſ. iur. feud. c. 2. concluſ. 6. & ſeq. Georg. Schultzen. in ſynopſ. iur. feu. c. 3. n. 42. & Georg. Adam. in ſyntagm iur. feu. c. 4. Aphoriſm. 17. poſt Vult. 1. feu. c. 8. n. 4. & ſeq.*

t *Feudiſta vid. in d. cap. 1. de feud. fęmin.*

v *Vſ. feud. vid. in c. 1. an maritus ſucced. vx. & in c. 1. quemadmodum feudum ad filiam pertineat, Iacob. in tract. de feud. verſ. in 5. diuiſ. Zaſ p. 3. nu. 2. verſ. eſt præterea Menoch. d. conſ. 148. nu. 11.*

z *Reg. Io: Franc. de Ponte in tit. de his qui feud. &c lect. 9. num. 36.*

Digitized by Google

dum, quod à maſculo acquiritur, & ſi fęminæ ex pacto ſuccedant, non ex hoc fęmineum dicatur, verùntamen maſculinum, ſicque feudum fęmineum tantùm dicendum euenit, cùm ſcilicèt à fęmina acquiritur, in quo non quidem ex pacto, verùm ob eiuſdem feudi naturam, cùm à fęmina quæſitum fuerit fęminę ſuccedant, & ſic naturam à cauſa efficienti, quodammodo recipere videtur, vt ex *Oberto de Orto* dicere eſt *b*. A

Similitèr nec *Baldi* argumentum obſtare videtur, nàm vt voluit *Thom. de Marin. c*, *Baldum* loquutum fuiſſe de feudo maſculino, quod conuentione intèr Dominum, & fidelem, præter feudi naturam in fęminam tranſire pactum fuerit, non verò de illo feudo, quod per ſe ſimplicitèr, cũ à maſculo quæſitum veniat nullo pacto innouatum, maſculi tantum non etiam fęminæ ſuccedere admittuntur, neque ſimilitèr de illo feudo, quod per ſe primo de fęmina quæſitum eſt, cuius ſucceſsio ad fęminas quoquè prorogatur, atque ipſæ admittuntur, quod quidem, à feudo maſculino, ſiuè à maſculis quæſito, & ſi in ipſo ex conuẽtione fęminę admittantur, quàm maximè diſcriminatur, neque fęmininum ex illo pacto dicendum, cùm optimè maſculinum illo pacto non obſtante videatur, vt ex *Gerhardo Capagiſto* iure inducere fas eſt, & ex *Oberto de Orto* probatum dilucidè patet *d*, vbi ipſe *Obertus* feudum fęmininum à feudo cùm admiſsione fęminarum in ſucceſſione ex pacto diſtinguit, cúm dixerit (*Proles etiam fęminini ſexus, vel ex fęmineo ſexù deſcendens ad huiuſmodi ſucceſsionem aſpirare non poteſt, niſi eius conditionis ſit feudum, vel eo pacto acquiſitum.*) Cùm autem ad fęminam ex pacto feudum, quod à maſculo quæſitum fuit, maſculis deficientibus peruenit, tunc fęmininum efficitur, quia videtur quodammodò per fęminam ſucceſſione acquiri, vt *Afflict. & alij* atteſtantur *e*, nàm videtur quodammodò, ſicuti per inueſtituram, ità & per ſucceſsionem feudum per fęminam acquiri, dùm, & per inueſtituram, & per ſucceſſionem feudum acquiri poſſe videtur, non tamen propriè feudum fęmineum in tali casù appellabitur, dùm à primo eorum origine feuda propriè appellanda ſunt, vt *Hartman. Piſt.* inquit *f*, & in feudis origo ſemper ſpectanda eſt, vt feudiſta loquitur *g*, quemadmodum, nec propriè maſculinum dicendum feudum fęmineum eſt, cùm ad maſculos deueniret, vt cit. *Marin.* probat *h*, quod limitabis ſi fęmina cùm ſuccedere haberet in feudo maſculino, eo pacto recepto, vt fęminæ maſculorum defectù admitterentur à feudi domino inueſtituram peteret, atque obtineret, quia eo casù propriè feudum fęmininum dicendum eſſet, quia illius inueſtituræ vigor inſpiciendus eſſet, & ideò propriè fęmininum appellandum, vt *Soccinus, & alij* interpetrantur *i*. B C D 26

Vtrùm (autem feudum fęmininum, uel maſculinum, cùm una ſimùl

b *Obert. de Ort. vid. in d. c. vnico de feud. fęm. Schultzen. ibid. quo ſuprà cit. n. 46.*

c *Bald. in c. 1. in princ. de eo qui ſibi, vel hæredibus ſuis, Thom. de Marin. de feud. tit. 11. num. 12.*

d *Gerhard. Capagiſt. vid. in c. 1. de nat. ſucc. feud. Obert. de Ort. vid. in cap. 1. de ſucceſſ. fratrum, &c.*

e *Afflict. in c. 1. in 3. not. in fin. de nat. ſucc. feud. Marin. d. tit. 11. n. 13. & 14. Menoch. d. conſ. 331. n. 3. & 4.*

f *Hartman. Piſt. d. qu. 34. nu. 13.*

g *Feudiſt. vid. in cap. 1. de eo qui ſibi, vel hæred. ſuis.*

h *Marin. d. tit. 11. n. 12.*

i *Soccin. ſen. in d. §. nũc n. 5. Ancharan. conſil. 339. num. 6. & 7. Curt. iun. d. conſ. 181. num. 2. Roland. à vall. conſ. 76. nu. 10. vol. 3. Gratian. conſ. 110. n. 26. et 27. vol. 1. Purpur. conſil. 325. num. 11. Menoch. d. conſ. 331. num. 5.*

(Feudum in dubio maſculinũ preſumendum cùm de feudi natura fęminę in feudis ob earum ſexus fragilitatem non ſuccedant.)

Digitized by Google

A vna ſimùl cùm otigine, ſcilicèt an maſculus, vel fęmina illud acquiſierit ambigitur, in dubio, cùm alitèr rei dubiæ veritatis oſtentio haberi nõ poteſt, in ambiguis feudũ maſculinũ præſumendũ eſſe dicas, vt in *Conſ. feud.* habetur k, quia in dubio fęminis in feudum datum fuiſſe non præſumitur ob ſexus fragilitatem, vt *I. C.* exemplificat *l*: Vndè neque ad feudi ſucceſsionem de feudi natura admittuntur, & ſi in dubio fuerimus, cùm non niſi de illis nominatim pactum fuerit admittantur, per ea quæ *Gerhardus Capagiſtus* ſcribit. Quod pactũ nominatim conceptũ, maſculis non extantibus, vt fęminæ admictantur, locum habebit, B nàm fęminis maſculi præferendi ſunt *m*. Fęmina namque mobilis, atque inconſtantis ſexus cùm ſit, non debet feudum, quod in fidei conſtantia, ſiuè cuſtodia cõſiſtit, ei concedi, fęmina enim inconſtans, & imbellis, cùm ſit, Dominũ quia defendere nequibit, ideò in feudum dari fęminis facilè indulgendum non eſt, & cùm ipſis datum in feudum eſt maſculis, qui nobilioris conſtantis, atque omni naturæ iure præferẽdi etiã ratione ſexus, veniũt, pręferẽdæ nõ sũt eis fęminę, idcircò maſculos tali in caſu fęminis antecellẽdos eſſe iuris ſẽtẽtia eſt, vt in *Cõſ. feu.* notatur *n*. Maſculis autẽ deficiẽtibus fęminas admittẽdas eſſe etiã in feudis dignitatũ, ſi de eis, vt ſuccedãt inſ. pactũ eſt, C vltrò cõcedimus, vt *Alciat.* adſtipulatur *o*, proùt regale eſt, in quo maſculis extãtibus, nec omnes admittũtur, verũ, & primogeniti tãtũ; Circà feudũ autẽ pro maſculis, & fęminis ſpeciali pacto cõceſsũ aduertendũ eſt, in vnius fratris portione ipſius filiã prçferri alteri fratri, licet ſuſceptũ videatur primo prò maſculis, poſteà verò prò fęminis, vt ex *Paulo de Caſtro*, & alijs opinãdũ eſt *p*. Tãdẽ cur ad feudũ maſculinũ, vt fęminæ quoque admittũtur ex pacto acceptũ maſculis extantibus fęminas ſ. ius non admittat, ea ratio videtur, quia cùm feudum à maſculo acquiſitum ſit, idcircò præſumendum eſt ipſum primum acquirentem primo maſculos vocaſſe, deindè fęminas, ſcilicet in maſculorum de-

D fectũ

k *Conſ. feud. vid. in c. vnico, §. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. finali in quib. cauſis feu. amittatur, cap. 1. §. & ſi clientulus de alien. feud. Cęphalus conſ. 172. nu. 17. & ſeq. Roſenthal. poſt alios in ſynopſ. feu. c. 2. concl. 8. n. 2 Georg. Schultzen. d. c. 3. n. 43.*

l *I. C. vid. in l. fęminæ 2. PP. de reg. iur.*

m *Gerhard. Capag. vid. in cap. 1. §. hoc autem notandũ de his qui feud. dar. poſſ. & in cap. 1. §. filia verò de ſucceſſ. feu. Romanus conſ. 1. nu. 1. quod intelligas maſculis non eſtantibus, vt idem Obertus ait in cap. 1. §. quin etiam, Epiſcopum, vel Abbatem, iuncto Gerhard. Capagiſt. in c. 1. de feud. fęm. Iaſ. in verſ. & fęminis, Petrus de Ferrar. in ſua pract. in forma libelli 3. in diuiſ. nàm ſi aliquis pro ſe feudum receperit, maſculis, & fęminis eſtãtibus fęminæ excluduntur; vt in d. cap. 1. §. 1. Epiſcopum, vel Abb. Alex. conſ. 9. in 5. vol. Albericus Brunus conſ. 65. ſuper caſu, cùm ſẽper maſculinum genus præferẽdum ſit, Decius in d. l. fęminę de reg. iur. nu. 55. & in conſ. 139. circà fin. & in conſil. 193. indè mulier concurrens in officio cùm maſculo cũ in ipſa fęmina officiũ fundatũ non fuerit maſculus præferendus eſt, vt tradit Rota in dec. 422. relata ab eodẽ Decio in d. l. fęminæ, n. 47. Cũ mulier deterioris conditionis ſit, nec filios in poteſtate habere dicitur §. cæteri elem. iur. de hæredum qualitate, & diff. §. fęminæ elem. iur. de adoptionibus, l. mulier PP. de adoptionibus indè filio pupillariter ſubſtituere nequit, l. 2. in princ. PP. de vulg. & pupill. l. ſi mater, vbi gloſ. final. eod. tit. de vulg. & pupillari, ſicuti nec filio tutorem dare poteſt, §. permiſſum de elem. iur. de tutelis, l. pater in princ. PP. de teſtamentario tutore Decius ibid. quò ſup. cit. vſq; ad n. 52. quẽ intelligas vt ibidẽ n. 48 dixit, & ideò mulierẽ deterioris cõditionis quã virũ eſſe patet, quia tenetur maritum lugere, cùm ab hac vita diſceſſerit ob nobilitatem maſculini ſexus, l. 1. & 2. C. de ſecundis nuptijs, ſicque quia meliorem ſuæ conditioni amiſit lugere tenetur, quod ſecus eſt in viro, cùm eius vxor vitam cùm morte mutauerit, nàm quia nobilior vir vxore eſt, idcircò lugere non tenetur, dũm nihil, reſpectũ ſuæ conditionis habito, æſtimabile amiſit, l. vxores PP. de his qui notantur infamia.*

n *Conſ. feud. vid. in cap. 1. §. hoc autem notand. de his qui feud. dar. poſſ.*

o *Alciat conſ. 4. num. 43. lib. 4.*

p *Paul. de Caſtr. in conſ. 300. poſt princ. vol. 2. Curt. iun. in tract. de feud in 3. p. q. 1. in princ. Balzaran. lib. 2. de feud. tit. de eo qui ſibi, vel hæredib. ſuis, ad tex. num. 15.*

Digitized by Google

ſectù, & hoc ex ea ratione, quàm Philoſophi in naturali actione tradunt, nempè omne ſimile ſuum ſimile appetere, ſicqne feudum cùm à maſculo quæſitum fuerit, primo ſimilẽ ſuum appetiſse, ſiuè vocaſſe acquirentem, præſumẽdum erit, deindè verò fęminas, quæ quidem in tali feudo non ex rei natura, verùm ex pacto admittendę veniunt, ſicquè in maſculorum defectu ſuccedant. A

Cùm autem fęmina primum inueſtita fuerit, omnes deſcendentes, & maſculi, & fęminæ in feudi ſucceſsione admittuntur, ſexus tamen ex eo, quod maſculi in omnibus, fęminis præferendæ ſint, prærogatiua, ſeruata, omnes tamen deſcendentes vocati cenſentur, quia agnationis ius, quippè quod à fęminis non propagatur, vt *Imper. Iuſtinianus* edocet, hìc non attenditur, vt *Hartman. Piſtor.* exponit *q*. B

*q Iuſtinian. vid. in* §. 1. *elem. iur. de legitima agnator. tutela lib. 1. Hartman. Piſtor. q. 34. nu. 13. iuncto Vurmſer. tract. de feud. improp. claſ. 3. ſec. 3. n. 36. quẽ recenſet, & ſequitur Georg. Adam. d. cap. 4. Aphoriſm. 17. num. 1.*

Rursùs (cùm Dominus fęminam primùm de feudo inueſtiuerit, ſeruitia illi remiſiſſe videtur; non igitur poteſt fęminis deſcendentibus (maſculis nempè deficientibus) inueſtituram denegare, vt *Hartman. Piſtor.* cit. probat *r*, indè feudum iſtud, quod contrà communis ſucceſsionis feudi naturam, atque regulam ad fęminas peruenit, inter feuda impropria annumerandum eſt, per ea quæ *Vulteius* poſt alios exponit *ſ*. Reſpectù autem concedentis ſecus eſt, nàm ſiuè ſit maſculus, ſiuè fęmina, nullam inducimus differentiam, & idcircò exindè, hæc diuiſio non deducenda eſt, vt *Roſenthal.*, & *Piſtor.* affirmãt *t*, licet in largiori ſignificatione feudum fęmineum, etiam in quo ex pacto fęminæ ſuccedũt quidam interpetrentur, de quibus apud *Georg. Adam.* videre eſt *v*. Multum tamen intereſse inter feudum, quod mulier habuerit, ac quod mulier ex pacto habuit, dicimus, nàm primum verè fęmineum dicitur, ſecundùm verò, nec muliebre, nec fęmineum eſt, nàm non omnia feuda, quæ mulier habuit, muliebria ſiuè fęminea ſunt, vt *Hattylerius* probat *x*, dicens fęmineo opponi illud, quod propriè paternum appellatur, ex *Cuiacÿ* lectione *z*. 27 (Dominus, feudum fęminæ concedẽs, ſeruitia remiſiſſe, videtur.) C

*r Hartman. Piſtor. d. loco num. 28.*

*ſ Vulteius lib. 1. de feu. cap. 8. n. 83.*

*t Roſenthal. c. 7. concl. 38. nu. 15. Hartm. Piſt. d. num. 28.*

*v Georg. Adam. d. c. 3. Aphoriſm. 17. num. 3.*

*x Hattyl. in analyſ. iur. feud. cap. 2. litt. E. fol. mihi 23.*

*z Cuiac. f. 1. tit. 15. Hattyl. ibid. quò ſuprà cit.*

Ex his (auem duabus feudi ſpeciebus quidam tertiam inducunt, feudum ſcilicèt quod ipſi mixtum appellant, cuius ſcilicèt, & maſculus, & fęmina primùm acquirentes fuere, ſiuè de quo maſculus, & fęmina ſimùl primùm inueſtiti ſunt, putà maritus, & vxor, vt *Georg. Schultzen.* diſplicat *a*, quod quidem, & ſi concedendum eſſe *Schultzen.*, & *Carpzou.* negauerint, *Georg.* tamen *Adamus* reſpectù diuerſæ illius feudi qualitatis, propter diuerſas perſonas, quibus conceditur in vno, eodemq; feudo initio concurrente non inconcinne mixtum dici poſſe ex *Piſtorio* autumatur *b*, licet accuratiùs loquendo idemmet *Adamus*, nihil aliud illud eſſe dicat, quàm feudum maſculo, & fęminæ ſimùl in vna re prò indiuiſo conſtitutũ, q̃ tamẽ poſteà, cũ diuerſos ſucceſſores acquirẽtes relinquant, diuiditur, 28 (Feudum mixtũ ex maſculino, & fęmineo feudis cõpoſitũ explicatur.) D

*a Georg. Schultzen. cap. 3. n. 47. iũcto Carpzou. de feud. Theſ. 4. Georg. Adam. ibid. quò ſup. cit. num. 4.*

*b Piſtor. d. num. 28.*

Digitized by Google

A dicitur, exempli gratia ſi maritus, & vxor de eod. feudo inueſtituti fuerint, & poſtea ſi relinquant filium, à marito genitum ex alia vxore, & filiam ex marito, & hac vxore, quæ ſimùl eſt inueſtita, ſucceſsio ità ordinata eſt, nempè filius à marito deſcendens, excludit, ſecundum feudi maſculini naturam, in parte mariti filiam, ab eodem deſcendentem. Filia verò à matre deſcendens, in parte matris viciſſim filium excludit, adeoque in eius parte ſuccedere non poterit, vt in *extraordinarijs feudorum capitulis* legitur *c*. Cùm autem filius, & filia ex eiſdem nuptijs deſcendant, maſculus in feudo vniuerſo ſuccedat *d. cap. extraord.* Sin verò filia ſola extet ex dictis nuptijs, nullo ex eis, vel alijs B nuptijs maſculo ſuperſtite, tùnc matris pars ad filiam venit, ſecundum naturam feudi fœminei; pars verò patris, quia eius reſpectù eſt feudum maſculinum, in quo fœmina ſuccedere nequit, ad Dominum, eiuſue hæredem reuertitur, vt ex dictis capitulis, *Io: Niell.* ſectatur *d*, cùm tandem non relicto hærede quiſquam ex inueſtitis decedat, tùnc defuncti pars ad Dominum venit, licet fortè poſteà in ſequenti connubio liberi generentur, vt ex *extraord. capit. Adam.* probat *e*.

Feudum autem hoc mixtum, ex eo quod in feudorum diuiſionibus tertia ſpecies admittenda non ſit, nec vllo textù authentico ipſa diuiſio probatur, illam, *Dominicus Arum.* C non admiſit, de quo videndus *Schultzen.* dictum *Arum.* recenſens, & aſſequens *f*, cuius dictis, ſcilicèt non eſſe dictam tertiam ſpeciem admittendam, equidem adſtipulor: verum, & feudo maſculino dictum feudum, ità acceptum, referendum eſſe, cùm dicto *Arum.* cenſeo, nec feuda alia hoc ſenſu admitto, niſi maſculinum, vel fœmininum, quidquid alij in contrarium dixerint.

28 (Feudum nouum, & vetus ab efficienti cauſa quoque dependere, & vtrum ipſum feudum vetus in antiquum, & paternum diuidi rectè poſſit.)

Quod feudum (præterea aliud nouum, aliud vetus ſit, ab efficienti cauſa quoque repetimus, vt ex traditis in vſibus feudorum patet *g*.

Vetus autem feudum ipſum ſicuti antiquum eſt, ità paternũ dicitur vt ex *Conſ. feud.* erudimur *h*. Deſcribitur autem vetus feudum in genere, quod illud ſit, cuius cauſam, quis D non à ſe ipſo habet, ſed ab alio, qui primum feudum acquiſiuit, ſeù quod ab alio primitùs acquiſitum, Vaſſallus tamen per ſucceſsionem poſſidet, ſiuè in illum delatum eſt, vt per ea quæ in *vſ. feud.* leguntur atteſtari fas eſt *i*.

Rursùs ipſum feudum vetus quidam in paternum, & antiquum ſubdiuidunt, cùm paternũ eſſe dicant, quod ab aliquo aſcẽdentium, vſque ad quartum gradum incluſiuè acquiſitum eſt, ex argumento eorum, quæ in *Conſ. feud.* notantur k; antiquum verò, quod & auitum dicitur, vel pro aui-

L

c *Extraord. capit. vid. in cap. vnico tit. caſ. quibus fœm. in feudum ſuccedit lib. 2. tit. 104.*

d *Io: Niell. diſp. feud. 1. tom. 7. lit. A. verſ eſt, & tertia ſpecies, quem refert, & ſequitur, Io: Zabell exercit feud. 2. tom. 5. lit. D. verſ. eſt, & tertia ſpecies iunctis, Schultzen. ibid. quò ſuprà cit. & Adam. vbi ſuprà.*

e *Extraord. capit. tit. 75. lib. 2. f. Adam. ibid. quò ſupra cit. in fin.*

f *Dominic. Arum. poſt alios diſp. feud. 2. to. 11. Schultz. d. loc.*

g *Vſ. feud. vid. in c. 1. in princ. per quos fiat inueſtit. in cap. 2. verſic. de veteri, qui teſtes ſint neceſſarij in cap. 1. & tot. tit. de inueſtit. veteris, & noui feudi, Iaſ. in lect. feud. n. 85. Eberhard. iun. cõſ. 45. num. 21. vol. 1. ſicardus cõſ. 5. feud. num. 9.*

h *Conſ. feud. vid in c. 1. § 2. ſi de inueſt. feud. controuerſ. fuerit, in c. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud. in cap. 1. §. 2. de fratrib. de nouo benefic. inueſtitis in cap. 1. de inueſtit. in maritum facta, in c. 1. per quos fiat inueſt in cap. 1. de vaſſall. decrepitæ ætat. in cap. 1. ſi de feud. defuncti in princ. in c. 1. de feud. fœm. in cap. 1. qui teſtes ſint neceſſ. in cap. 1 de alienat. pater feudi in cap. 1. an agnat. vel fil. defunct. in c. 1. an apud Iudicem, vel Curiam Domini, in cap. 1. de nat. ſucceſſ. feud. in cap. 1. §. 2. ſi de feud. vaſſall. ab aliq. interpel. fuerit, & in extr. tit. 77. 83. 91. & 93. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concluſ. 9. & ſeq. Vult. 1. de feu. c. 8. n. 6.*

i *Vſ. feud. vid. in cap. vnico verſ. de veteri autem benefic. qui teſtes ſunt neceſſarij, Vult. 1. de feud. cap 8. n. 6. Obrecht in tract. feu. 8. lib. 1. c. 5. n. 56. Schultzen. in ſynopſ feud. cap. 3. num. 50.*

k *Conſ feud. vid. in cap. 1. §. final. & ibi DD. & præcipuè Bald. de ſucceſſ. feud. Ill. Reg. Galeota reſp. fiſcal. 3. num. 23. poſt Manticam lib. 23. de tac. tit. 3. num. 72.*

Digitized by Google

auitum, quod ab aliquo aſcedentium vſque ad quartum gradum acquiſitum eſt, & hoc quoque per ea, quæ, & in *Conſ.feud.* leguntur *l*. A

Quorum quidem diſtinctio, qua feudum antiquum, feudo paterno tanquam diſparatam ſpeciem opponunt, haud quidem iure admittenda videtur, nam, & ſi feudum paternũ ab antiquo communitèr diſtinguant, malè faciũt, cũ nihil re ipſa differant, nàm iure nouo paternum cum antiquo feudo idem eſt, & in illo non minus in infinitum, quã in hoc iure longobardorum ſuccedatur *m*, & qui hac ratione vtuntur, quod vltrà quartum gradum feudum paterni dici nequeant, id tantum paternum appellari exiſtimãt, quod à patre, vel auo profectum eſt, quia ſcilicèt patris appellatione vltrà patrem ſolus auus intelligendus ſit, ex *I. C.* dictis *n*. Magis tamen placet, paternum quodcumque à parentibus feudum, ſiuè à ſuperioribus, ſiuè inferioribus deſcendat, dicendũ eſſe, vt in *vſ.feud.* apertè legitur, & *I. C.* conſonat *o*. Cùm patres prò parentibus accipiat, quemadmodum in ius vocandi edicto parentes in infinitum appellantur, vt *I. C.* loquitur, & ſimilitèr in legatis præſtandis, vt *I. C.* reſpondit *p*, vndè, & feudum paternum, & antiquum promiſcuè vſurpari probatum euenit in infinitis propè iuris feudalis locis *q*, vbi feudiſta paternum feudum vocat, quod illius parentis fuit, qui eius agnationis communis fuit, ſicuti, & idem *feudiſta* alijs in locis conſonat *r*; Vbi feudum paternum peribetur, quod à quocumque ſuperioris gradu quæſitum eſt, vt & *Iulius Clarus, & alij* adſtipulantur *ſ*.

30 (Feudum vetus, q in paternũ; & antiquũ diuidi poſſit, ex Authoris ſẽtentia reijcitur, ſicq; interpretatur D. R. Galeot. in reſponſ. fiſc. 3. nu, 23. cum feudum vetus ſubdiuidi, vt ſup. poſſe dixerit, reſpectù agnatorũ loquutum fuiſſe.) B C

Reiecta (igitur opinione illa, qua feudum vetus in antiquum & paternum ſubdiuiditur, antiquum ſcilicèt, quod à ſuperioribus extra aſcẽdentium quartum gradum quæſitum eſt, paternum verò, quod infrà quartum gradum ex ſuperioribus ad nos pertinet, & ſi illam opinionem atteſtati fuerint, *Baldus, & alij t*, & eadem etiã, & ſi peritiſsimus *Ill. Dom. Reg. Galeota*, quodammodo approbare videatur *v*, nihilò tamen minus illum refutare non audeo, verùntamen illũ loquutũ fuiſſe intelligo, quoad agnatos, ſcilicèt agnatorum reſpectù feudum antiquum dici non poſſe, niſi quæſitum ſit vltrà quartum gradum, vt ex eiuſdem periti Domini Reg. dictis patet.

31 (Feudi veteris appellatione feudum, quod à fœmina acquiſitum in ſucceſſores peruenit latiori vocis vſu comprehẽdi.) D

Feudi autem (veteris, ſeù antiqui appellatione etiam feudũ, quod à fœmina acquiſitum in ſucceſſores peruenit, latiori vo-

l *Conſ. feu. vid. in cap. vnico, §. hoc autem 1. verſ. hoc ideò de ſucceſſ. feu. Schmeid. in epit. feu. par. 1. num. 63.*

m *Iuſ. Longobard. vid. in c. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dar. poſſ. & in c. 1. de ſucceſſ. feu.*

n *I. C. vid. in l. iuſta 201. PP. de verb ſignif.*

o *Vſ. feud. vid. in c. 1. de nat. ſucceſſ. feu. I. C. vid. in l. patri PP. ad l. Iuliam de adulterijs.*

p *I. C. 1. vid. in l. 4. §. parentem PP. de in ius vocand. in leg. 1. §. generaliter PP. de leg. præſtandis, Hattyler. in analyſ. iur. feud. d. c. 4. lit. K. f. mihi 25. Georg. Adam in ſyntagm. iur. feu. cap. 3. aphoriſm. 2. verſ. 1.*

q *I. feud. vid. in c. vnico §. cum autem ſi de inueſtit. feud. controu fuerit c. vnico de contentione inter me, & Dominum in c. vnico, §. vltimo de feud. Marchiæ, vel Ducatus in cap. vnico de vaſſallo decrepitæ ætatis in c. vnico de inueſt. in maritum facta in cap. vnico, qui teſtes sũt neceſſarij in cap. vnico an apud Iudicem, vel Curiæ Dominum, & in cap. vnico, verſ. quod ità intelligẽdum de ſucceſſ. frat.*

r *Feudiſta vid. in c. vnico verſ. paternum de ſucceſſ. frat.*

ſ *Iul. Clar. receptarum ſententiarum lib. 4. §. feudum, q. 8. nu. 1. Roſenthal. in ſynopſ. iur. feud. cap. 2. concluſ. 10. num. 2. & concluſ. ſeq. Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. n. 12. Obrecht. in tract. de feud. lib. 1. cap. 5. num. 51. & ſeq. Schultzen. d. c. 3. n. 54.*

t *Bald. in cap. 1. §. 1. de ſucceſſ feud. in fine, Aluarot. not 5. & in prælud. diuiſ. 6. ac Bald. idem diuiſ. 6. Borchol. de feud c. 4 n. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 771 num. 13. Alex. conſ. 30 num. 15. Bald. conſ. 367 num. 14. vol. 1. Curt. iun. conſ. 49. num. 3. Dec. conſ. 117. nu. 9. vol. 3. Iaſ. in vſ. feud. num. 82. idem Dec. conſ. 208. verſ. ſed tamen prædictis, Alex. conſ. 26. verſ. & per prædicta patet, vol. 5. Roland. à valle conſ. 36. vol. 3. Iacobut. de Franch. in prælud feud. q. 2. num. 78. Mantica de tacit. lib. 23. tit. 3. num. 72.*

v *Reg. Galeot. d. reſp. fiſcal. 3. num. 23.*

Digitized by Google

32 (Feudum vetus in rectilineũ, & Collaterale diuidi exponitur.) vocis vſu compræhendi ex *Conſ. feud.* patet *x*.

Ex (*Georg. Schultzen.* autem dicas, dicta diuiſione, de qua ſup. reiecta, ipſum feudum vetus in rectilineum, & Collaterale rectè ſubdiuidi *z*.

Et quidem (rectilineum in paternum, atque maternum etiã ſubdiuidi, vt in citatis *Conſ. feud.* locis habetur.

33 (Rectilineũ diuiditur in paternũ ꝙ à patre cęteriſq; aſcẽdẽtibus maſculis queſitum eſt, & maternũ quod matri cæteriſque aſcendentibus fœminis cõceſſum eſt.) Paternum, quod à patre, vel vlterioris gradus, maſculo aſcẽdente primo acquirente, ad liberos ſucceſsionis iure transfunditur, eſſe dicunt, per ea quæ in *Conſ. feud.* habetur *a*.

Quod autem aliquando à matre, vel etiã ab auia, & vlteriori gradu in linea aſcendenti fęminina acquiſitum eſt, maternum in ſpecie vocandum euenit, cùm ſcilicèt ad liberos iure ſucceſsionis peruenit, quod quidẽ à paterno ſtrictius ſumpto, ideſt à patre, auo cæteriſque ſuperioribus maſculis acquiſito diſtinguitur, vt ex *Conſ. feud.* notandum eſt *b*. Diſtinguitur autem à paterno feudo, nàm quemadmodum paternum feudum illud dici animaduertimus, quod à ſuperioribus ex paterna, ſiuè maſculina linea quæſitum eſt, iſtud verò quod maternum, ſiuè fęmininum antiquum eſt, à ſuperioribus fęminis deſcendit, atque ex fęminis aſcendentibus ad liberos ſucceſsionis iure peruenit, vt ex ſuprà traditis liquet.

34 (Collaterale feudũ, quod nãm ſit, & an feudũ antiquũ, vel nouũ dicatur.) Collaterale (ſiuè extraneum antiquum feudum eſt, quod ex pacto inueſtituræ, adiecto à primo acquirente, ad eius cognatos ex latere coniunctos migratum eſt, vt ex *Feudiſta* patet *c*, quod quidem inter feuda noua quoſdam annumeraſſe legitur, de quibus videre eſt, *Io: Zabell. d*, quod ex eo controuertitur, ſcilicèt nouum dici non poſſe, cùm initium ab ipſo fratre, eiuſuè filio, fratri ſuccedente non habeat, verùm primi acquirentis, ſcilicèt fratris prædefuncti beneficio acquiratur, vndè rectè vetus dicendum erit, cùm vetus feudum ſit, quod per ſucceſſionem ad nos peruenit, ſiuè delatũ eſt, quæ quidem ſucceſſio, vel ordinario modo ſit, quo deſcẽdetes à primo acquirente ſuccedunt, quo reſpectù feudum vetus dicitur paternum, vt ex *Oberto de Orto* animaduertitur *e*, vel extraordinario modo, ſcilicèt præter naturam feudi ex ſingulari pacto, quo frater fratri, qui primùm acquiſiuit, ſuccedit, vt ex *Gerhardo* habemus *f*, prout quoque in Regno noſtro compertum habemus, vt ſcilicèt frater fratri ſuccedat in feudo nouiter empto, & ſi receptum ſit cùm clauſula pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore deſcendentibus, nàm filijs non eſtantibus, fratres fratri, dicta clauſula non obſtante, in feudo nouiter empto ſuccedant, vt ex *Regis noſtri gratia* largitum eſt *g*: dixi in feudo empto, cùm in feudo quod à Rege cùm tali clauſula donatur, fratres non admittantur, vt in dicta gratia legitur, & infrà latè de hoc agendum, cùm de feudorum ſucceſſione peragamus.

Feudum autem illud Collaterale, ſiuè extraneum, quod ve-

x *Conſ. feu. vid. in cap. vnico, §. cum verò Cõradus de his qui feu. etc. in cap. vnico an maritus ſuccedat vxori, Georg. Adam. in d. cap. 3. d. num. 1. in fine.*

z *Schultzen. ibid. quò ſup. n. 55. & 56.*

a *Conſ. feud. vid. in c. 1. ver. & ſi ipſa an maritus ſuccedat vxori, in cap. vnico ver. quòd itá intelligẽdum de ſucceſſ. fratris in c. vnico, verſ. paternum de nat. ſucceſ. feud. & in cap. ſatis bene de probib. feud. alien. per lotharium.*

b *Conſ. feu. vid. in cap. vnico, verſ. & ſi ipſa an maritus ſuccedat uxori Georg. Schultzen. d. c. 3. num. 58.*

c *Feudiſta uid. in c. 1. §. cum verò de his qui feud. dar. poſſ. cap. unico, §. final. de feud. March. & in c. unico de duob. fratr. à cap. inueſt.*

d *Io: Zabell. exercit. feud. 2. theſ. 5. lit. F.*

e *Obert. de Ort. uid. in c. 1. de nat. ſucceſſ. feud.*

f *Gerhard. uid. in c. 1. de feud. Marchia in uerſ. ut unus alij ſuccedat per pactum, & probatur per ea quæ Ill. D. Reg. Galeot. ſcribit reſp. fiſc. 4. ubi latè qualiter feudũ, quod Collateralibus aperitur nouum dicendum ſit explicat.*

g *Regis gratia uid. in Pragm. 18. de feud.*

tus dicendum eſſe arbitrati fuimus, idque, vt in ſpecie etiã nomine à paterno diſtingueretur fraternum, *Ioannes Thomas Marinis* vocauit *h*, ex *Roſenthali* cit. tamen hanc ſententiam, ſcilicèt quod fraternum feudum vetus dicatur limitandam eſſe *Zoeſius* dixit *i*, niſi ipſe alter frater feudum acquiſierit, vna ea pacti conditione, vt fratre ſine hærede defunɛto ad ſe pertineret, tùnc quia iure ſui contractus, id conſequi videretur in eius perſona feudum nouum dicendum erit, vt ex *Gerhardo Capagiſto* erudimur k. A

35 (Feudum nouũ quoque quid ſit exponitur.)

Nouum (autem feudum, quod à progenitoribus acquiſitum non fuit, verùm illud eſt, quod à poſsidente initium habet, atque vaſſallus ipſe primùm poſſeſſor, vel noua inueſtitura, vel præſcriptione feudum acquiſiuit, vt ex *Vſ. feud.* iure exponere fas eſt *l*. Vndè cùm filius de feudo inueſtitur, vſque quò ex eius perſona vulteriùs ſucceſsione propagatum non ſit, feudum nouum dicatur, reſpectù verò agnatorum, qui ex corpore primi acquirentis non ſunt, feudum nouum dicatur, & ſi vulterius ex primo acquirente ſucceſsione extendatur, vt *Feudiſta* exponit *m*, & ità intelligas *Peritiſsimam Dominum Regentem Galeotam*, cùm dixerit, reſpectù agnatorum feudũ, quod acquiritur intrà quartum gradum nouum dici, ex eo ſcilicèt, quia agnati ex corpore acquirentis non deſcendant, ſicque eorum reſpectù nouum dicendum eſſe rectè ſectatus fuit *n*. B C

36 (Feudum nouum à veteri in quibus cõueniat, in quibus verò differat.)

Varia (autem diſcrimina inter feudum nouum, & vetus cõſtitutionis ratio ſtatuit, quorum præcipuum illud eſt ex iure quidem longobardorũ cautũ, vt in feudo nouo tantũ deſcendentes ſuccedant, vt *Feudiſta* ait *o*, excluſis ſcilicèt Collateralibus (niſi feudum hoc modo receptum ſit, vt feudatario, ſiuè fideli abſque liberis mortuo, ad fratrem perueniat, quod quidem ſiuè ex pacto, ſiuè ex ſtatuto, vel Domini gratia habeatur locum habet, vt in Regno noſtro eſt, de quo infrà dicẽdũ cũ de ſucceſsione peragamus) quod ſecùs in antiquo, vel paterno eſt, cùm in illo etiam Collaterales admittantur ſuccedere. Cùm primi inueſtiti, atque acquirentis feudum deſcendentes defecerint, vt D

ex

h *Io: Thom. de Marin. de feud. tit. 12. iuncto Roſenthal: Collaterale appellate in ſynop. iur. feud. cap. 2. concluſ. 12. Schultzen. d. c. 3. n. 59. atq; extraneum, Bocer. denominauit in tract. de feud. diſtrib. c. 5. n. 85.*

i *Roſenthal. d. loco in fin. Henric. Zoeſius de iur. feud. cap. 2. nu. 9.*

k *Gerhard. Capagiſt. vid. in cap. 1. de benefic. fratris, &c. Io: Thom. de Marin. d. loc à n. 21. vſq; ad n. 16. quem receſſet, & ſequitur Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. aphoriſm. 2. nu. 3. in fin.*

l *Vſ feud. vid. in c. 1. §. finali de ſucceſſ. feud. c. 1. de fratribus de nouo beneficio inueſtitis, c. 1. verſ nouam inueſtiturã, qui teſtes ſunt neceſſarij in c. vnico §. ſi quis per triginta ſt de feud. defuncti controuerſ. fuerit inter Dominum, & agnatum, Oltrad. conſ. 178. n. 2. Aluarot. in c. 1. §. 1. nu. 2. de gradib. ſucceſſ. in feud. & in c. 1. in princ. de duob. fratrib. à cap inueſtitis, Iacob. de S. Georgio in tract. de feud. in verſic. feudum in 6. diuiſ. Odofred. qui poſſunt ſucced. in feud. n. 49. Socc. conſ. 66. nu. 1. & 12. 3. vol. Curt. conſ. 50. in 3. dub. & conſ. ſeq. Aluarot in pral feu. diuiſ. 7. Rebuf. diuiſ. 4. Sonsbec. p. 3. n. 2. Curt. iun. q. 8. n. 6. Duaren. c. 4. de feu. n. 10. Vueſenbec. de f. c. 2. n. 6. Borchol: d. f. c. 4. n. 2. Mozz. de diuiſ. feud. n. 51. Maſcard. de probat. concluſ. 771. in fin. vol. 2. Iul. Clar. lib. 4. ſent. q. 7. §. feud. Hartm. Piſtor. 2. q. 4. n. 2. Oltrad. conſ. 31. verſ. 2. probatur, Roland à valle conſ. 60. Herm. Vult. de feud. lib. 1. de feud. c. 8. n. 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 3. n. 73. Iac. de Franch. in prælud. feud. q. 2. n. 92. Roſenthal. in ſynop. feud. c. v. concl. 8. n. 2. Georg. Schultzen. d. c. 3. n. 49. Sueuus exercit feud. 2. aſſert. 4. & Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 3. aphoriſm. 2.*

m *Feudiſta vid. in c. vnico, §. his verò deficientibus de ſucceſſ. fratris, Vult. d. c. 8. nu. 7. Schultzen. d. cap. 3. num. 49. in fine.*

n *Ill Dom. Reg Galeot. reſp. fiſcal. 3. num. 23. & ſeq.*

o *Feudiſta vid. in c. 1. §. 2 de his qui feud. dar. poſſ.*

Digitized by Google

A ex *Conſ.feud.* habemus *p*.

Nonnullas autem quæſtiones, quæ quotidiè apud DD. aulam feruntur, hìc ad cognoſcendum certis in caſibus, an feudum antiquum ſit vel nouum, agitare neceſſe eſt; Et quidem.

37 (Feudum nouum quando à mortuis reſurgere dicatur.)

Primò (qualitèr feudum nouum, quod à mortuis reſurgit, ſiuè extinctũ vitã adipiſcatur exponẽdũ eſt, circà quod *Baldum* adeundum eſſe arbitor *q*, circà illud autem, quod ex hoc controuertitur, quale ſcilicèt feudum ſit, ſi culpa remittatur, ad quod dicas, vt hanc quæſtionem decidere mihi facilè ſit diſtinguendum eſſe puto, primò, aut enim
B Dominus expreſsè nouum conſtituit feudum, cùm feloniam remittit, ſcilicèt cùm reuerſa corporalis feudi poſſeſſio ad Dominum eſſet, & ſine dubio, pro feudo nouo habendum erit, dummodò tamen feloniam vaſſallum commiſiſſe legitimis documentis exprobatum ſit, vt ex argumento I.C. reſponſi patet *r*, ſecundò, vel non vtitur iure ſuo Dominus, ſed vaſſallum, ſiuè agnatum feudum poſſidere permittat, & obueniente caſu per inueſtituræ renouationem ius amiſſum vaſſalli reintegret, & tunc feudum antiquum dici, atque primam qualitatem retinere certum eſt, quemadmodum idem eſt, ſi Dominus ſimplicitèr culpam vaſſallo remiſerit, nec vaſſallum à iure ſuo cecidiſſe
C dicatur, nec feudum vetus amiſſum, ſiuè qualitatem, quàm anteà retinebat amperdere videbitur; nec in nouum tranſeat, verùm antiquum feudum remanebit, vt ex argumento eorum, quæ in *Conſ.feud.* habentur, probatum eſt *ſ*.

Rem autem hanc circà, ex ode *Georg. Adami*, citati neque diſtinctiones *Andr. de Iſern.* aliorumque adhibendas exiſtimamus, inter feudum ipſo iure, & per ſententiam priuatiuam amiſſum *t*, ità quod primò remiſſa caducitate nouum feudum dicendum ſit, ſecundò verò ſcilicèt ſi poſt latam condemnatoriam ſententiam fellonia remittatur itidem nouum ſit, cùm autem ante ſententiam culpa remittatur, feudi antiqui qualitatem dimittere non dicatur,
D quod ideò dicto *Georg. Adam.* & quidem benè non placet, nàm vt ipſe dicit (feloniam commiſſam fuiſſe, vt probetur, ſemper opus eſſe ſententia ſaltem declaratoria, vt ſuo loco docebitur; ſi igitur antè latam hanc ſententiam remittat culpam, non conſtituitur feudum nouum, cùm non fuerit perfectè amiſſum; ſin verò poſt latam ſententiam ſequatur remiſsio, ipſa contraria Domini iàm remittentis culpam voluntas elidit iſtam ſententiam, & per indè

p *Conſ. feud. vid. in c. vnico de benefic. fratris c. vnico de de nat. ſucc. feud. Schneid. de feud. p. 1. nu. 65. Vueſenbec. de feu. c. 2. n. 7. Obrecht. in tract. feud. lib. 1. c. 5. n. 57. & ſeq. & n. 66. & ſeq. vbi tria alia vtriuſque feudi veteris, atque noui ſingularia recenſet, Sueuus exercit. feud. 2. aſſert. 5. quidquid contrarium de iur. ſaxonico, niſi fuerint Collaterales ſimultaneæ inueſtiti dicat, Schultzen d. cap. 3. nu. 59. in fin.*

q *Bald. in l. 1. nu. 11. de rerum diuiſ. & in c. 1. n. 18. de allodijſ. iunctis Afflict. in c. 1. §. ſi contingerit, n. 1. de pace iuramento firmanda, & Zaſ. conſ. 13. num. 13. lib. 1.*

r *I.C. vid. in l. ab emptione PP. de pact. & not. Gloſ. in l. Peculiũ, §. ſi ere alieno PP. de peculio, & ità ſectantur, Bald. in d. l. 1. n. 11. de rer. diuiſ. & in c. 1. § inſuper nu. 8. de prohib. feud. alienat. per Frid. Matthæus de Afflict. in c. vnico de uaſſallo decrepitæ ætat. nu. 8 & 9. Riminald. Sen. cõſ. 96. n. 3. et 4. Roſenthal c. 2. concluſ. 18. in fin. Georg. Adam. d. cap. 3. aphoriſm. 2. n. 4. Franc. Card. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 23. tit. 3. Georg. Schultzen. in ſynop. feud. c. 2. num. 67. Obrecht. poſt alios in tract. feu. lib. 1. cap. 5. n. 78. et ſeq. quẽ refert, et ſequitur cit. Schultzen. ibid. nàm ſi lis deuolutionis feud. inter Dominum, et fidelem tranſactione finiretur antiquum feudum remaneret tanto magis ſi in tranſactione fuerit clauſula illa appoſita, nempè, feudi natura in aliquo non mutata, ut Dom. Reg. Reuert. d. R.C. 562. n. 2 teſtatur. ubi, Dom Reg. de Marin. ibid. in obſ. num. 2.*

ſ *Conſ. feud. uid. in c. 1. de uaſſallo decrepitæ ætatis in fin. Tiraquell. qui alios plures referrt in l. ſi unquam in uerbo reuertatur, n. 10. de reuocan. donat. Paul. à Montellico præm. feud. n. 111. Georg. Adam. ibid. quò ſup. cit. d. n. 4. Card. Mantic. ſupra cit d. n. 75.*

t *Andr. de Iſern. Io: Ant. de S. Georg. Matth. de Afflict. in c. 1. de uaſſall. decrepit. ætat. Schrad. de feu. p. 2. c. 3. n. 43. Iac. de Frans. pral. 1. q. 2. n. 88. et alij de quib. ipsũ Adam. ibid. quò ſup. cit. uid.*

Digitized by Google

dè habetur, ac ſi commiſſam culpam non attendiſſet Dominus: Cùm animaduerſio culpæ, eiuſque remiſsio à Domini voluntate, adhibito quibuſdam caſibus conſensu agnatorum dependeat.) A

Cùm autem Princeps, vel feudi Dominus poſteà quàm ob culpam, ſiuè feloniam feudum ad Dominum deuolutum eſt, iterùm vaſſallũ inueſtiat, & in inueſtitura dicat reſtituimus tibi feudum, & de nouo concedimus, an feudum antiquum, vel nouum dicendum ſit dubitatio inſurgit, ad quam rem dicas, quod, & ſi cùm dictum verbum reſtituimus perpendamus, antiquum dicendum eſſe ſequatur, ex argumento eorum, quæ per I. C. & *Imperatorem* traduntur *v*, cumque autem illa verba, de nouo concedimus, inſpiciamus certum eſt de feudo nouo Dominum inueſtire vaſſallum voluiſſe intelligendum eſt, vt in *Conſ. feud.* notantur *x*, tamen *Andreas* noſter *de Iſernia*, ità rectè reſpondit *z*, in tali caſu, primò deberi mentem Principis, ſiuè concedentis inſpici, quæ ex præcedentibus, & ſubſequentibus colligi poteſt, & cùm de certo concedentis voto non appareat, nouum præſumendum erit, per illa verba, de nouo concedimus, quando dicto verbo, reſtituimus, ſubſequantur, ſicquè poſteriora prioribus derogent, per ea quæ I. C. ratiocinauit, & *Imperator* reſcripſit *a*. B

38 (Feudum nouũ dicitur quãdo Dominus de feudo paterno filiũ inueſtiuit, qui ab hereditate paterna ſe abſtinuit, conſentiẽtibus ſcilicet agnatis.)

Feudum (nouum dicendum illo in caſu quoque dicimus, ſi Dominus de feudo inueſtiat filium, ſe abſtinentem ab hereditate patris conſentientibus agnatis, ut *Aluarot.* exponit *b*, nàm filius non poteſt haberi vt ſucceſſor in feudo paterno, cùm non ſit ſimùl hæres allodialis, ſecundùm ea quæ iura feudalia longobardica requirunt, licet contrarium ex eiſdem iuribus in agnato ſit, cùm agnatus ſecundùm dicta iura poſſit vniuerſam hæreditatem allodialem repudiare, & feudum ſi paternum fuerit retinere, vt in *Conſ. feud.* legitur *c*, vbi (*ſi contingerit vaſſallum ſine omni prole decedere agnatus ad quem vniuerſa hæreditas pertinet, repudiata hæreditate feudum ſi paternum fuerit retinere poterit; nec de debito hæreditario aliquid feudi nomine ſoluere cogitur, ſed in fructibus ſi quo reliquit, vt de eis debitum ſoluatur, quo tempore deceſſerit, ſecundùm quod ſupra diximus, conſiderabitur; vbi verò filium reliquit, ipſe non poteſt hæreditatem, ſine beneficio repudiare, ſed aut vtrumque retineat, aut vtrumque repudiet, quo repudiato ad agnatos ſi paternum ſit pertinebit, & licet alterum ſine altero retinere non poſſit: Agnatis tamen conſentientibus poterit Dominus eum, ſi voluerit, quaſi de nouo beneficio inueſtire: quo facto licebit ei repudiata hæreditate feudum tenere, nullo onere ei hæreditario imminente*) ità quod agnatos, propter conſenſum præſtitum à feudo, vt potè nouiter quæſito excludendos eſſe communitèr DD. interpretrentur *d*, & licet *Aluarotus ſupracitat.* Agnatos non excludendos eſſe arbitretur, ſi eorum cõſenſu ſimpli- C D

*v I. C. & in leg. quod ſi minor, l. 1. de minor. & Imper. in l. 1. in l cum indulgẽtia, & in l. vlt. Cod. ſententiam paſſis, & reſtit.*

*x Conſ feud. vid. in c. 1. de eo qui fecit ſin. agn. &c.*

*z And. de Iſer. in c. 1. de vaſſall. decrepit. ætat.*

*a I. C. vid. in l. licet, §. Diuus PP. de iur. Codicillor. Imp. vid. in l. pacta nouiſsima, Cod. de pact. Curt. Senior. conſ. 49. nu. 70. verſ. & pro hoc bene facit, & apertius in nu. 86. in fin. & 87. quem recẽſet, & ſequitur, Card. Manic. ibid. quò ſup. cit. n. 75. in fin. quod ſecus eſt ſi abſuerint in dicta cõceſſione verba illa, de nouo concedimus, puta ſi Dominus poſt Feudatarij delictũ, ob quod ad ipſum feudum deuoluendum eſt ipſe eidem vaſſallo feudum reſtituit antiquum remanebit feudum, D. R. Reuert. deciſ. R. C. 562. vbi poſt alios quos ibi allegat. vt ſunt And. de Georg. alleg. 8. n. 11. & Camill. de la Ratha in ſuo theat. feu. tom. 2. p. 11. diſp. 92. nu. 17. idẽ ſeq. D. Reg. de Marin. in obſ. n. 2. in fin.*

b *Aluarot. in cap. vnico an agnatus, vel filius defuncti, n. 7.*

c *Conſ. feud. vid. in c. 1. an agnatus, vel filius defuncti.*

d *DD. ſunt Andr. de Iſern. in d. c. vnico an agnatus, &c. nu. 6. Matthæus de Afflict. ibid. num. 35. Roſenthal. in ſynopſ. c. 1. concluſ. 17. num. 6.*

pli-

Digitized by Google

A pliciter filius, & non expreſsè tanquam de nouo feudo inueſtitus fuerit, illius tamen opinionem amplectendam, haud cenſeo, quia filius non poteſt alio modo feudum retinere, vt dixi, quàm tanquam nouum. Hinc agnatis conſentientibus filium inueſtiri, eò ipſo quo conſentiunt in feudi noui inueſtituram, ſe ipſos indè à ſucceſſione excludunt, ſecundùm tradita per cit. *Matth. de Afflict.* nec pro eiuſdem *Aluaroti* probanda ſententia, quod in *Conſ. feud.* habetur facit *e*, ex quibus tali pacto argumentari euenit, ſicuti ob factam refutationem, vt in cit. *Conſ.* feudum nouum non efficitur, ità etiam cùm filius repudiat, B & ità quando quis feudum refutat, id verò rurſus accipiat, veteris feudi qualitates retinebit, nàm reſpondetur, diuerſam eſſe huiuſmodi refutationis à præſenti caſu rationem, vt *Georg. Adam.* probauit *f*. Agnatos autem proſpicere ſibi poſſe idem *Adamus* dixit, reſeruando ſcilicèt ſibi expreſſo pacto qualitatem antiqui feudi vna ſimùl cū ſucceſſione, nàm eo caſu, & ſi reſpectù filij, ratione nouæ inueſtituræ feudum nouum dicendùm ſit, reſpectù verò agnatorum vetus feudum appellandum, ex *Matthæo de Afflict.* & *Roſenthale g* euenit.

C Quod autem diximus, filium cogi, vel à beneficio vna cùm patris hæreditate ſe abſtinere, vel, & hæreditatem, & beneficium recipere, ità quod nequeat beneficium retinere, patris hæreditate non continuata, ſicquè cogatur eſſe patris hæres, vt feudum obtinere poſsit; intelligas ſi feudū fuerit hæreditarium, quod non niſi cū qualitate hæreditaria trāſmitti poteſt etiā in filios, vt *Præſ. de Franch.* exponit *h*, ſecus ſi ſit ex pacto, & prouidentia: filius tamen quamuis cogatur eſſe patris hæres, feudum paternum per eum alienatum, agnato excluſo, ſi in hæreditate nihil eſt in fructu, poterit vindicare, vt ex *d. Conſuet. feud.* & alijs nonnullis DD. *Præſ. de Franch.* atteſtatur *h*, cùm autem filius in Burgenſaticis, & feudalibus hæres patris erit, tunc pro rata bonorum, tùm Burgenſaticorum, tùm etiam feudalium, in æris alieni ſolutione contribuat ſecundùm ea quæ, idē *Præſ. de Franch.* ex *Capycio* refert *i*.

D 39 (Feudum antiquum dicitur ſi Dominus, ità nouum feudum concedat, vt antiqui naturam habeat.)

Feudum vetus (ſiuè antiquum illud quoque dicimus, cùm Dominus alicui feudum nouum ità concedat, vt iure feudi antiqui illud poſſideat, quod quidem, & ſi ratione originis, & cauſæ nouum eſſe non deſinat, ſucceſsionis tamen, & iuris effectus antiqui feudi rationem aſſumere videtur; ex quo fit, vt Dominus citrà illius præiudicium feudo, quod pro arbitrio de nouo concedit, ſpeciali pacto inueſtituræ addito, ius, qualitatem, & effectum, quem verū feudū antiquum habet, inueſtitura tribuere poſsit, ex eo, quod ſemper ex inueſtituræ tenore feudum exiſtimari debere dicimus, imò & ipſa feudi conſtitutio, atq; natura ab inueſtitura vna ſimùl cū feudi cōditione dependere adſtipulamur, vt in *Cōſ. feu.* legitur *k*. Et indè quoque

e *Conſ. feud. vid. in c. 1. de eo qui fin. fec. ang.*

f *Georg. Adam. d. c. 3. aphoriſm. 2. n. 5. in fin. qui Aluaroti ſententiā recenſet, & reprobat.*

g *Matth. de Afflict. in d. c. vnico an agnatus, &c. nu. 41. & 42. Roſenthal. d. c. 1. concl. 17. n. 6. in not. lit. G.*

h *Præſ. de Franch. dec. 1. num. 22.*

h *C. f. in d. c. 1. an agn. etc. Præſ. de Franc poſt. alios quos ipſe cit. d. dec 1. nu. 28.*

i *Capyc. deciſ. Neap. 198. Præſ. de Franch. d. dec. 1. nu. 24. vbi latè Addētes. Vnde eſt, quod primogenitus teneatur contribuere in ſoluendo ære alieno teſtatoris pro quantitate liquidanda, etiā pro rata bonorum feudaliū, vt ſcribit D. Reg. Rou. ſup. Prag 4. de f. nu. 67. primogenitus, ideſt qui ſolus de iure Franc in feud. ſuccedere admittitur, idem Rou. ſup. Prag. 11. de feud. num. 3.*

k *Conſ. feud. vid. in c. 1. de duobus fratrib. etc. in cap. vnico de feudo non haben. prop. nat. Iul. Clar. § feudum, q. 8. nu. 2. Vulteius lib. de feud. c. 8. n. 13. Obrecht. in tract. feud. lib. 1. c. 5. nu. 73. & ſeq. Rueing. contr. iur. feud lib. 1. c. 26. Georg. Adam. d. c. 3. aphoriſm. 3. num. 1. Georg. Schultzen. d. c. 3. n. 62. Sueuus exercit. feud. 2. aſſert. 5.*

que-

Digitized by Google

que ex eo dicimus, quod feudi antiqui iura, & effectus aſſumere feudum, tali pacto conceptum, videatur, & ex illa clauſula feudum ad agnatos non minus tranſire, ac ſi verè feudum antiquum, ſiuè paternum eſſet, vt *Bald. & alij* adſtipulantur *l*, ad quod autem feudum ità concipiẽdum, nec agnatorum conſenſum requiri, nàm ex ſolius Domini arbitraria voluntate dependet, cùm ipſi agnati nullum ius in feudo nouo habeant, vt ex *Gaillo*, & alijs probatum euenit *m*; Quando autem feudum ab Epiſcopo, tanquam antiquum conceſſum, in fraudem Eccleſiæ conceſſum intelligendum ſit, latè *Mantica* adeundus eſt *n*. A

Feudum autem iſtud nouum, iure antiqui conceſſum, quia ex pacto quodammodo antiquum illud videtur, idcircò ab illo, quod ſua natura antiquum eſt, differat, indè eſt, quod ſua natura antiquum, nec Domino conſentiente alienari poſſit, vt in *Conſ. feud.* habetur *o*, quod verò pacto antiquum dicitur, conſentiente Domino alienari poterit, cùm illa qualitas antiqui ex Domini, & vaſſalli pacto feudo addita ſit, ſicquè eorundem paciſcentium contraria voluntate tolli poterit, cùm nihil tàm naturale ſit, quàm vt actus per eas cauſas, quibus conſtitutus fuit, per eaſdem diſſoluatur, vt I. C. animaduertit *p*, & eo demùm agnatis ius in hoc feudo ex tali pacto quæratur, vſque ſcilicèt quo contrahentes in volũtate perſeuerauerint, vt *Iul. Clar. & alij* conſonant *q*. B

Vtrũ autem vice verſa quemadmodũ feudum nouũ iure antiqui cõcedi poteſt, & antiqui naturã aſſumit, feudũ antiquũ iure feudi noui, cùm conceditur, natura feudi noui aſſumat? ad quod communis feudiſtarum ſententia reſpondit, quod vel feudum agnatis conſentientibus tali pacto concedatur, & tùnc tùm reſpectu agnatorum, tùm etiam Domini, & Vaſſalli feudum nouum dicendum eſſe ſectantur, cùm verò agnati non conſentiant, & tùnc reſpectù paciſcentium, ſcilicèt Domini, & Vaſſalli noui qualitatem acquirat, reſpectù verò agnatorum ius, naturam, & feudi antiqui effectum retineat, vt *Iul. Clar. & alij* vno voto approbant *r*. C

Cuius autem ſententiæ ratio ea videtur, quia agnatis in feudum antiquum ſuccedere primi acquirentis beneficio competit, & ideò nequeunt ipſis inuitis hoc ſuccedendi iure, cùm feudum antiquum, feudum nouum, efficeretur, expoliari, vt *Obrechtus* poſt alios probat *ſ*. D

Indè

l *Bald. in cap. 1. §. hoc quoque ſi de feud. controuerſ. fuer. in Dom. & agnat. & in cap. 1. an agnat. vel fil. & c. & in c. 1. in princ. n. 2. de alienat. feud. pater. Andr. de Iſern. in c. 1. de cõtrou. apud. Par. terminan. Aluarot. in c. 1. de vaſſall. decrepitæ ætat. Alex. conſ. 30. n. 7. lib. 1. & conſ. 45. & conſ. 1. n. 27. lib. 5. quàm communem dixerunt eſſe, Afflict. in c. 1. nu. 7. de vaſſall. decrepit. ætat. & in c. 1. nu. 56. & 58. de alien. feud. pater. Ruin. in cõſ. 14. n. 5. lib. 1. Tiraquel. poſt alios per ipſum alleg. de retract. lign. 32. gloſ. 1. n. 37. & ſeq. Iul Clar. d. q. 8. & latè poſt nonnullorum relationem Vulteius d. n 13. Obrecht. d. loco, Ruding. d. loco, Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 3. n. 77. Gaill. 2. obſeru. 50. n. 3. Ant. Theſaur dec. 146. Iacob. de Franch. in vſ. feu. prælud. qu. 2. nu. 96. & alij quos allegat Adam. ibid. quò ſup. cit.*

m *Gaill. d. obſeru. 50. Mynſing. 4. obſeru. 84. & 6. obſeru. 18. Roſenthal. d. c. 2. concluſ. 13. Paul. à Monte Pico in proœm. feud nu. 127 et ſeq. & alij, vbi ſuprà cit. quos Adam. allegat.*

n *Mantic. d. lib. 23. tit. 3. nu. 78. 79. 80. 81. & 82. iuncto Iacobut. de Frãc. d. loc. dicẽs nõ idẽ eſſe, cum à Prælato feudum nouum iure antiqui conceditur, quia ſumus in perſonis prohibitis infeudare, vt in c. 2. extra de feud.*

o *Conſ. feud. vid. in cap. 1. de alien. pater. feud.*

p *I. C. vid. in l. nihil tam naturale eſt 36. de reg. iur.*

q *Iul. Clar. d. q. 8. n. 4. Roſenthal. d. c. 2. concl. 15. & alij quos allegat Adam. d. aphoriſm. 3. num. 2.*

r *Iul. Clar. d. §. feud. q 8. n. 5. Roſenthal. d. c. 2, concl. 17. Vult d. c. 8. n. 14. Gothofr. Anton. de feud. 1. theſ. 5. lit. B. Mynſing. 2. obſer. 94. & obſer. 483. Gail. 2. obſer. 49. Georg. Adam. d. aphoriſm. 3. nu 3. Schultzen. d. c. 3. n. 64. Sueuus d. exercit. 2. aſſert. 5.*

ſ *Obrecht poſt alios in tract. feud. lib. 1. c. 5. nu. 78. & ſeq. & alij ſup. alleg. quos ſequitur Schultzen. ibid. quò ſup. cit.*

Digitized by Google

A Indè ex communi feudiſtarum voto ipſe *Schultzen.* tradit & probat, quod in caſu, quo plures inueſtituræ proferūtur, & æquè inter ſe non concordant, tùnc antiquior, & prima, neglecta poſteriore, inſpicienda ſit, quia ſequentes, primæ accedunt, ſicquè non poſſunt naturam immutare per *Iuris Canonici* regulam illam *t*, *& ità in ſupremo Camera indicio deciſum*, *ex Mynſing.* Gaillo, *& alijs*, idem refert *Schultzen.ibid.quò ſup.cit.*

Cùm rurſùs per Vaſſallum feudum refutatum in eum finem fuerit, vt de eo filij Titius, & Sempronius inueſtirentur, paterni feudi, & naturam, & qualitatem retineat, vt ex *Conſ. feud.* edocemur *v*.

B Quid ſimilitèr cùm in manibus Domini feudum ſimplicitèr renunciatur, ſi iterùm à Domino concedatur, an feudum nouum, vel antiquum dicēdum ſit, *Andr. de Iſer.* adeundus eſt, ſi tamen in conceſsione, quæ ſecundò fit, adiecta aliqua clauſula, puta, de nouo cōcedimus, ſiuè qualitas fuerit, tunc feudū nouum appellandū erit, vt *Bald. & alij* ſectantur *x*.

Quod autem ex antiqui feudi pretio nouitèr aliud feudùm emptum eſt, illud nouum, ex *Matth. de Afflict. Georg. Adam.* dixit *z*, nàm feudū nouiter emptum, nouiter vtiq; quis acquiſiuit, quidquid in contrarium, ex eo quod ſubrogatum ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatum eſt ex traditis per *Imperat.* dixerint *Roſenthal. & Schultzen.* *a*. Sententiam autem ſupradictam ex dictis *Georg.* cit.

C intelligas, dūmodò prioris, ſeù antiqui feudi venditio fiat eorū cōſēſu, de quorū intereſſe, ſiuè præiudicio agebatur, vt nouitèr emptū feudum veteris feudi naturam atq; conditionē haberet, nàm tùnc, & ſi verè nouū feudum dicendum non ſit, nec propriè antiquum, quia nouiter quæſitū fuit, tamen feudi antiqui naturam, ius, & effectus coſeſequitur. Similitèr aliud DD. ſtatuiſſe idem *Adamus* dicit in permutatione, ſcribentes feudum permutatione Domino, & agnatis conſentientibus acquiſitum, eandem naturam aſſumere, quam habuit feudum in alterum per permutationem translatum, vt *Schrad. & Berlich.* affirmant *b*. Et quàmvis ipſum feudum permutatione quæſitum, non ſit per ſucceſsionem translatum, itàut propriè feudum vetus dici nequeat, ex tacita tamen permutātis mente feudum pro feudo in eam permutationem, &

D Domini, & agnatorū conſentientiū, naturā feudi antiqui habet, vt ex *Matth. de Afflict.* cit. *Adam.* probat *c*, dicens, haud eandem tacitam voluntatem in caſu emptionis colligi, cùm eo caſu feudū feudo non immediatè ſubrogetur.

40 (Feudum in dubio, an & qualiter nouum, vel antiquum præſumēdum ſit.)

Quæſtionē illā hìc indagare, an in dubio feudū nouum, vel vetus præſumendum ſit conueniens eſt, quā quidem altercationem intricatā eſſe *Sueuus* dixit, & miris modis à Feudiſtis omnibus exagitatam eſſe *Georg. Schultzen.* teſtatur *d*. Decidunt autem *Feudiſtæ* controuerſiam iſtam, habita ratione, ad poſſeſſorem, per ea quæ in *Conſuet. feud.* ha-



t *Iur. Can. reg. vid. in c. acceſſorium 42. de reg. iur. in 6.*

v *Conſ. feud. vid. in c. 1. de vaſſal. decrepit. ætat. in c. vnico de eo qui ſini. fec. agn. Schrad. de feu. p. 2. c. 3. nu. 59. Roſenthal. d. c. 2. concluſ. 20, & ſeq.*

x *Andr. de Iſern. in c. 1. in princ. de vaſſall. decrep. ætatis iuncto Alex. conſ. 13. 1. & 2. col. vol. 5. Bald. in §. inſuper in fin. de prohib. feu. alien. per Frid. & in c. 1. col. penult. verſ. quid dicamus an agnatus, etc. Afflict. in Conſt. cùm circà iuſtitiæ in 8. not. quos recenſet, & ſequitur, Iacob. de Franch. in præl. feud. q. 2. n. 90. & 91.*

z *Afflictus in cap. vnico de vaſſall. decrepitæ ætat. iuncto Schrad. de feud p. 2. c. 3. num 57. Adam. d. c. 3. aphoriſm. 2. num. 6.*

a *Imp. vid. in l. quamuis 3. C. in quib. cauſ. pign. vel hyp. tac. cont. in l. ſi ea pecunia 6. C. de re vindic. & in l. ſi patruus 4. Cod. commun. vtriuſque Iudic. Roſenthal d. c. 2. concl. 16. per tot. Schultzen. d. c. 3. n. 66.*

b *Schrad. de feud. p. 2. c. 3. n. 55. Berlich. concluſ. 13. nu. 10. alleg. dicti. Adam.*

c *Afflictus in cap. vnico de grad. ſuc. etc. nu. 16. verb. fin ſi mutauit antiquum cum nouo, nouum habebit naturam antiqui.*

d *Sueuus d exercit. feu. 2. aſſert. 6. Schultzen. d. cap. 3. num. 69.*

Digitized by Google

habentur *e*, indè ſecundùm communem verioremq; DD. A
ſententiam, ità hac in re diſtinguere opus eſſe, videtur,
nempè ex eo, quod an feudum nouum, vel antiquum
præſumendum ſit, à poſſeſſore ſumitur, reſponden-
dum tali diſtinctione eſt, aut enim Dominus poſſidet
feudum, cuius controuerſia eſt, aùt agnatus, aùt neuter.
Primò caſu, cùm Dominus in poſſeſsione fuerit, atque cùm
vt Reus conſideretur, idcircò quando vaſſallus nouum
feudum eſſe aſſerit, tanquam actor, quid quid in iudicio
dicit, probare tenebitur, iuxtà *I. C. & Imp.* regulas *f*, ſic-
què præſumptio pro Domino erit, nempè feudum nouum
in dubio præſumendum eſſe, cùm Dominus illud poſſede- B
rit, atque contrarij probatio aduerſario, ſiuè vaſſallo iniū-
gatur, vt in *Conſ. feud.* habetur *g*, quod non ſolum com-
probatur ex eo, quod actoris onus probandi ſit, ſicque
Vaſſallus, vt actor probare teneatur, verùm etiam, quia
meliorem poſſidentis conditionem in pari cauſa eſſe, iure
cautum eſt, vt *I. C.* reſpondit *h*.
Secundò ſi Vaſſallus poſſideat, vel eius hæredes non vitio-
ſa poſſeſsione feudum retineant, vel ipſam partem con-
trouerſam, vel non hanc quidem ſuam, tamen partem, quā
antea in feudum accepit, aùt poſsideat, aùt alienauerit,
iuxtà illud *Gerhardi Capagiſti*, vetus feudum præſumen-
dum eſſe non ambigimus, iniuncta Domino probandi feu-
dum nouum eſſe neceſsitate, cùm feudum antiquum præ- C
ſumendum iure ſit, & ideò ob eaſdem rationes in primo
caſu propoſitas, ſicuti pro Domino poſsidente, ità & pro
vaſſallo quoque poſsidente, militantes, Domini onus pro-
bandi contra iuris præſumptionem erit *i*, indè eſt cùm
Dominus legitimis argumentis eius intentionem non fun-
dauerit, Vaſſallum abſoluendum eſſe, & feudum pro anti-
quo habendum eſſe, ex regula, actore non probante, Reus
abſoluendus.
Tertiò, ſi neque Dominus, neque vaſſallus poſsideat, neutro
ſcilicèt poſſidente, & vtroque poſſeſsionis commodo de-
ficiente, & ſi *Alciatus*, quia & Dominum, & Vaſſallum
in pari cauſa eſſe videntur, vnicuique aſſerenti documen-
tum incumbere dixerit k. Certiùs tamen, ac veritati con-
gruentiùs eſt, fauorem agnatorum iſto caſu præualere,
ſicquè vetus feudum, ſiuè antiquum præſumendum, vt in D
familia, atquè agnatione conſeruetur, ſicquè vaſſallus
eiuſque hæredes, feudum antiquum eſſe affirmantes, prop-
ter hanc præſumptionem in poſſeſsionē immittendi ſunt,
iuxtà ea, quæ in *Conſ. feud.* leguntur *l*, vbi (*ſi verò Domi-
nus, vel aliud beneficium defuncti nouum eſſe dicat, agna-
tus autem illius proximus paternum eſſe contendat: tunc
onus probationis incumbit illi, qui nouum dicit, &c.*) &
expreſsiùs in alio loco (*ſi de feudo defuncti militis ſit con-
tentio inter Dominum, & agnatos defuncti, Domino nouum
feudum, agnatis verò paternum eſſe contendentibus: agnati*
in

e *Conſ. feud. vid. in c. vnico de ſucceſſ. fratr. vel gradib. &c. in c. vn. de conſ. recti feud. in c. vnico de content. inter me, & Dom. &c. & in cap. vnico ſi de feudo defuncti contr. ſit, vt ex Vult. in lib. 1. de feud. c. 8. n. 8. Arum. de feud. 2. theſ. 48. conſtat.*

f *I. C. vid. in l. 1. PP. de probat. Imperat. in leg. qui accuſare C. de edendo, & in l. poſſeſſiones 14. C. de probationib.*

g *C. f. vid. in cap. vnic. in fine de content. inter me, et Dominū de port. fratris mei defuncti, et in cap. vnic. verſ. placuit verbo nā ſēper de inueſt. in maritū fact., Schrad. de feud. p. 2. 3. n. 41. verſ. Domino autem, Vult. d. lib. 1. feud. cap. 8. n. 15. Obrecht. in tract. de feud. lib. 1. c. 5. nu. 85. & ſeq.*

h *I. C. vid. in l. circà eū 14. PP. de probat. cùm concord.*

i *Gerhard. Capag. vid. in c vnico, §. cum autē ſi de inueſt. feud. contr. fuerit, & in c. vnico de contr. inter me, & Dominum, Vult. d. c. 8. n. 85. Sueuus d. aſſert. 6. Schultzen. d. c. 3. n. 72. & 73.*

k *Alciat. de præſumpt. reg. 3 præſumpt. 28. nu. 3.*

l *C. f. vid. in c. vnic. verſ. ſi verò Dominus de ſucc. fratr. & in c. vnic. princ. ſi de feud. defuncti contentio ſit.*

Digitized by Google

A *in poſſeſſione feudi, de quò quæritur conſtituendi ſunt*. ) Nàm qui ſeudum nouum dicit, factum aliquod aſſerit, ſcilicèt inueſtituram, atque nouam conceſsionem, quod indè ambigui cùm facti ſit, non præſumitur, verùm legitimis probationibus de eo docendum eſt; Quod quidem non ità è contrario eſt, cùm quis vetus, vel antiquum feudum aſſerit, cùm in eo ſe fundet, quod de feudi naturalibus ſit, ſcilicèt feudum potiùs à maioribus ſe accepiſſe, & retinere ſucceſsione media, quàm ipſum de nouo acquiſiuiſſe, quæ quidem poſterior præſumptio, cùm proprior videatur, alteram, tanquam remotiorem obumbrat, atque excludit, ità quod Vaſſallo contendente, feudi poſ-
B ſeſſionem interim mereatur, donec Dominus ſuam intentionem probauerit, & hoc eſt, quod præcipuè inter Feudiſtas communi vulgo dicitur, feudum in dubio potiùs antiquum, quàm nouum præſumendum eſſe, ſcilicèt, quod ad hunc tertium caſum potiſsime ſpectat *m*. Cùm tandem cui probādi onus eſt, ſuam intentionem, in legitimè oſtendendo probare defecerit, qualitèr, & quo nàm in caſu Iudex ad iuris iurandi delationes progredi debeat, *Obertus de Orto* adeundus eſt *n*.

De iure Regni tamen *ex cap. dudum, ſiuè ex præſumptuoſe*, cùm an feudum nouum ſit, vel antiquum controuerſia
C eueniat, feudum in manu Iudicis ſub ſequeſtro interim permaneat, ſicquè nec Dominus, nec vaſſallus, ſiuè agnatus poſsideat, de quo latè infrà cum de ſucceſſionibus feudorũ peragemus, ſermo erit, rẽ autẽ hanc circà pro nũc videas peritiſsimũ *Ill. D. Reg. Galeot. Ducẽ Reginæ*, latè hac de re ſuper interp. dicti *c. Reg.* ſolita doctrina ratiocinãtẽ *o*.

41 ( Et quid importet, quod feudum concedatur, vt nouum, vel vt antiquum. )

Tandèm ( qui reſultent effectus, an feudum ſit antiquum, vel nouum, vel conceſsio feudi facta ſit iure antiqui, vel noui, vltrà eos, qui ex dictis eruuntur, ſunt primò, quoniam in feudo nouo, vel iure noui legitimè conceſſo ſuccedunt deſcendentes tantùm primi acquirentis, non autem Collaterales, vt in *v. ſ. feud.* legitur *p*, ſecundò, quia feudum nouum non vadit per ſaltum, ideſt abſque
D gradù deſcendentiæ de fratre in fratrem *q*, tertiò, quia in feudo nouo nõ ſuccedunt aſcendentes *r*, quę omnia nõ ità ſe habent in feudo antiquo, in quo non ſolùm deſcẽdentes ſuccedunt, verùm etiam Collaterales, & aſcendentes *ſ*: item quia feudum nouum non acquiritur ſine inueſtitura, feudum antiquum verò acquiritur ſine inueſtitura *t*: ſimilitèr quia feudum nouum poteſt per feudatarium, ad quoſcumque alienari etiam de iure francorum *v*, feudum verò antiquum, vel iure antiqui conceſſum, non poteſt alienari, niſi in proximiores agnatos, abſque Principis conſenſu *x*, ea ratione, quia alienatio in proximiorem agnatum, dicitur refutatio, quæ etiam de iure communi feudorum Principis conſenſum non requirit, vt *Iſernia* ſcribit *z*. Sicuti differunt, nàm feudum antiquum

M 2 eſſe,

m *Feudiſt. ſunt Vult. poſt alios d. c. 8. nu. 15. Obrecht. d c. 5. n. 88. & latè Roſenthal. de hac re in ſynopſ. feud. cap. 2. concl. 26. & ſeq.*

n *Obert. de Ort. vid. in c. vnic. de ſucc. fratr. vel gradib., &c. in fin ver. Bonus enim Iudex in cap. 1. de inueſt. in marit. fact. & in cap. 1. de conc. Recti feud. vbi cõmunitèr interp. iuncto Gerhard. vid. in c. vnic. per tot. tit. ſi de inueſt. controuerſ. fuerit.*

o *Ill. D. Reg Galeot. reſp. fiſc. 4. & 12.*

p *V ſ. feud. vid. in c. 1. de benef frat. cap. 1. de duob. frat.*

q *Ang. conſ 110. incip. Sanctiſsima in 2. col. in fin. verſ. tertiò eſt not.*

r *Cap. 1. de nat. ſuc. feudi ea ratione, quia actus viuorum naturã imitatur, vt deſcendentes ſibi ſuccedant, non autem aſcendentes L. adoptio PP. de adopt., per quã ità dixit, Iſer. in c. 1. in 2. col. in tit. Imp. lothar.*

ſ *Vt latè Petr. Greg. ſcribit de conceſſ. feud. p. 5. q. 4. n. 5. & ſeq.*

t *c. ſciẽdum quib. mod. feud. conſt. poſſ. Petr. Greg. d. l. nu. 17. & 18. hodiè tamen in Regno, ſolo Regis oraculo nouum feudum quęri poteſt Petr. Greg. d. l. n. 22.*

v *Ius Franc. vid. in c. volentes in 1. add. verſ. in omni feudo, ea ratione, quia feudum nouũ non habet agnatos, Pet. Greg. in d. tract. 7. q. 4. par. 1.*

x *Bald. in c. 1. verſ. extra not. de alien. feu. pater. Iaſ. in prælud. feud. in 30. diuiſ.*

z *Iſern. in Conſt. Regn. conſtitutionẽ in 3. col in princ. verùm itẽ quod.*

Digitized by Google

eſſe, ſiuè eius conceſſio poteſt probari per quoſcumque teſtes etiam extraneos, noui verò conceſsio non probatur per alios teſtes, niſi per pares Curiæ *a*, quemadmodum ſi conceſsio facta fuerit iure antiqui, tùnc omnia iura creditorũ feudi durant,& remanẽt illæſa,quia perindè eſt, ac ſi feudum non fuiſſet apertum, ſeù deuolutum R.C.ſiuè Domino,ſed remãſiſſet pęnes Vaſſallũ, quo caſu nõ dicitur reſolutum ius datoris,& per conſequens,nec ius acceptoris, & ideò tenebitur Vaſſallus creditoribus ſuis ſuper feudo, quemadmodum priùs tenebatur *b*. Cùm verò feudi noui conceſsio facta fuerit, tùnc per incorporationem,& deuolutionem feudi pœnes Regiam Curiam, reſoluta dicuntur omnia feudatarij datoris iura, qui non potuit ſuper feudo diſponere,niſi tantùm ſuper iure,quod habebat in illo *c*, igitur,& acceptoris iura reſoluta dicuntur *d*: quod limitatur cùm Dominus obligationi conſenſiſſet, vel ſi fuiſſet debitum contractum, propter Dominũ, vt quia Vaſſallus pro Domino fideiuſsiſſet *e*.

Quod aliud feudum paternum ſit, aliud verò maternum,efficienti cauſæ attribuimus, paternum ſuprà explicauimus, ſicuti, & maternum feudum expoſuimus; quod igitur à patre quæſitum eſt, paternum feudum dicimus, quemadmodum, & quod mater acquiſiuit, quia à cauſa denominationem ſumunt, idcircò maternum non ab rè dicitur, vt in *Conſ.feud.* legitur *f*, ſiuè communi cognatione quæſitum, vt *Baldus* interpetratur *g*.

A B C

*a Cap. 1. qui teſt. ſint nec.ad prob.nou.inueſt. niſi ſint fęminæ teſtes in feudo antiquo probando, quia fœminarum teſtimonium in f. non admittitur, Petr. Greg.d.l.nu.24.& 25. & in feudo nouo limita ſi Dominus pares non haberet, idem Petr. Greg ibidem.*

b *De qua doctr. latiùs per modern. in c. Regn. volentes in 7.q. habes.*

c *l.ſi domus,§. fin.PP. de leg.1.L.vxor partẽ, C.de legat.L.qui tabernas PP. de contrahend. empt.l.ſticho PP.de vſufruct. leg. Bald. conſil. 157. incip. nobilis vir in 2.col.vol.4.*

d *l.lex vectigali in fin. vbi Gloſ. loquitur in feudo PP. de pignor.c. 1. §. quid ergò de inueſt. de re alien. fact. vbi Iſern. ità dixit 1. col.verſ.quid ſi vaſſallus per d.l.lex vectigali.*

e *Petr. Greg d.l.n.27.*

f *C.f.vid.in cap.vn.de feud.fœm.*

g *Bald. in 5.diuiſ.iun. cto Aluarot.in 7.diuiſ. Iacob.de Franch in f. vſ.præl.q.2.n.136.*

## VISIO DECIMAQVINTA.

Feudum ex efficienti cauſa, quemadmodum plures in partes moraliter per differentias ſuperiùs diſtinximus, ità ex formali cauſa feudum in partes quoque diſtribui, eodem modo,atque ſenſu, quò ſuprà euenit, & hoc ſiuè ex his, quæ ad fidem,feudi formam, ſpectant, ſiuè ex eis, quæ feudi ad ſubſtantiam pertinent, iure feudum diuidi poteſt.

1 (Quod feudum ligium, vel non ſit,efficienti cauſæ adiudicatur, & quod nã feudũ iſtud ligiũ ſit,latè exponitur, & an duorũ ligius quis eſſe poſsit etiam exponitur.) D

## ELVCIDATIO.

QVOD etiam (feudum in ligium, & non ligium diſtinguatur, ex formali cauſa repetere eſt, nàm cùm vt feudum ligium,vel non ligium ſit,ad fidelitatẽ ſpectet, ideòque cùm fides forma feudi ſit, formali cauſæ diſtributio iſta adiudicanda erit.

Quam autem diſtributionem communitèr *Feudiſtæ* approbant, atque

Digitized by Google

A atque ex argumento eorum, quæ in *Conſ. feud.* habentur
confirmatur *h*.
Ligium autem feudum illud eſt, quo Vaſſallus ad fidelita-
tem Domino præſtandam contra omnes, nullo excepto
(ſalua ſemper pietate, & honeſtate) obligatus eſt, hinc di-
citur per excellentiam ligium feudum à ligando appella-
tum, ex eo videlicet, quod ſub arctiſſimo fidei ligamine
conferatur, vt in libris feudorum legitur *i*, & cùm contrà
omnes fidelitatem iurare dicatur, ligius homo ille dicitur,
qui alteri non ſubiectus Imperatori, ſiuè ſummo Principi
fidelitatem contrà omnem mundi Dominum, nullo ex-
B cepto, niſi ſolo Deo, iurat, vt in *cap. extraord.* habetur k,
ligium autem hominem, ità vulgò appellatum, homolo-
gum *Cuiacius* denominauit *l*.
Et quod inferioris Principis homo iſte ligius, ſiuè homolo-
gus eſſe non poſſit, ex eo probatur, quia cùm hoc ligium
homagium, ſiuè iuramentum, quod ab homine ligio præ-
ſtatur, ità detur, in manibus Regis, vel Imperatoris tan-
tũ, genibus flexis, poſitis manibus iunctis in manibus Do-
mini, dicendo ego iuro homagium tibi Domino, vt à
modo ſim homo ligius veſter, contrà omnem hominem,
qui poteſt viuere, ſecundùm *Andr. de Iſern.* dicta *m*, ideo-
que hoc ligium homagium non niſi Pontifici, Imperato-
C ri, vel Regi, ſiuè alijs Principibus, ſuperiorem non reco-
gnoſcentibus, cùm in feudum dant, tantùm præſtari poſſe
ſectamur, vt *Bald. & alij* dixerunt *m*, nec admittimus, il-
lud quod apud quoſdam ſimplicitèr opinatum legimus,
nempè etiam inferioris Principis ligium Vaſſallum eſſe
poſſe, iurantẽ ei fidelitatem contrà omnes, prætèr Impe-
ratorem, nàm cùm duorum ligius eſſe non poſſit, quia
repugnat huius feudi naturæ, qua iuratur vni, aduerſus
omnes, aliquem excludi, putà Imperatorem, vel alium,
ſicquè quando ſolis Principibus ſupremis ligium homa-
gium præſtatur, rectè nullo excepto iurari poterit, idcircò
ſolùm Principes ſuperiores ligios habere poſſe dicimus.

Nequè

h *Conſ. feu. vid. in cap. vnico de feud. lig. lib. 2 f. tit. 99. Feudiſtæ cõmunitèr approbantes ſunt, primò Kirchou. comm. interpetrum opinionem eſſe dicens in Theſ. com. opin. lit. F. verſ. ligium eſt, Bocer. de feud. qualit. & diff. cap. 5. num. 67. & ſeq. Andr. Knicb. de inueſt. pact. par. 2. cap. 5. num. 80. verſ. non tamen omne feudum, Vueſenbec. de feu cap. 2. num. 9. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concluſ. 3. Mozz. de diuiſ. feud. n. 68. Commẽtatores omnes in cap. 1. § in feud. de probib. feud. alien. per Frid. allegati à Menoch. conſ. 2. num. 25. & conſ. 32. num. 6. vol. 1. Iacobut. de Franch. in feu. vſ. prælud. qu. 2. nu. 137. Iul. Clar. in §. feud. qu. 11. Borch. in comm. ad conſ. feud. cap. 4. n. 22. Duaren. in com. ſeud. c. 4. Forcat. de feu. cap. 3. Schneid. par. 1 de feud. num. 42. Schrad. in tract. feud. par. 2. cap. 4. num. 1. & ſeq. Obrecht. de feud. diſp. 2. theſ. 194 Guer. Piſo Soacius in prælud feu. cap. 43. Sueuus exercit. feud. 2. aſſert. 9. Hattyler. in analyſ. iur. feud.* D *cap. 4. litt. H. Georg. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. cap. 3. num. 87. quidquid contrarium tenuerit Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 3. aphoriſm. 9. numer. 2. dicens idem eſſe hominem ligium, ac Vaſſallum.*

i *Lib feud vid. in cap. 1. tit. 2. & in cap. 1. §. ſatis bene de probib feud. alien per Lothar. Gloſ in cap. paſtoralis de ſent. & re iudic. Schrad de feud. par. 2. cap. 4. num. 1. Schneid de feud. par. 1. nu. 42. & ſeq. vbi quæ nam ad feudum legium requirantur, et de eiuſdem effectibus ſcribit Hattyler. d. cap 4. lit. F. fol. mihi 24.*

k *Extraord. iur. feu cap. vid. in c. 1. in princ de capit. extr. Iacob. de Franch. d. q. 2. n. 137. Sueuus d. exercit 2 aſſert. 9 excepto tamen patre, vt Cuiac. feu. 2. tit. 7. probat, Hattyler. in d. cap. 4. d. litt. H. fol. mihi 25.*

l *Cuiac. ibid. quò ſup. cit. Hattyler. d. c 4. lit. G. fol. mihi 24.*

m *Andr. de Iſern. in cap. 1. in verb. omne 1. col. de nou. form. fidel. & in Regno cùm omnia feuda à manu Regis haberi dicantur, idcircò rectè dicitur eſſe omnia ligia Petr. Greg. de conceſſ. feud. par. 1. quæſt. 1. num. 2. & ſeq.*

m *Bald. diuiſ. 7. nu. 52. Aluarot diuiſ. 3. Rebuf. diuiſ. 10. Iac. in verb in feudum, nu. 19. Duaren. cap. 4 num. 12 Schrad. de feud. par. 2. cap. 4. num. 1. Sonsbec. p. 3. num. 2. Marta 1. de iuriſd. 25. num. 11. & alij.*

Digitized by Google

Neque exindè, quod à Ducibus, ſiuè ſimilibus analogam quandam maieſtatem habentibus, vt ligius feudatarius conſtituitur, ità quod contrà omnes, excepto ſolo Imperatore, vel Rege, fidelitas exhibeatur, ligius dicatur, nàm cùm iuramentum ligij homagij, quod omnes excludere debet, circà fidelitatem præſtandam, prætèr Imperatorem, vel Regem aliumuè Principem ſuperiorem, vt verificetur, & rectè præſtari dicatur nulli alij dandum eſt. A

In eo namque præcipuè ligium hominem conſiſtere ſectamur, vt eius iuramento fidelitatem vni contrà omnes, nullo excepto mundi homine, præſtare obligetur, & proindè homo ſolùm illius, cui iurat ligius efficiatur, vt *Hoſtienſ.* probat *n*, nec alterius ligium eſſe poſſe liquet, & modo etiam infrà probabimus. B

Diſtinctionem tamen à DD. circà rem hanc approbatam non reprobamus, nempè inter Vaſſallum propriè, & abſolutè ligium, & inter Vaſſallum analogicè, & reſpectiuè ligium.

Primum ſcilicèt eum dicunt, qui à ſummo Principe feudum habet, & ei aduersùs omnes, nullo penitùs, niſi Deo omnipotente excepto operam, & fidelitatem iurat.

Secundùm eum impropriè ligium appellari largiuntur, qui à Principe inferiori feudum accipit Pontifice, Imperatore, vel Rege exceptis, fidelitatem contra omnes cuſtodire promittit, vt *Roſenthalis*, & *Gothofrid. Anton.* dixerunt *a*; ſemper tamen indubitanter, quando ab inferioribus Principibus ligium feudum conſtituitur, dicas, quod cùm datur iuramentum ligij homagij, ſiuè fidelitatis obſeruandæ contrà omnes, prætèr Pontificem primò, ſecundò præter Imperotorem, vel Regem, Vaſſalli ſuperiorem datum intelligatur, quidquid reſpectù Pontificis contradixerit *Sueuus* cit. cùm illius opinio damnanda, vt falſa ſit, Pontifici namque quemadmodum, & Imperatori, Regi, vel cuilibet alio Principi ſuperiori fides venerantèr cuſtodienda eſt, idque expreſse ex *extraord. cap.* probatur *b*. C

Duorum neminem Vaſſallum ligium, ſiuè homologum propriè eſſe poſſe, ex his apparet, vt *Vult. poſt alios*, & *Rudingerius* probarunt, quod, regula illa comprobat, nempè duorum inſolidum eſſe non poſſe, vt *I. C.* atteſtantur *b*, cùmque contrà omnes proprius ligius fidelitatem vni ſeruare iuret, cæteros excludere intelligatur, vnde *Duarenus* dixit *c*(hominē ligium non eſſe duorum: pugnantia enim ſunt, hominem ligium eſſe duorum, cùm in feudo ligio nullus excipiatur.) Rectè tamen vnū eūdemque Vaſſallum non ligiū duorum, vel pluriū dominorū, aùt vni ligia alteri vulgata fide deuinctum eſſe poſse dubium nullum habere ex argumento eorum, quæ in *Conſ. feud.* notantur, *Schultzen.* dixit *d*. D

Reprobandam tamen *Georg. Adami* ſuprà cit. ſententiam eſſe dicimus, qua vt feudum aliud ligium ſit; aliud verò non

n *Hoſtienſ. in cap. ex diligenti de ſimon.*

a *Roſenthal. cap. 2. concluſ. 3. Gothofr. Anton. de feud. 1. theſ. 3. quos recenſent, & ſequuntur Georg. Schultzen. dict. cap. 3. nu. 91. Georg. Adam. d. aphoriſm. 9. n. 1. et Sueuus d. exercit. 2. aſſert. 9. poſt princ.*

b *Extraord. cap. 100. lib. f. 2.*

b *Vult. de feud. lib. 1. cap. 8. nu. 34. Ruding. contr. iur. feud. lib. 2. cap. 10. I. C. vid. in l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum PP. commodati, Andr. in d. c. 1. §. omnem de noua forma fidel. Bald in 7. diuiſ. et Aluarot. in 13. diuiſ. Obrecht. diſp. f. 2. theſ. 210. Paul. Berenſ. diſp. 1. feud. theſ. 44. Bardel. conſ. 11. num. 5. vol. 2. Schultzen d. cap. 3. nu. 92. & 93.*

c *Duaren. cap. 4. de feu. iunctis Roſenthal. d. c. 2. concluſ. 4. Obrecht. d. lib. 1. cap. 5. n. 116.*

d *Schultzen. d. cap. 3. num. 94. ex argumento cap. 1. §. final. hic finitur lex cap. 1. §. ſatis benè de prohib. feud. alienat. per loth. & alijs allegans Andr. Gaill. de inueſt. Imper. cap. 6. num. 29. Vult. d. cap. 8. nu. 29. & quid de iure Saxonico idem Schultzen. adeundus d. num. 94. in fin. quidquid generaliter duorum Dominorum ligium eſſe poſſe dixerint Guid. Pap. deciſ. Gratianop. 310. Menoch. conſ. 32. num. 26. vol. 1. Hattyler. d. cap. 4. lit. H fol. mihi 25. D. R. Reuert. dec. R. C. nu. 183. nu. 1. in fin.*

A non reijcitur, cùm ligium hominem idem, ac Vaſſallus eſt ipſe dicat eſſe, nō dignoſcens diuerſitatem inter fidelitatis iuramentū, quod in feudo ligio præſtatur, ac illud, quod in alijs feudis datur, vndè ligia fides ex homine ligio dicitur, & quæ in cæteris alijs Vaſſallis feuda tenentibus fides cōſideratur, vulgata fides appellatur, vt *Georg. Schultzen.* cit. probauit *e*.

2 (Feudum non ligiū, quod nam ſit explicatur.)

Non ligium (autem feudum dicitur, quando Vaſſallus ità fidelitatem Domino iurat, vt tamen alijs præſtare liceat, ſeù in quo præter Pontificem, Imperatorem, ſeù Regem, etiā alijs putà antiquiori Dño, cognatis, & amicis exceptis B fidelitas iuratur, vt DD. cōmuniter approbando exponūt, & ex *Cōſ. feu.* patet *f*, hinc eſt, quod quemadmodū hominē ligium duobus homagiū præſtare nō poſſe diximus, cōtrarium in homine non ligio eſſe, ideſt ſcribimus duobus homagiū facere poſſe, ſecūdū ea, quæ *in iure Canonico* notātur *g*, ibi, (*vel cuicumque alteri perſonæ*) vndè licet quis non poſſit eſſe ligius duorum Dominorum, bene tamen plurium Vaſſallum non ligium, ſiuè vnius ligium alterius Vaſſallum eſſe poterit vt *Gloſſa Can.* exponit *h*. Cùm, & ipſum Vaſallum non ligium, haud ligatum, fidelitatem vni Domino tantùm præſtare dicamus, & in Vaſſallo ligio diximus, ità dici eo quod vni Domino fidelitatem præC ſtare teneatur, vt DD. interpetrantur *i*.

Tria autem, vt ligium feudum dicatur copulatiuè requiri elucidamus, primò ſcilicèt, vt in inueſtitura dicatur, hominem ligium eſſe, qui in feudum accipit, vt *Bald. & alij* dicunt *i*, ſecundò vt Vaſſallus dominicæ poteſtati, atque iuriſdictioni non ſolùm ſemetipſum, verùm, & omnia eius bona ſubijciat (dummodò tamen ab alio in feudum non habeat) quod ſecùs eſt, quando homo ligius non eſt, quia eo caſu Dominus tantùm in feudo iuriſdictionem habebit, & non in alijs, vt in *iure Canonico* notatur, cuius differentiæ ratio ea nimirùm eſt, quia homo ligius principalitèr perſonam ſuam obligat, & proindè Domino ſubijcitur, obligādo propriam perſonam, & per conſequens etiā eius bona ex acceſſione ad perſonam, per ea quæ ex I. C. argumētari fas eſt k, quod ſecùs eſt in homine nō ligio, cū D ille perſonam non obliget, niſi habita ratione ad feudum, ſicquè non niſi, quoad feudalia perſonam Domino ſubijcit, ſcilicèt quatenùs feudum ſe eſtendit, vt ex *Speculat. Iacobut. de Franch.* dixit *l*; Tertiò, vt fidelitatem contrà omnes Domino ſuo ſeruare iuret, vt *Curtius*, & alij

e *Georg. Schultzen. d. cap. 3. nu. 64. verſ. ſanè.*

f *DD. ſunt Bald. in l. vnic. § in primo. C. de caduc. tollend. Hoſtienſ. & Io: Andr. in cap. recolentes de ſtatu monacor. Speculat. in tit. de feud. § quat. col. 1. per totum, & Gloſ. in clem. Paſtoralis in verb. homo ligius, quam refert, & ſequitur, Iacob. de Franch. d. qu. 2. num. 139. Schneid. de feud. par. 1. nu. 47. Vult. poſt alios d. cap. 8. num. 36. & alij.*

g *Ius Can. vid. in cap. grandi de ſupplēdis negligentijs prælatorum, lib. 6. verſ. feudo ligio Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verſ. mortuo itaq; teſtatore 2. de teſtam. in verſ. & vxorem nomine adeliſiam in 3. deciſ.*

h *Gloſ. Can. vid. in d. clement. paſtoralis in ver. homo ligius de re iudic.*

i *DD. ſunt Gloſ. in d. clem. paſtoralis Alex. conſ. 30. col. 1. verſ. 4. vol. 1. Iacob. de Frāch. ibid. quò ſup. cit. num. 181. Giach. in addit. ad Iul. Clar. § feudum q. 11. lit. C. ſuper verb. homo ligius, & antè cit. Giach. & Iacob. Specult. in tit. de feud. §. quoniā, verſ. 1. Io: Berber. q. f. 2. Bald. in prælud. feud. nu. 52. & in conſ. 291. num. 1. & ſeq. vol. 2. Guid. Pap. conſ. 213. Panormit in cap. ex diligentia de Simonia, Roland. à valle conſ. 44. num. 2. vol. 2. Io: de Anna in conſ. 7. viſis, & ponderatis col. 3. Borch cap. 4. de feud nu. 22.*

i *Bald. in c inter dilect. 6. col. 6. extra de fid. inſtrum. Iaſ. in præl. feu. n 108. Curt. iun in tract. de feu. p. 1. q. 8. n. 22. Io: Ferrar. in tract de feu lib. 1. c. 6. diuiſ. 6. Schneid p. 1. de feu. n. 45. Clar. d. q. 11. Andr. Gaill in tract. de arreſt. Imperij cap. 6. num. 30.*

k *I C. vid. in l. ſi pater de adoptionib.*

l *Speculat in d. §. quoniam, verſ. 17. Marc. Laud. in d. cap. 1. in 7. diuiſ. col. 7. in princip. ver. & vt intelleximus de prohib feud. alienat. Iacobut. de Franch. ibid. quò ſup. cit. num. 43.*

Digitized by Google

*alij* adſtipulantur *m*.

Circà primum requiſitum autem, ſcilicet vt feudum ligium dici poſſit, nominatim de ligia fidelitate mentionem fieri debere, limitabis, cùm in inueſtitura de feudo ligio mentio expreſsè non fieret, benè tamen fidelitas contra omnes, nullo excepto, Domino iuramento promitteretur, feudum ligium dici, nec vlla alia expreſſione opus eſſe, vt tale feudum iure ligium dici poſſit, per ea quæ *DD.* notant *n*. A

Similiter ad elucidationem eorum, quæ ſupra diximus, duorum Dominorum aliquem ligium eſſe non poſſe dicas, in caſu quo homo ligius in alio feudo ligio ſuccederet, poſſe ex gratia ſubſtitutum alteri Domino æquè idoneum, vt illi ſeruire fideliter contra omnes valeat, dare, quod tamen ex benigno Domini, atque gratioſo voto ergà vaſſallum largito, vaſſallus ipſe non aliter conſequatur, vt *Iaſon*, & alij voluerunt *o*, quemadmodum ipſum ligium alterius ſubditum eſſe poſſe dicimus, cùm aliud ſit, vt ligius fidelitatem præſtare, quam vt ſubditum Domino fideliter ſeruire, vt *Gloſſa* exponit *p*. B

Nonnulli autem effectus quod feudum ſit ligium, vel non reſultant. Primus enim eſt, vt per ligium homagium, licet alias iure iſto fęmina in feudo non ſuccedat, vt in *C. f.* varijs in locis legitur; De conſuetudine tamen illa ſuccedere in feudo ligio *Speculator* dixit *q*. Secundus eſt, vt in feudo ligio reſutatio, non quemadmodum in alijs feudis, locum ſibi vindicat, cum feudum ligium reſutari nequeat, ſecundum *Baldi* dicta *r*; De quibus tandem, & alijs requiſitis, & feudi ligij effectibus propoſitis videas, *Curt.*, *Iul. Clar.*, *Lodulph. Schrad.*, *Roſenthal. & Obrecht ſ*, & qualiter in feudo ligio non debeant pares Curię interuenire, qui alias intereſſent vbicūq; de proprietate inter Dominum, & vaſſallum intercederet, *Reg. de Ponte* videndus eſt *t*. C

Ex quibus omnibus ità elucidatis patet, nō ab re Inuictiſſimū noſtrum Hiſpaniarum Monarcam, immortalis, atq; auguſtæ memoriæ Auſtriacū Regem, verè S. Romanæ Eccleſiæ ligium, & contra omnes infideles tuitorem, huius Regni Siciliæ ratione dicendum eſſe apud *Ius Can.* legimus *t*.

Cum D

m *Curt. in tract. de feud. par. 1. q. 8. col. 7. DD. communiter in cap. 1. de iuram. fidel. et probatur ex cap. 1. ibi, quia nullum alium Dominum habere videbatur, de probib. feud. alienat. per Lotharium, et ex cap. 1. §. ſi quis inueſtierit, de feudo dato inuic. leg. commiſs. gloſ. et DD. in d. clem. Paſtoralis in verb. homo ligius, Laudenſ. in cap. 1. num. 49. de his qui feud. dar. poſs. Aluarot. in cap. 1. §. finali in fine hic finitur lex, Andr. de Iſern. in cap. 1. de noua form. fidelit. Iaſon. in prælud. feud. num. 180. Specul. de feud. §. 1. q. 10. Bald. in l. vnica, §. 1. Cod. de caduc. tollend. Rodin. 1. de Repub. 10. Menoch. conſ. 32. num. 7. Afflict. in deciſ. Neap. 307. n. 3. Guid. Pap. deciſ. Gratianop. 310. et prædictā Gloſ. communiter approbatam ait Iacob. de homag. n. 6. eundemq; refert, et ſequitur Iul. Clar. in § feud. q. 11. n. 2. ac ne reſpectu quidem rerum diuerſ. Guid. Pap. deciſ. 213. num. 4. et alii innumeri.*

n *DD. ſunt Tiraquell. de retract. municip. §. 32 Gloſ. vnica, n. 25. in fine, Henricus Roſenthal. de feud. cap. 2 concluſ. 3. n. 8. Neuiz. conſ. 13. num. 9. Schrad. de feud. par. 2. cap. 4. n. 3. Vult. d. lib. 1. c. 8. n. 22. Bocer. de qualit. et differ. feud. cap. 5. nu. 72. Obrecht. diſp. feud. 2. 10. 218.*

o *Iaſ. in præl f. n. 110. Roland à Vall. conſ. 44. num. 15. vol. 2. et idem approbat Cuiac. in c. 1. de feud. lig. ex arg. cap. 1. §. hoc præmitto, de probib. feud. alien. per Frid.*

p *Gloſ. in d. Clem. Paſtoral. in d. verb. homo ligius.*

q *C. f. vid. in cap. 1. §. filia verò, de ſucceſs. feud. et in cap. 1. §. hoc autem not. de his qui feud. dar. poſs. Speculat. vbi ſup. recenſitus, et hac in ſententia aſſecutus à Iacob. de Franch. dict. q. 2. num. 144.*

r *Bald. in cap. cęterum 8. col. de iudic. quos cum alijs recenſet, et ſequitur cit. Iacob. ibid. n. 45.*

ſ *Curt. in tract. f. par. 8. verſ. 5. Clar. d. q. 11. Schrad. d. p. 2. cap. 4. num. 1. Roſenthal. d. cap. 2. concluſ. 3. Obrecht. tract. de feud. lib. cap. 5. num. 109. et ſeq. et num. 115. et ſeq. vbi quatuor huius feudi ligij ſingularia refert, et Schneid. d. p. 1. n. 42. et ſeq.*

t *Reg. de Ponte in lect. feud. 1. num. 23.*

t *Ius Can. vid. in clem. paſtoral. de re iudic.*

Digitized by Google

A Cum Regnum iſtud Diu. Petri patrimonium eſſe dicatur, vt ex eodem *Iur. Can.* habemus *v*.

Indè Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, atque fidei legitimum, conſtantemque defenſorem ipſum Catholicum Regem noſtrum eſſe dicendum, iure euenit.

Similiter (quod feudum aliud indiuiduum, aliud verò diuiduum ſit, à feudi cauſa ſubſtantiali, ſeù formali, præter fidem repetimus.

Indiuiduum feudum illud omne eſt, quod dignitatis eſt, nam dignitatum feuda de ſui natura indiuiſibilia ſunt, vt in *Conſ. feud.* habetur *x*. Diuiduum è contrario verò illud eſt, quod nobilitatem annexam non habet, vt ex vſibus feudorum probatur *z*.
B Dignitatem autem illud feudum annexam habet, quod ſcilicet ab habente poteſtatem, & nobilitandi voluntatẽ exoritur, prout ſunt feuda Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & alia omnia feuda titulata, quæ quidem, nec facti, nec Iuris diuiſionem admittunt, cum dignitas ipſa apud plures vno ſimul tempore haberi nequeat, vt vna voce *DD.* tradunt *a*.

Quod quidem, ſcilicet dignitatum feuda ex ſui natura indiuiſibilia eſſe *Andr.* noſter *de Iſern.* cęteriq; *DD.*, in partibus Lombardiæ, & Alemaniæ limitant, in quibus vſus longęui approbata conſuetudine, non ſolum omnes in dignitatum feudis ad ſuccedendum vocantur, ſed & feudi dignitatis etiam diuiſio illo Iure ità conſuetudinariè recepto, inter
C ſucceſſores fit, quemadmodum extra prędictas, Lombardiæ, & Alemaniæ regiones, limitatur, quod ad feuda dignitatum, quia indiuiſibilia ſunt omnes filij ſuccedant pro indiuiſo, ex generali conſuetudine, qua ſolus primogenitus talibus in feudis ſuccedere admittitur, de qua teſtantur *Oltrad.* & alij, quos recenſet, & ſequitur *D. R. Io. Franciſc. de Ponte b*, dicens quoque in caſu quo in feudo dignitatis omnes fratres ſuccederent, atque diuiſio prohibita eſſet, an poſſit totum feudum vni aſſignari in actu, quo totum eorum deceſſoris aſſe diuiditur, & alteri totum allodiũ dari, qui poſt opiniones, & *Baldi* affirmantis, & *Capycij* negantis, exagitando expoſitas ipſe *Dom. Reg.*, diſtinctione ſatis atque doctiſsimè reſpondit, de qua ipſum adeas *c*.

D Vtrùm autem feuda hęc dignitatis, quæ diuidi non poſſunt, idem obtineant reſpectu exercitij, ſeù redditus, latè *Curtium*, atque *Capycium* adeundos eſſe, idem *Dom. Reg. de* Pon-

4 (Feudum indiuiduũ quodam eſſe quodã diuiduum à feudi cauſa ſubſtantiali, ſeùformali repetitur, & quænã diuidua, vel indiuidua feuda ſint elucidatur.

*v Ius Can. vid. in cap. valdè 94. diſt. et ibi gl. ex quo, et alijs idem affirmat Afflict. in Conſtit. Neap. prælud. q. 2. num. 4. et quomodo hoc Regnum fuerit patrimonium B. Petri, et an hoc ſit verum, vel ex conſuetud. cæperint infeudationes fieri ab Eccleſia, vel ex iuramento ligij Roberti Guiſcardi inuaſoris Vrbis Beneuentanæ, et demùm victi à Leone Pontifice, vide latè Frecc. de ſubfeud. lib. 1. in tit. de antiq. ſtatu Regni nu. 58. fol. mihi 69. et quod hodie non aliud quam cenſus Romanæ præſtetur eundem adeundũ eſſe cenſeo d. lib. 1. fol. mihi 56. num. 58. et latè Dom. Reg. de Ponte in lect. feud. 1. nu. 4. et qualiter anteceſſores in huius Regni fuerint de eo poſtea inueſtiti in lectura 7. num. 3. et cur hoc feudum huius Regno hæreditarium dicatur in lect. 20. num. 10.*

*x Conſ. feud. vid. in §. præterea Ducatus, de probib. feud. alien. per Frid. Reg. de Ponte lect. feud. 12. de ſucceſs. feud nu. 5. ita quod in dictis feudis omnes fili ſuccedant pro indiuiſo, niſi quando Iure Francorum viueretur, quod probari deberet, ſecundum dicta cit. Reg. de Ponte d. l. n. 2. 3. et 4.*

*z Vſ. feud. vid. in cap. 1. de probib. feud. alienat. §. omnes fil. ſi de feud. defunct. et in cap. 1. in d. §. præterea Ducatus, Aluarot. in 9. diuiſ. Ardiz. in ſum. feud. cap. 332. Zaſ. p. 9. n. 40. et ſeq. Iacob. in verb. feudum, num. 30.*

*a DD. ſunt Ardiz. in ſum. cap. 132. et ſeq. Gloſ. in cap. ſi hæredes de teſtam. Afflict. deciſ. Neap. 165. num. 17. Viu. deciſ. 130. num. 7. Menoch. conſ. 248. num. 3. vol. 3. Tiraquel. de iur. primogenitur. q. 4. num. 52. Roſenthal. membr. 1. concl. 55. num. 1. Gail. obſeru. 113. n. 1. et probatur ex cap. licet, de voto.*

*b Oltrad. conſ. 237. Dom. Reg. de Ponte lect. feud. 12. num. 5. et 6. prout eſt etiam vbi iure francviuitur, vt in Conſtit. Regni vt de ſucceſs.*

*c Reg. de Pont. ibid. quo ſup. cit. num. 7. 8. 9. et 10.*



Digitized by Google

*Ponte* ſcribit. *d* A

Poterit tamen feudum Ducatus diuidi, ſi tenor inueſtituræ ità dictet, vt *Iacobutius de Franchis* dixit *e*, nam per pacta cuilibet feudi naturæ derogari poteſt, vt latè ex ſuprà elucidatis patet. *e*

d *Curt. in 4. p. 30. q. 10. limit. Capyc. in ſua inueſtit. verſ. feud. diuiſ. Dom. Reg. de Ponte lec. 1. num. 107.*

e *Iacob. de Franch. d. q. 2. n. 60. quemadmodũ et Comitatus feudum Rege conſentiente, Iacob. ibid. n. 76. et an Baronia diuidi poſſit eundem adeundum eſſe puto ibid. n. 77.*

---

## VISIO DECIMASEXTA.

OMne enim, quod naturaliter compoſitum eſt, illud quatuor principalibus ex cauſis conſtare, cum videatur, efficiente ſcilicet, formali, materiali, & finali, inde & feudum quoque quatuor iiſdem cauſis, tanquam proprium compoſitum conſtare, certum eſt, eiuſdemque exindè ratio eſſentiæ à cauſis ſumenda eſt, quod quidem cum diuiſionibus enucleari hucvſque ex cauſis efficiente, & formali tantùm cum peractum ſit, remanet, vt materiali ex cauſa feudum diuidere quod ſpectat videamus, idcircò rectè hic vt aliud feudum corporale, aliud incorporale, quod materiali cauſæ attribuitur, proponendum non ab methodo eſſe liquet. B C

## ELVCIDATIO.

1 (Feudum qd aliud corporale, aliud incorporale ſit, materiali cauſæ adſcribitur)

MAteriali (cauſæ diuiſionem iſtam, ſcilicet quod feudum aliud corporale, aliud verò incorporale ſit, iure, *Vulteius* attribuit *a*.

Rerum prętereà omnium, quędam corporales, aliæ incorporales cùm ſint. Corporales quæ ſui natura tangi poſſint, veluti fundus, homo, veſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles; Incorporales autem ſunt, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt ea, quæ in Iure conſiſtunt, ſicut hęreditas, vſusfructus, vſus, & obligationes quoquę modo contractæ, vt *Imperator Iuſtinianus* edocet *b*. cumque ſuper his omnibus conuentiones, obligationes, atque contractus omnes conſtituantur, nil mirum ſi feudum, & in rebus corporalibus, & in rebus incorporalibus conſtituatur, nam quemadmodum tùm res, quę corpus habent, tùm etiam quę corpore carent, omnium contractuum materia ſunt, ſuper quibus, vel quis obligatur, vel liberatur, ità & feudi, res corporales, & incorporales materia erunt. D

a *Vult. lib. 1. in cap. 8. de feud. num. 22.*

b *Imp. Iuſtin. in elem. iur. lib. 2. §. 1. de reb. corp. et incorp.*

Ita-

A (Feudum corporale quid ſit, & quid incorporale exponitur.)

Itaquè (Primò feudum corporale illud dicimus, quod in rebus corporalibus, licet tamen non omnibus, veruntamen tantùm in immobilibus, vel èis ęquipollentibus conſtituitur; Incorporale verò, quod in rebus incorporalibus inſtituitur, dicimus, & hoc quidem propriè feudum appellamus, licet non in re immobili, ſiue corporali conſtitutum veruntamen in ęquipollenti, ſcilicet in aliquo iure immobilibus ęquipollente ſit, vt *Vult.cit.* exponit *c*.

Quod autem circà feudum corporale ſpectat, vt in re immobili corporali conſtitui poſſit, probatur, etenim, vt ſuprà diximus, ex eo quod feudum non niſi in rebus immobilibus conſtitui poteſt, ideò conſequens ſit, vt cùm in rebus corporalibus conſtituitur, non niſi in rebus corporalibus immobilibus, ſecundùm feudi eſſentiam conſtitui poſſit.

B Diuiſionem iſtam tali loquendi ratione propoſitam, approbarunt *Bald.*, *Aluarot.*, *Prepoſitus*, *Mozz.*, *Iacobut. de Franch.*, poſt alios, *& alij*.

Quod rurſùs diximus feudum rectè in rebus incorporalibus conſtitui, patet, quia incorporalia inter immobilia annumerari probatur, ex conſ. feud. *e*, vndè feudum in incorporalibus conſtitutum, feudum in immobilibus creatum dicimus, quemadmodum eſt feudum in re corporali, puta in caſtro, vaſſallagio, & ſimiliter conſtitutum, vt in vſ. feud. habetur *f*.

C Cętera, feudum hoc incorporale, quę in ſpecie attinent, infrà, cùm de feudo improprio peragamus ſubſequentibus in viſionibus habes.

Dicere tamen ex ſupradictis non omittas feudum, in annuis redditibus conſtitutũ, rectè feudum proprium, ideſt ratione materię, putà in rebus immobilibus conſtitutũ etiam dici poſse, nam etſi ipſi annui redditus in Iure cõſiſtant, ac proindè inter incorporalia annumerentur; nihilò tamen minùs inter immobilia referuntur, vt *Dom. Reg. de Ponte* exponit *g*.

Ex cauſa finali feudum diuidi cum nequeat, nam feuda omnia propria ad eundem finem, ideſt, vt fides Domino à vaſſallo prędtetur, fidelibus dantur, ad alia progredi iuris methodi ratio expetit.

D

c *Vult. ſup. cit. ibid. nu. 22. et ſeq. iunct. Iacob. de Franch. d. q. 2. num. 208. idq; confirmatur ex cap. 2. de feud. cognit. et quid ſi in decimis cõſtituitur, an propriè feudũ dicẽdum ſit affirmatiuè dixit idem Iacobut. ibid. num. 209. et 210. ex cap. quamuis extra de decimis, Andr. de Iſern. in cap. 1. col. 1. in fin. verſ. vnde de feu. Marchiæ, et ex alijs, de quibus ipſum videas, hoc intelligens de decimis ſolitis laico infeudari ante prohibitionem ab antiquo, et quando non eſt ad mem. conceſs. in dubio præſumitur facta conceſsio ante prohibitionem, ex Io. Andr. in cap. 1. de præſcript. in 6. et alijs ibid. cit. num. 211. et 212.*

d *Bald. in cap. 1. de conſ. recti feud., et probatur ex cap. 1. §. ſciendum de feud. cognit. idẽ Bald. diuiſ. 22. in præl. feud. Aluarot. et Præpoſ. num. 62. Mozz. de feud. diuiſ. n. 34. Iacob. de Franch. in f. vſ. præl. quęſt. 2. n. 208. et ſeqq.*

e *Conſ. feud. in d. cap. 1. §. ſciendum.*

f *Vſ. feud. vid. in cap. 1. §. item, et ſeq., et §. ſi quis de manſo, tit. de inueſtit. feud. Curt. iun. de feud. in 6. q. in 4. req.*

g *Dom. Reg. de Ponte in lect. feudali 1. n. 44. & ſeq.*

## VISIO DECIMASEPTIMA.

IVremeritò poſteaquam feudorum cauſis elicientibus feudum ipſum diuiſerimus, eiuſdem feudi ex Conſtitutione, & ipſum feudum in partes diſtribui euenit, quibus omnibus aliud feudum, quod hæreditarium vocant, aliud ex pacto, & prouidentia appellatum, & ex his quodam mixtũ, cęteris excellunt.



Digitized by Google

# ELVCIDATIO. A

1 (Ex feudi conſtitutione, diuiditur feudum inhereditariū, & ex pacto, & prouidentia, & an diuiſio iſta ſit ī iure feudali fūdata exponitur.)

EX feudis, (quę à feudorum cōſtitutione repetenda fluunt, vt aliud feudum ex pacto, & prouidentia aliud hereditarium, & ex his quodam mixtum repetenda, vtq; principaliter pręcipuè, & frequentius latiſſimè inter DD. pluſquam alijs exagitata cum veniant, proindè ante omnia dilucidanda meritò ſunt.

Magiſtralem autem iſtam diuiſionem *Pileum*, *& Bulgarum*, inueniſse *Andr.* noſter *de Iſernia* atteſtatur *a*.

Communi Doctorum authoritatis voto diuiſio iſta etſi confirmetur *b*, nihilò tamen minùs in ea explicanda mirè DD. diſsētierunt, de qua re videndi ſunt *Roſenthalis*, *Vulteius*, *& alij c*, eandem tamen in foro vſu receptam, atque retinendam eſſe, per ea quæ obſeruantur in Imperiali Camera, *Andr. Gaillus* teſtatur, & nemini, niſi operam, & oleum perdere velit ab eadem recedendum, licitum eſſe, *Hartman. Piſt.* monuit *d*. B

Non tamen in iure feudali fundatam diuiſionem iſtam dicimus, veruntamen in vſu practico radicatam retinemus, nam ſi iuris feudalis fundamenta conſideramus, penitùs eā inſpicimus; Imò vix eandem in illis ſubſiſtere poſſe patet, vt *Piſtor.* atteſtatur, non tamen iuris feud. rationi repugnare, *Adam.* explicat *e*. C

Ex mente interpetrum tamen diuiſio iſta latiùs elucidatā eſſe *cit. Hartman.* concludit, nam, vt ex *Vulteio* edocemur, traditam feudi diſtinctionem ex iure feudali probari non poſſe *f*, planè tamen eandem non reiciendam, veruntamen elucidandam eſſe, *Georg. Adam.* animaduertit *g*.

2 (Feudum hæreditarium quid ſit dilucidatur.)

Feudo (igitur non hæreditario, vulgo, *ex pacto & prouidentia dicto* (quod nomen vtrum recipiendum ſit, *Fachineus* latè

*a Andr. de Iſer. in c. 1. de ſucceſs feud. n. 7. et in cap. 1. an agnatus, vel fil. nu. 1. quos ſequitur Thom. de Marin. in repetitione legis Imperialem, §. prætereà Ducatus p. mihi 272. de prob. feud. alien. per Frid.*

*b DD. ſunt Bart. in l. vt iur. iurandi, §. liberi, n. 4. et ſeq. PP. de oper. libert. Alex. conſ. 19. nu. 45. et 10. lib. 5. et conſ. 26. n. 2. 3. verſ. aut vaſſall. eodem lib. Iaſon in l. ſi poſt mortem, in princip. n. 2. 3. de legat. vbi communiter approbari teſtatur, et in conſ. 56. col. penult verſ. non obſtat ergo, verſ. 3. Dec. conſ. 185. nu. 1. et 2. et conſ. 395. nu. 7. verſ. et ſic patet, et conſ. 445. n. 8. in princ. vbi communem doctrinam dicit eſſe Afflict. in cap. 1. nu. 13. et ſeq. an agnat. vel fil. Soccin. iun. conſ. 113 n. 33. conſ. 114. lib. 2. et conſ. 42. n. 3. lib. 3. Natta conſ. 681. n. 1. in fin. vbi omnes in hoc conuenire dicit, Crauett. conſ. 679. n. 3. Rolād. à Vall. cōſ 55. n. 5. lib. 3. Clar. lib. 4. ſentent. §. feudum q. 9. Vult. alios allegans lib. 1. feud. cap. 8. n. 30. et communi DD. calculo receptam, Hartman. Piſtor. lib. 2. q. 1. et Bocer. de qualit. et differ. feudi cap. 5. num. 22. profitentur, Schrader. de feud. p. 2. cap. 3. nu. 19. Vueſenbec. de feud. cap. 2. num. 9 ſub fine, Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concl. 33. et communem quoque Georg. Adam. in ſyntgm. iur. feud. cap. 4. de feudo prop. et impropr. aphoriſm. 11. n. 1. poſt Arium Pinellum ad l. 1. par. 3. n. 84. et ſeq. C. de bonis maternis, Barthol. Camerar. in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, vbi Montanus quoque de probib. feud. alienat. per Frid. Borcolt. in comm. ad conſuet. feud cap. 3. diuiſ. 4. Fachineus lib. 4. controu. iur. cap. 3. Iacob. de Franch. in feud. vſ. pralud. q. 2. num. 108. declarant Carolus à Kirchberg. in diſcurſu de feud. ex pact. et prouidentia, cap. 1. et ſeq. et latè Andreas Knichen. lib. 1. de pactis inueſtit. cap. 2. n. 13. et qualiter in Regno noſtro Neapolitano diuiſio iſta amplectenda ſit Reg. de Ponte lect. 20 et 21. et lect. 1. nu. 112. et 114 d. f. et alij ex Dominis Regnicolis exponunt.* D

*c Roſenthal d. cap. concluſ. 33. et ſeq. Vult. d. cap. 8. num. 24. Knich. de inueſt. pact. lib. 1. c. 2. n. 25.*

*d Gaill. lib. 2. obſeru. 154. num. 18. Hartm. Piſt. lib. 2 q. 1. num. 107.*

*e Piſt. d. q. 1. iunctis Obrecht. in tract. feud. lib. 1. cap. 9. num 124. et ſeq. Bocer. d. cap. 5. Fachin. d. lib 7. controu. 3. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 3. num. 101. Sueuus exercit. 2. aſſert. 10. Adamus dicens potiùs iuribus feudalibus, hanc diuiſionem approbari, quam illis repugnare in d. cap. 3. aph. 12. num. 12.*

*f Vult d. cap. 8 num. 42. et ſeq. quem ſequitur cit. Schultzen. ibid.*

*g Georg. Adam. d. aphoriſ. 11. in fin.*

Digitized by Google

A laté controuerrit *h.*), hæreditarium feudum opponitur, quod quidem diſcrimen à feudi inueſtitura, ſiuè conſtitutione deſcendit, vt *Hartman.Piſtor.* affirmauit *i*; nam quod tibi, pro te, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumq; datum eſt,& ad hęredes etiam extraneos ex vaſſalli diſpoſitione tranſit, illud hæreditarium dici interpetratur, vndè tali verborum ratiocinatione ipſum feudum hæreditarium definiri rectè euenit, *eſt feudum*, conceſſum ſub ea verborum conditione pro te, ſcilicet tuiſque hæredibus, vel ſucceſſoribus quibuſcunque, vt *Andr.de Iſern & alij*, vna voce communiter exponendum fatentur k, indè hæreditarium feudum dicimus, cuius in conceſſione hæredum mentio facta eſt, vt *Schult.* approbat, ſiuè pro te, &
B hæredibus cõceſsũ, vt *Sueuus* cõſonat *l*, (& infrà exponetur, in quo feudo, modo ciuili ſucceditur, ſiuè eo modo, qui ſecundum iura ciuilia, in rebus allodialibus obſeruatur, hoc eſt, quod à defuncto vltimo poſſeſſore, ad quemlibet hæredem extraneum peruenit, vt *Georg. Adamus* loquitur *m*.

Ex eo autem, quod hęreditarium feudum iſtud dicitur, in hęreditatis petitione venire ſectamur; ex *Gloſ.*, quam *Andreas de Iſernia* ad hoc probandum allegat *n*, vndè feudum hæreditarium ſub fideicommiſso contineri, ſicque reſtitui debere vna cum alijs bonis hæreditarijs fideicommiſſo ſu-
C biectis, ſcripſerunt *Bald.*, *& alij o*.

Non

h *Fachin.7.contr.3.*

i *Piſtor.2. q.1.in princ.*

k *Iſern. in cap. 1. §. et olim de ſucceſs.feud. et in cap.1.n.15. qui ſucceſs.teneantur. et in cap. 1.an agnat.vel fil.etc.et in cap.1. de alien. feud. pater.et in cap.1. §.quid ergo, n.8. de inueſt. de re alien facta, Iacob. in verb. ità quod dicti inueſtiti, n.2 Bald.in l.cũ virum, de fideicomm. n. 21. et in cap. Imper. in princ. nu. 19 de probib. feud.alienat.per Frider. Soccin.ſen.conſ.19.n.4. lib.1.Iul.Clar.in §.feudum, q.9. num. 2. Couarr. 2. reſol.19 Balz. de inueſt. de re alien. fact. tit.8. ad tex. n.23. Gabriel lib. 6. de verb. ſignif.concl.3. nu.7. Piſtor.d.q.1.nu.41. Curt. iun.q 8.n.19. et conſ.1. num.2.et conſ.155.n.3. Alex.conſ.55.n.6.vol. 4.et conſ.26.eod. vol.4.et conſ.28. num.13. vol.5. Dec. conſ.158. et conſ. 208.n.7. et conſ. 185.num.1. Bero. conſ.68. num.31. Riminald. iun. conſ.9. num.87. et conſ 13.num.5.vol.1. et conſ.796. num.21. vol. 7. Hieron.Gab.conſ.30. num. 24. lib. 1. Roland. à Vall.conſ.23. num.40.et conſ.67. num.9. et conſ. 97. num.39.vol.1. Pariſ.conſ.1.n.5.et conſ.2.n.17.41.et 42.et conſ.23. num.169. lib.1. et conſ.3. num.8. et conſ. 5. num. 2. vol. 1. Gozzad. conſ. 4. num.10. et conſ. 8. num. 36. Loffred. conſ. 1. num.53. Euerard. iun. conſ. 50. num.8. vol.2. Gaill. 2. obſeru. pract. 154. num.2. eamquè communem referunt Soar. in theſi commun. opin. lit.f.num.57. et Iul. Clar.cit., ex Decio conſ. 455. num.8. et in prælud. feud. omnes interpetres ità tenuiſſe Roland. à Valle conſ.10. num.18. vol.3. et conſ. 48 num. 15.vol.4. et communiter ſequi Giacch. in addit. ad Iul.Clar.d.q.9. lit.C. illam autem, vt communem quoq; atteſtantur Roſenthal. in tract. feud. d.cap.2. concl.33. Borcholt. in comment. ad conſ feud.d.cap.3. diuiſ.4. Schrad.in tract.feud.p.3.n.19.et ſeq. Iacobut de Franch.in feud.vſ.prælud. d q.2. n 108. D. Reg. de Ponte d. lect.1. num. 112. et ſeq. et poſt alios ſupra cit. com. DD.ſententiam, et in*
D *pract. obſeruari, Franc.Card.Mantica atteſtatur lib.23.de tacit.tit.3. num.20. in fin.et alij.*

l *Schultzen.d.cap.3. num.99. Sueuus d.exercit.2. aſſert.10.*

m *Georg.Adam in ſyntagm.iur.feud cap.4 aphoriſm.12. in med.*

n *Gloſ.in PP.de petit.hæred. Andr.de Iſer illam allegans in cap.1. in fin. qui ſucceſs. teneantur, et in §. hoc quoque 2 col. verſ.ſi feud. de ſucceſs.feud. et in cap.1. §.quid ergo, col final. verſ.item et quando de inueſt. de re alien. facta, et in cap.1. col.1. in princ. an agnatus, etc. et in cap.1.§. huius autem generis, col.4.verſ. ſi ergo ex quibus cauſ. feud. amittatur, quem recenſet, et ſequitur Iacobut. de Franch. in feud. vſ prælud. q.2. n.108.*

o *Bald. in d.l.cum virum num. 21. verſ. aut eſt feudum hęreditarium, C.de fideicom. et expreſsiùs in l.1. q.34. PP. de rerum diuiſ. Alex. in l. ſi patroni num. 15. in princ. PP. ad Treb. Iaſ. in prælud. feud. num 49. Ruin. in conſ. 161. num.31. lib.1. Soccin. iun. conſ 79. num.17. lib.4. Tiraquell.in tract.de retract.conſang.§.1.gloſ. 7. num.27. Roland.à Vall.conſ.1.n.4 lib.3. Ant. Padilla in d. l. cum virum, num.55. verſ.2. limitabis, et alij, de quibus videndus Menochius eſt eſt lib.4.præſumpt.197. num.6.*

Digitized by Google

ſ (Feudum etiam ex pacto, & prouidentia experitur.

A

Non (hęreditarium, ſiuè ex pacto, & prouidentia illud communiter explicatur, quod alicui conceditur, *pro ſe, & filijs ſeù liberis, nulla hæredum facta mentione, vt Andreas de Iſernia, & alij* adſtipulantur *p*. Indè fit, vt in illo tantùm ſuccedant illi, qui à primo acquirente iure ſanguinis, atq; agnationis directè deſcendunt, ſiuè vt ſit ex liberis deſcendentibus primi acquirentis, licet hęres non ſit, vt DD. atteſtantur *q*. Cum qualitas illa hęreditaria huius feudi in ſucceſſione non requiratur, cùm in eiuſdem conſtitutione nullam hęredum mẽtionem fieri meminimus, & *Schult.* approbat *r*; liberorum autem hoc ſub nomine omnes deſcendentes venire extendimus, per ea, quæ I.C. expoſuit *ſ*, abſque eo quod hęredes deceſſoris ſint, cum & ipſum feudum ex pacto, & prouidentia, nulla hęredum facta mentione inſtitui dicatur, vt ſuprà diximus, & *Iſernia* ſcripſit, dicens quoque, hoc in caſu, ſcilicet, quo feudum ex pacto, & prouidentia eſt, feudatarius de illo diſponere in liberorum deſcendentium pręiudicium non poſſe, per ea, quæ *in conſ. feud.* habentur, cumque liberis ex concedentis prouidentia, atque contrahentium pacto dari videatur, proindè liberos vocatos dici, *Iur. Cõſ. reſponſorum*, argumento idem *Andreas* interpetratur *t*; quod etiam procedit, ſi Titio vaſſallo, & Petro feudatarij filio concedatur, quia eo caſu, & ſi à patre talis filius exhęredetur, nihilò tamen minùs, quia dictus feudatarij filius in inueſtitura vocatus fuit, in feudo, exhęredatione etiam legitima non obſtante ſuccedat, vt patet ex I.C. reſponſis *v*; nã & eo caſu dictus filius nominatus etiã in patris vita feudi medietatem obtinebit, vt *Iacobut. de Franch.* atteſtatur *x*.

B

Deterioris autem conditionis in feudi ex pacto, & prouidentia ſucceſſione, filium, quam agnatum DD. eſſe dicunt, nam ſi filius iſto in feudo ſuccedere voluerit, tunc ad ſucceſſionem legitimè vocabitur, cum & hęres patris erit, ſicquè requiritur, vt filius hęres patris ſit, adhoc, vt ſuccedere in feudo ex pacto, & prouidentia valeat; quod ſecùs eſt in agnato per ea, quæ conſ. feud. notantur, quidquid aliter *Andreas de Iſern. in locis ſup. allegatis* in contrarium dixerit

C

D

*p Andr. de Iſer. poſt Pilium, et Bulg. in cap. 1. §. hoc quoque alias, et olim n. 7. ibi ſi verò ſit datum de ſucceſs. feud. idem Andr. in cap. 1. n. 3. an agnatus, vel filius, verſ. hæc ſunt verba magiſtralia, Decius cõſ. 445. n. 8. Pariſ. conſ. 5. nu. 2. et ſeq. vol. 1. Iul. Clar. in d. q. 9. n. 3. Gabriel. d. concl. 3. nu. 22. Iacob. de Franch. in feud. vſ. prælud. q. 2. nu. 111. Franc. Card. Mãtic. lib. 23. de tacit. tit. 3. num. 29. Afflict. in d. c. 1. num. 13. et ſeq. an agnatus, etc. Sueuus d. exercit. 2. aſſert. 10. Vult. lib. 1. de feud. c. 8. num. 43. et ſeq. Hartm. Piſt. lib. 2. q. 1. et alij.*

*q DD. ſunt Bart. in d. l. vt iuriſiurand. §. ſi liberi, num. 4. PP. de operis libertorum, Alex. conſ. 19. nu. 5. et 10. et conſ. 26. nu. 23. et Afflict. communem DD. opinionem dicens in d. cap. 1. et ſeq. an agnatus, vel fil. etc. Clarus in d. q. 9. verſ. quandoq; Roland. conſ. 55. nu. 5. lib. 3 et alij, quos refert, et ſequitur cit. Mantic. d. n. 29. quibus accedunt Vult. d. cap. 8. n. 43. et ſeq. Knichen. de veſtit. paction. p. 1. cap. 5. c. 2. num. 1. et latè Kirchb. diſc. de feud. ex pacto, et prouidẽtia, cap. 1. n. 17. et ſeq. quem ſequitur Georg. Adam. Struuius in ſyntagm. iur. feu. cap. 4. aphoriſm. 12 num. 1. Sueuus d. aſſert. 10. verſ. ex pacto, et prouidentia.*

*r Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. cap. 3. num. 100.*

*ſ I.C. vid. in l. liberorum PP. de verb. ſignif.*

*t Iſern. in d. cap. 5. col. 1. an agnatus, etc. et in cap. 1. §. et ſi illum 3. col. verſ. quid ergo ſi dictum ſit, de alien. feud. pater. I.C. vid. in l. ſi arrogator, §. 1. PP. de adoptionib. et in l cum patronus PP. de leg. 2. ex quibus Andr. de Iſern. interpetrando concludit in cap. 1. col. 2. verſ. et in tantùm, et in §. hoc quoq; col. 2. verſ. ſi verò, de ſucceſs. feud. et in §. quia vidimus, de his qui feud. dare poſs. col. 2. verſ. iure iſto.*

*v I.C. vid. in l. dedit dotem de collat. dot. et in l. quodcunque, §. ſi ità PP. de verb. oblig.*

*x Iacob. de Franch. d. q. 2. num. 114. dicens num. 115. et ſeq. præſumi filij contemplatione feudum conceſſum, quando proprio nomine fidelis filium nominat, ex l. final. C. de vſ. fruct. et per ea quæ Andr. de Iſern. probauit in d. cap. 1. col. 2. de ſucceſs. feud. et in cap. 1. col. 1. verſ. ſi vaſſallus feud. priuetur, et in cap. 1. §. et circa ſi libellum, col. 3. in fine, verſ. Vndè, et col. ſeq. de alien. feud. pater.*

Digitized by Google

A nit Iacob., & Alex. ſectantur z; quæ ſententia ſalua tantorũ virorum pace, mihi non ſuadet, quoniam quod iure com muni feudorum habemus, filium tunc in feudo ſuccedere patri, cum hæres patris fuerit, quod ſecùs in agnato, id non loquitur de feudis ex pacto, & prouidentia, nec hæreditario, quæ illo iure incognita diximus: verùm de feudo paterno, vt ex dictis conſ. feud. lectura patet, in quibus ideò requiritur filium heredem patris debere eſſe, vt in feudo paterno ſuccedat, & ſecùs in agnato, quia filius non poteſt ſeparare allodia à feudis, niſi conſentientibus agnatis: his enim conſentientibus, repudiata hereditate, poteſt amplecti feuda, ita tamen, vt de his, tanquam de nouis beneficijs inueſtiatur, non quaſi de veteribus ſuis B rectis feudis, vt peritus *Iacob. Cuiac.* ſcribit *z*.

(Feudum ex pacto, & prouidentia, an fideicommitti poſſit.)

Feudum autem iſtud ex pacto, & prouidentia, non vti hæreditarium ſub fideicommiſſo contineri poteſt, atq; adeò à feudatario reſtituendum non eſt, vt *DD.* probarunt *a*, ea ſcilicet ratione, quam *Menochius* aſſignat, nempè quia Teſtator, feudum iſtud tenens, de eo diſponere, atq; fideicommiſſo ſubijcere non poteſt, cum hoc feudum ad filios dirigatur, ſeù pro filijs deſcendentibus, atque alijs in liberorum numerò ex agnatione comprehenſis in eorum, ſcilicet beneficium Principis ſiuè concedentis prouidentia tali pacto conceptum ſit, per ea, quæ in conſ. feud. adnotare fas eſt *b*.

C Quod tamen idem *Menochius* citatus, eo caſu limitat, quando fideicommiſſarius vnus ex perſonis in inueſtitura comprehenſis eſſet, quia tunc, ſcilicet ſi ſit vnus ex liberis deſcendentibus, non iure fideicommiſſi, ſeù ex teſtatoris indirecta diſpoſitione fideicommiſſaria, verùm iure proproprio, quia ſcilicet in inueſtitura vocatus talis vaſſallus in feudo ſuccedat, & iſto modo cauſam teſtati ad cauſam inteſtati reduci dicatur, iuxta ea, quæ in ſimili apud *I. C.* notantur *c*, quod quidem ſecùs eſt in feudo hereditario, cum illud, vt diximus fideicommiſsi vinculo ligari poſſe, ſcilicet illud quod tranſmiſſione acquiritur, & non ſucceſſione, proùt feudum ex pacto, & prouidentia eſt, ſecundum dicta per *Dom. Reg. de Ponte* *d*.

D Ratione diuerſi Iuris ſuccedendi ex conſtitutione, feudum non hereditarium, ſiuè ex pacto, & prouidentia ab hereditario diſcriminatur, vt *Vulteius* dixit *e*. Hinc eſt, quod dicitur in feudo hereditario, iure hereditario ſecundum Ius commune ſuccedi; in feudo verò ex pacto, & prouidentia iure ſanguinis, ſecundum prouidentiam Iuris feudalis, vt *Vult.* exponit *f*; illa namq; ſecundũ diuerſa iura, ciuilia, & feudalia, duplex ciuilis, & feudalis ſucceſſio eſt, & illa iure ſanguinis ſolùm ſucceditur, & quidẽ illi, qui primũ pacto

z *C. f. not. in cap. 1. de agnatus, etc. Alex. conſ. 27. cõſ. 2. et cõſ. 19 vol. 5. Iacob. de Franch. d. q. 2. num. 116. idemque quo ad agnatos ſectatur, Roland conſ. 67. nu. 21. Giac. in collect. com. op. in verb feud. n. 50. et in add. ad Clar. in §. feud. q. 9. lib. 6.*

z *Iacob. Cuiac. in com. feud. 2. tit. 50.*

a *DD. ſunt Bald. in l. cum virum n. 21. C. de fideicom. Bart. in l ſi patroni in princ. n. 3 et ibidem Alex. n. 12. Iaſ. in prælud. feud. n. 46. et in conſ. 77. col. 1. lib. 1. Ruin. in conſ. 38. n. 13. et in conſ. 161. nu. 78. lib. 1 Brun. in conſ. 39. in fine, Soccin. iun. in conſ. 72 col. 2. lib. 1. et in conſ. 79. n. 26. lib. 4. Padilla in d. l. cum virum, n. 55. Iul. Clar. in §. feud. q. 85. Aluarus Valaſchus in tract. de iur. emphyt. p. 48. nu. 8. cuius rationem Menoch. cit. ex DD. adduct. aſſignat. lib. 4. præſumpt. 197. n. 5. 9. 10. et 11.*

b *Conſ. feud. vid. in cap. 1. in princ. de ſucceſs. feud et in c. 1. an agnat. vel filius, etc.*

c *I. C. vid. in l. patronus, §. teſtam. PP. de bonis liber. Alex. in d. l. ſi patroni in princ. n. 12. PP. ad trebell. et in conſ. 19. n. 9. et in conſ. 29. n. 7. lib. 5. Iaſ. in præl. feud. n. 46. Ruin. cõſ. 72. n. 8. lib. 5 Curt. iun. in tract. de feud. in 1. p. q. 8. et in cõſ. 3. n. 13. Ant. Padill. in d. l cum virum, verſ. limit. hanc, C. de fideic. Iul. Clar. d. §. feu. q. 85. de quibus et alijs Menoch. ibid. quo ſup. cit. n. 10. adeundus, ac in præſumpt. 94. n. 7.*

d *Dom. Reg. de Ponte conſ. 34. n. 29. et 30. vol. 1.*

e *Vult. d. cap. 8. num. 43. 44. et ſeq.*

f *Vult. ibid. quo ſup. cit. num. 46.*

Digitized by Google

feudum acquiſiuit, ac verò ſecundo iure cognationis ipſi defuncto, vel etiam ex teſtamento ſucceſſio eſt, etenim vt alio modo præter ea, quæ iura feudalia exquirunt, ex pacto in feudis ſuccedatur, quoniã ipſa ſucceſſio de feudi eſſentia non eſt, veruntamen feudi effectus, ſiuè extrinſeca natura dicitur, contra feudi eſſentiam nec erit, vt *Georg. Adam.* ap*g*pbat, inde fit nihil obſtare, vt ex pacto præter, vel contra iura feudalia alius ſuccedendi in feudis modus cõſtituatur; inde ſi contra ſuccedendi morem, iure feudali ſcriptũ ex pacto ciuilis ſuccedẽdi modus non ſubrogetur, nec minus feudum propriũ erit formaliter tamen hæreditario diuiſum feudũ ex pacto, & prouidentia ab interpetribus vocatur, quia ſcilicet primi acquirentis ex pacto, ſiuè contractũ ſuo feudali liberis deſcendentibus ius quæſiuit, ipſiſque de feudo prouidit, indè rectè dicitur ex pacto, & prouidentia primi acquirentis, in feudo iſto tali inueſtitura inſtitutum ſuccedi, vel quod ex pacto primi acquirentis, atque Iuris feudalis, prouidentia, ſiuè diſpoſitione ſuccedatur, vt *Io. Thomas de Marinis*, *& alij* interpetrantur *h*, ſiuè Principis concedentis prouidentia, vt *Freccia* exponit *h*, quod quidem feudũ ex pacto, & prouidentia ex interpetribus quidam familiare feudum appellarunt, vt fuerunt *Iaſon.*, *& Pinell.* quemadmodum gentile domeſticum *Nicolaus Intrigliolus* vocauit *i*.

Cùm verò ex pacto in inueſtitura conuento, ciuilis ſuccedendi modus feudo accõmodatur, illud improprium feudum dicimus, ſiuè hæreditarium, vt quod non ex propria feudi natura, ſed ex pactionibus feudum conſtituentibus deſcendẽs, indè vtpotè ſecundum regulas iuris feudalis non conſtitutum feudum hæreditarium improprium dicendum eſſe patet, quia *ſ.* ciuili modo quilibet hæres cum qualitate hæreditaria in eo ſuccedat, vt de hac re latè *Roſenthalis* exponit *k*; quod ſimiliter feudum hæreditariũ tranſmiſſione acquiri dicatur, & non idem in feudũ ex pacto, & prouidentia, cùm illud ſucceſſione propriè acquiri dicendum ſit, vt ex *Dom. Regente de Ponte* ſuprà annuimus: ſimiliter quod feudum hæreditarium fideicommitti poſſit, non idem in feudo ex pacto, & prouidentia, vt ſuprà probauimus inter feudum hæreditarium, ſiuè cum qualitate hæreditaria conſtitutum, & feudum non hæreditarium, ſiuè ex pacto, & prouidentia differentias conſtituunt; ità quod feudum hæreditarium, & non hæreditarium, ſiuè ex pacto, & prouidentia in ijs, quæ probata ſunt, moraliter differant.

Quod autem (maximè eſt apud DD. controuerſum, quibus ex verbis ſiuè formulis feudum ex pacto, & prouidentia conſtitutum dicatur, & ex quibus hæreditarium, id quam latiſſimè diſputatum apud interpetres omnes legimus, nam vt rectè ſcripſerunt *Bocer.*, *& Io. Conſaluus*, hac de rè tot eſſe opiniones quot capita *l*, dicentes, bonum eſſe in hac ma-

Quod autem ſuprà circà feudum hæreditarium diximus, poſſe de illo diſponi in cuiuſcunque beneficium, etiam extraneorum, ita quod ad quoſuis hæredes maſculos, & fœminas tranſeat, intelligas, cùm inueſtitura pro ſe, & hæredibus quibuſcunque caneret, nec ſufficere, quod de feudo hæredes tantùm ſimplicitèr inueſtiantur, quidquid in contrarium *Roſenthalis, & Kirchberg* atteſtantur, de qua re latè videndus eſt *Georg. Adam. b*, dicens, quod vt poſſit feudum hæreditarium cum poteſtate ad quoſcunque diſponendi conſtitutum dici, requiratur, quod talis poteſtas diſponendi expreſsè conceſſa ſit, & inueſtitus de feudo, tanquam de re allodiali ſit, vel quod ſingulari loci alicuius conſuetudine dicta diſponendi poteſtas inducatur, ex *Roſenthali, & Gaillo c*, inter alia dicēte, feudum hæreditarium eſt, quādo expreſsè dictum eſt, quod feudum habere debeat naturam bonorum allodialium, quod alienari in quemcunque, & de eo pro arbitrio diſponi poſſit, reſeruata Domino directo fidelitate, ꝗ abſolutè hæreditarium, cum quibuſdā *DD.* feudum iſtud *cit. Adam.* vocat; Ego tñ arbitror, feudum hæreditarium ad quoſcunq; hæredes tranſmitti non poſſe, ex ſolo verbo, *hęredibus*, in inueſtitura appoſito, verū, vt ad quoſcunq; trāſmitti, & diſponi poſſit, etiā ad extraneos hęredes, requiri, quod fuerit feudum pro hęredibus quibuſcunque cōceſſum, nec quod expreſsè cōcedatur facultas diſponēdi ad quoſcunque, tanquam de rè allodiali, vt *cit. Georg. Adam.* dixit, cùm ſatis benè hæc poteſtas per ly verbum quibuſcunq; inducta ſit. Et licet vox, hæres, hæreditariam qualitatem non inducat in feudis, tamen per adiectionem vocis, *quibuſcunque*, omnis generis hæredes ad ſucceſ- C D

*a Iul. Clar. d. §. feud. q.9.n.4. et q.76.n.3. et alii quos allegat Vult. d.cap.8.num.65. dicens quoque ex Bambacar. in cap. 1. §. Titius nu. 47. ſi de feudo defuncti, etc. huic feudo mixto inueſtituram dare naturā, quæ ſanguinis, et hæreditariam qualitatem requirat, vt ſup., et quid cum ab vltimo defuncto hæres quis inſtituatur, an qualitatem hæreditariam hoc in caſu habere dicatur; eundem Vult. ex dicto Bambacar. latè adeundum eſſe arbitror.*

*b Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap.9. concl.59. et cap. 12. concl. 14. n.1, Kirchberg in d. diſcurſu cap.5. num 15. quos refert, et reprobat Georg. Adam. d.cap.4. aphor. 13. num.1.*

*c Roſenthal. cap.2. concluſ.36. Gaill. 2. obſeru. 154. num. vlt.*



Digitized by Google

A ceſſionem admittuntur, atque exindè benè colligi poteſt, ex dictæ vocis, *quibuſcunque*, adiectione, conſtituentes feudum, non ſolum hæredes feudales admittere voluiſſe, verùm etiam feudi naturam alterando, omnes quoſcunq; hæredes vocaſſe, vt *Nicolaus Intrigliolus* interpetratur *d*; hinc feudum hæreditarium tres in ſpecies diuidi euenit.

Prima quarum eſt, de qua ſup. dixi, ſcilicet quãdo conceditur pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, in quo non ſolum filij, & agnati, ſed etiam extranei, qui ſecundum naturam feudorum ſuccedere non vocantur, vt *Bald.* & alij interpetrantur *e*, quod quidem ideò hæreditarium dicendum euenit, quia tantùm qualitatem hęreditariam requirit, & rationem differentiæ ab ipſo hæredis nomine

B aſſumere videtur; Inde non benè feudum iſtud ex pacto, & prouidentia DD. quidam appellarunt *f*, ex eo quod videatur à feudi natura ex pacto tranſcendere, admittendo hæredes etiam extraneos ſuccedere, nam nullatenùs ex pacto, & prouidentia dici poteſt, verùm feudum conſtitutum in eſſe hæreditario, non aliud niſi nomen hæredis requirens, vt ſupra diximus.

Ex ſecunda ſpecie feudum hæreditarium dicitur, quod antiquum eſt, & alicui pro ſe, & hæredibus conceſſum fuit, in quo non ſolùm filij ſuccedunt, verùm etiam omnes agnati à primo inueſtito ſtipite, & capite communis agnationis deſcendentes, cùm ſine dubio in feudo antiquo

C agnati à primo inueſtito deſcendentes ſuccedant, vt in conſ. feud. habetur *g* (licet in Regno Neap. etiam in feudo nouo agnati admittantur, de qua re infrà, cùm qualiter in feudis ſuccedatur proponamus, mentio fiat.) Inde eſt agnatum probare debere, ſe ex deſcendentibus primi inueſtiti eſſe, vt *Aluarotus* animaduertit *h*; filij autem, & agnati cùm hæredes ſint, admittantur, ſecundùm inueſtiturę legem, vt *Andr. de Iſern.*, *& alij* ſcribunt *i*, quod quidem verbum, de hæredibus ſanguinis, & de hæredibus bonorum intelligatur, vndè vtraque qualitas hæreditaria, ſcilicet, & ſanguinis requiratur, feudumque iſtud dicatur hæreditarium ſecundùm quid, ſiuè mixtam qualitatem habens, vt ſuprà explicauimus, neque quia ex tenore inueſtituræ videatur dicta qualitas hæreditaria

D requiri, ex pacto dicendum dictum feudum erit, nam quia qualitatem hæreditariam, ex inueſtituræ conceptionis natura requirat, ideò hæreditariũ dicendũ erit, quidquid in contrarium *Iacob. de Beluis*, *& alij*, minùs rectè dixerint *k*.

Tertiæ ſpeciei feudum quoque hæreditarium ex ſucceſſione dicitur, nam feudum, quod ex ſucceſſione hæreditario nomine habetur, à feudo ex pacto, & prouidentia diſtinguitur, cùm ex inueſtituræ, ſucceſſionis nomine conceptæ tenore, feudum illud dependeat, licet in contrarium nonnulla *Mantica* producat *l*, nempè feudum hoc ſub qualitate hæreditaria conceſſum, quia ex pacto hoc induitur,

d *Nicol. Intrigl. tract. feud. q. 10. n. 158. iuncto Georg. Adam. propoſitionem iſtam ex alijs interpetrans d. aphoriſm. 13. nu. 4. idemq; ſequitur Gail. 2. obſ. 154. n. vlt.*

e *Bald. in l. 1. num. 27. verſ. 34. quæritur de rerum diuiſ., et in cap. Imperialem in princip. num. 19. de prohib feud. alienat. per Frid. Alex., Iaſ., et alii in l. Gallus, §. etiam ſi parente de liberis et poſthum., Soccin. ſenior. conſ. 157. n. 5. lib. 2. Ripa reſp. 23. num. 8. et 9. et 23. in fin. et ſeq. de iur. emphyteut. vol. 2. Alex. in conſ. 193. num. 1. verſ. contrarium, lib. 2. Curt. iun. conſ. 4. num. 4. et poſt alios Nicol. Intrigliol. et Gaill. ibid. quo ſup. cit.*

f *DD. ſunt interpr. in d. l. Gallus, §. etiãſi parẽte, de liberis, et poſthum., et in l. ex facto, §. vlt. PP. ad Trebell.*

g *Conſ. feud. vid. in tit. de ſucceſſ. feud., et grad. ſuec. etc. et in cap. vnico, de ſucceſſ. fratris, etc.*

h *Aluarot. in tit. ſi vaſſall. feud. priuetur, etc. in princ. num. 3.*

i *Andr. de Iſern. in cap. 1. §. hoc quoque, nu. 7. verſ. ſi feudum datum eſt tibi, de ſucceſſ. feud. et in cap. 1. in princ. n. 1. et ibi ſi dixit Titio, et hæredibus an agnatus, etc. Beluiſ. in cap. 1. de eo qui ſibi, etc. Natta conſ. 130. num. 3. et 4.*

k *Iacob. de Beluis, et Bald. in cap. 1. n. 3. et 6. de eo qui ſibi, etc. Natta conſ. 680. n. 4.*

l *Mantica de tacitis lib. 23. tit. 3. n. 57. et ſeq.*

Digitized by Google

ducitur, idcircò ex pacto dicendum, non verò hæreditarium; veruntamen Ego dico hæreditarium dicendum ex eo quod formaliter ratione conſtitutionis ipſum feudum hæreditarium, ſub qualitate hæreditaria conſtitutum à feudo ex pacto, & prouidentia, quod cum ſanguinis deſcendentiæ qualitate conceditur, diſtinguitur, & quia à qualitate illa hæreditaria feudum hæreditarium dependet non ab merito hæreditarium dicitur, & quia feudum ex pacto, & prouidentia ab illa conuentione, qua ſolùm liberi deſcendentes vocantur, ex hominis concedentis, atque legis prouidentia, qua ne feudum è primi acquirentis familia egrediatur ſolùm primi inueſtiti deſcendentes in feudum ſuccedere vocantur. A B

Feudum verò, quod ex pacto, & prouidentia dicimus duplicem prouidẽtiam continere exponimus, primam ſcilicèt legis, qua omnes maſculi deſcendentes à primo inueſtito ſuccedere vocantur, ita quod ex prouidentia legis, ſiuè iuris feudalis, cùm feudum ſimplicitèr conceditur pro ſe, & hæredibus, extranei excludantur, vt *Andr. de Iſern.* voluit *m*, nam regularitèr feudum ex iuris feudalis prouidentia ad deſcendentes maſculos in infinitum alijs excluſis progreditur, vt in vſ. feud. *n*, vbi, *quod in maſculis deſcendentibus hodie nouo iure, vſque in infinitum extenditur*. Hominis autem prouidentia, quæ coniuncta cum legis prouidentia, taxatiuè tantùm filios, ſiuè liberos deſcendentes in infinitum in feudis ſuccedere vocat excluſis extraneis, quemadmodum, & iure feudali cautum eſt *o*, vndè hominis prouidentiã rectè cum illa iuris feudalis cõiungi patet, vt dixi, & hæc eſt prouidentia, quam feudo ex pacto, & prouidentia includendo exponimus; Omninò tamen reprobamus, quod dicitur feuda ex pacto, & prouidentia ex inueſtituræ tenore ſimplicitèr, & non ex prouidentia legis, & hominis dici; vt *Pinellus* ſectatur *p*. Nam illo in feudo in quo ex pacto alio modo præter deſcendentium ſucceſſionem ſuccedi conuenitur, nullam, nec legis, nec hominis prouidentiam inuenimus, quæ .ſ. & legis, & hominis prouidentia, in feudo, ex pacto, & prodentia requiritur, & quidem non legis, nàm ſi v.g. paciſcatur, quod omnes hæredes ſuccederent etiam præter illos, quos lex feudalis vocaret, vt in feudo hæreditario eſt, nulla legis feudorum prouidentia adeſſet, ſicuti neq; hominis, nam quod feudum etiam ad extraneos hæredes transferatur, nec in primi acquirentis familia in perpetuum permaneat, non eſt hominis prudentia, ſed potiùs imprudentia dicenda, cùm bona in eius familia in infinitum ad liberos deſcendenties conſeruari non habeatur. C D

Inde patet malè dixiſſe illos feudum hæreditariũ, ex pacto, & prouidentia dici poſſe, etiam quando ad quoſcunque hæredes tranſit, quos ſuprà allegaui recenſitos, & aſſequ-

tos

m *Andr. de Iſern. in c. 1. n. 1. verſ. eſt ratio, de ſucceſs. feud. dicens, quod feudum dat liberis, lex, et legis prouidentia, ex cap. 1. §. cum verò, de his qui feud. dar. poſs. eundẽq; ſequitur Bart. in l. item videndum, §. nunc videamus, num. 1. in fine, PP. de petitione hæreditatis.*

n *Vſ. feud. vid. in d. cap. 1. §. cum verò, Conradus, et §. hoc quoque, de his qui feudum dare poſſunt.*

o *Ius feud. vid. in cap. 1. §. beneficia ex quib. cauſ., etc. Clarus in §. feudum, q 9. verſ. et in hoc propoſito notat.*

p *Pinellus in l. 1. §. 3. n. 84. verſ. vltra quos de bonis matern.*

Digitized by Google

A tos à *Mantica q*, nàm feudum ex pacto, & prouidentia, nō ſimplicitèr ab inueſtitura, proùt hęreditarium eſt, depēdet; vt ex dictis liquet; feudum igitur hæreditariū, cùm pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, conceditur, etiam ad fœminas ſucceſſione transferatur, quod secùs eſt, cùm feudum hæreditarium ex ſola voce, *hæredibus*, inducitur, nam tunc fœminæ non admittantur, niſi ex ſpeciali loci iure, vel conſuetudine, vel pacto hoc inditum ſit, cùm ex ſola illa voce, *hæredibus*, vt fœminæ ſuccedant, quod contra feudi naturam eſt, erui nequeat.

Hinc in Regno Neap. (in locis vbi Iure Francorum viuitur) licet quod feudum ſit hæreditarium, etiam abſque illa B voce, quibuſcunque fœminæ admittantur, & ex ſpeciali francorum lege, fœminis in feudis ſuccedere admittantur, ſeruata tamen ſexus prærogatiua, vt in vulg. *Regni Conſtit.* legitur *r*, quod ſicuti, vt prætèr naturam feudi fœminæ ſuccedere admittantur multiplicitèr fieri poteſt, ſcilicèt, vt ſexus prærogatiua ſeruetur, vt deficiente maſculo fœmina admittatur, vt in *d. Conſt.*, ita etiā vt inſimùl cū maſculo fęmina concurrat, occurrere ſpecialis alicuius loci iure, vel conſuetudine poterit, vt *Knichen*, & *Klock* ſcribunt *ſ*.

Feudum rursùs hæreditarium, ſiuè cum qualitate hæreditaria acquirens eum intentum habuiſſe dicimus, vt eius ſucceſſor tanquàm ſuus hæres non poſſit contrauenire C facto defuncti *a*, nam feudum cum qualitate hæreditaria emptum, proùt reliqua bona hęreditaria cenſetur, & reputatur vnicum patrimonium, nec diuerſum à bonis burgenſaticis *b*, in quibus ea regula locum habet, nempè hæredem defuncti factum ratum habere debere *c*, vnde quoque conſtat feudatarium poſſe dictum feudum, etiam inter viuos alienare, quod cum Domini aſſenſu intelligas, ſiuè ſucceſſores ſint deſcendentes, ſiuè collaterales *d*, cùm feudū hęreditarium, vti res allodialis habeatur, quotiès Domini voluntas eius alienationi, accomodatur.

Ex pacto verò, & prouidentia alienari nequeat in præiudicium vocatorum, dummodò antiquum ſit, cum nouum feudum, etiā ex pacto, & prouidētia alienari per acquirētē poſſit *e*, quod tamē cum aſſenſu intelligas, nam ſine aſſenſu, D nec. ſi ſe obligauerit ad illum impetrandū, talis obligatio nihil operatur *f*, cùm quodcumque feudum ſine aſſenſu alienari nequeat, & ſi apponatur clauſula, ſaluo aſſenſu Domini *g*, ipſum attamen feudum ex pacto, & prouidentia imò quodcumque feudum proximo ſucceſſuro vendi poſſe dicimus, etiam ſine aſſenſu *h*, & feudum iſtud ex pacto, & prouidentia nullum grauamen recipere poſſe, etiā dicimus *i*, quoniam eſt legitimam primogeniti eſſe non ambigit. *k* poſſe tamèn etiam feudi ex pacto feudatarium omnes fructus pro tempore eius etiam vitæ ſine aſſenſu videre dicimus *l*.

q *Mantic. d. l. n. 56. 57. 58. et ſeq.*

r *Conſt. Reg. vt de ſucceſſionibus.*

ſ *Knichen. de veſt. pactìon. par. 1. c. vl. Klock. tom. 2. conſ. 32. per tot. & conſ. 157. q. 1. tom. 3.*

a *D. R. Rou. d. ſ. prag. 4. nu. 93.*

b *D. R. Rouit. d. l. prag. 23. nu. 27. D. R. de Marin. in l. 1. var. reſ. cap. 161. nu. 6.*

c *l. neq. mater. C. de rei vendic.*

c *D. Reg. Rouit. de tit. abuſ. prag. 1. num. 123.*

d *Idem D. Reg. Rouit. d. l. n. 125.*

e *D. R. Rou. d. l. n. 126. competat tamen in feudo nouo primogenito legitima, quæ quanta ſit vid. D. Reg. de Marin. lib. 1. c. 150. n. 1. vſq. ad 19 n. 16. nam legitimus ſucceſſor nullum ius in feudo nouo habet D. R. de Marin. d. l. 1. cap. 24. nu. 9. & 12.*

f *Idem R. d. l. n 177.*

g *D. Reg. de Mar. lib. 1. reſ. cap. 124. n. 12*

h *D. Reg de Marin. l. 1. var reſ. c. 23. nu. 7.*

i *D. R Rouit. d. ſ. prag. 4. nu. 78.*

k *Cit. Rouit. d. l. n. 116.*

l *D. R. de Marin. d. l. 1. cap. 119. n. 2.*



Digitized by Google

Siuè autem feudum hæreditarium ſit,ſiuè ex pacto,in Regno viuitur in eo iure francorum *m*, & ideò dicitur, feudum ex pacto, & prouidentia, præcipuè in Regno iure francorum legitimam primogeniti eſſe ? A

De feudo hæreditario ( quod in Regno maximè vigere diximus ) tandèm etiam ſcribendum eſt, quoniam omnia feuda in Regno tali hæreditaria eſſe ſuprà diximus, prout & ipſum Regnum hæreditarium eſt *a*, ſucceſſorē in feudo hæreditario non modo teneri ad onera, quia vti hæres ſuccedit,verùm etiam ad ſolutionem legatorum omnium pro concurrenti valore feudi:vndè poterit cogi, vt feudū vendat,& ſi illud retineat,poteritque etiam carcerari *a*, & hoc procedit etiam ſi feuda hæreditaria contrà voluntatem teſtatoris ad ſucceſſorem prouenißent, nempè prò debitis, legatiſque, feuda in æſtimatione venire,& ita in S.C.in cauſa Iuliæ Piſcicellæ cum D. Fabio Galeota referente D.Conſiliario de Haro, actuario de Felice deciſum teſtatur *Galluppus b*, quod ex dictis eiuſdem *Galluppi* intelligas,quando feudum perueniſſet ad hæredem vti hæredem,non verò quando preciſo inſtitutionis vigore iure feudorum ſucceſſiuo ſuccederet,quia tunc ad nihilum tenebitur *c*, cùm à iure vocatus dicatur:vndè dicitur,quod quando defunctus non inſtituit in feudo, quem de iure debet inſtituere, non habebit ille feudum à teſtatore, ſed iuris beneficio *d*; etenim ſi ſuccedens prætèr, vel contrà defuncti voluntatē ad onera non teneretur eſſet in poteſtate defuncti feudi qualitatem mutare *e*, & niſi teneretur ſucceſſor iſte à iure vocatus, cùm teſtator extraneum inſtituerit,eſſet occaſio cuique decedenti fraudandi creditores,& ità ex his rationibus pluriès deciſū in S.C.habemus,licet *Camill.de Curt.* deciſ. S. C. opugnauerit *f*, ſucceſſor autem, qui legitimè ad ſucceſſionem vocatur eius anteceſſori feudum tenendi cum qualitate hæreditaria diſponenti inter viuos,vel in vltima voluntate ſinè aſſenſu, & feudum illud iure proprio capiet, & per Regni conſtitutionem Diuę Memorię poterit diſpoſitionem reuocare vt *Io. Andr.* ſcribit *g*,qui in feudo hæreditario loquitur,& filius ſiuè ſucceſſor, tunc capiet iure proprio, & ad aliquid non tenebitur,etenim ſicuti tenens feudum potuiſſet diſpoſitionem illam reuocare, tanquàm ſine aſſenſu factā ex *dict. Conſt. Diua Mem.* ita etiam permittitur ſucceſſori *h*.

(Right margin, beside the text: B at "hoc procedit etiam…"; C at "iuris beneficio d"; D at "quid non tenebitur".)

Quoniàm verò præterea in Regno ex *conſtit.vt de ſucceſſionibus* vbi *Franc. iure viuitur* ius feudorum commune, quo feuda diuidi intèr ſucceſſores ęqualitèr poterāt,limitatum eſt,& feuda indiuiſibilia etiàm apud ſucceſſores fa-

cta

m *D.R.de Marin. d.l.* 1.*cap.* 250.*n.*2.

a *D.R.Rouit.ſup.prag.* 1.*de bon.prod.num.*95. *& in rub.prag.d.feud.n.* 22.*&* 32.

a *Dom.Præſ. de Fran. deciſ.*704.*Dom.Reg.de Pont. lect. f.* 11. *num.* 58.*Thor. in comp. dec. in verb. feudū fol.* 139. *&* 207.*Camill. de Medic conſ.*55.*per tot. Viſcont.in addit. ad cit. de Franch.deciſ.*1. *verſ.in eadem dec.*24.*& in ſuis concluſ. quæ incipit exequtio ſententiæ, & in alia, qua incipit feudi hæreditarij, poſt alios Gizzar.deciſ.*26.*nu.* 1. *&* 58.*Gallup. in prax. S.C.part.* 3.*cap.*3.*fol.* 147.*nu.*15.

b *Gallupp.d.l.*

c *Anna alleg.*96.*nu.*3. *&* 126. *Dom. Conſ.de Georg.allegat.* 19.

d *Gloſ. in conſt. Regni vt de ſucceſſ. Io: Vinc. de Anna in alleg.* 126.

e *D. Lanar. conſ.* 80. *Viſcont. in cond. incip. vaſſallus in eius teſtam. fol.*281. *per Gizzar.d. deciſ.*26. *num.* 44.48. 152.*& ſeq. maximum argumentum affirmatiuū hoc,& illud Lanarij eſſe dicens.*

f *Camill. de Curt. in diuerſ iur. feud in cap. multoties nu.*60.*& ſeq. fol* 49.*qui ſequit. Ann. alleg.*126.*n.*14. *& ſeq. contrarium tamen tenet & rectius Conſ.de Geor. dic. alleg.* 19.*&* 20.*D. Reg. de Pont. de Poteſt. proreg. fol.*279.*&* 280. *quem refert,& ſeq.Viſc. in addit.ad dec.*1.*D.Præſ.de Francb. & latè in concluſ.incip. feudi hæreditarij in fin.fol.* 85.

g *Io. Andr in cap.imperialem col.*11.*quem allegat Gizz.d.deciſ.nu.* 9.

h *Andr in cap.*1. *§.donare qualitèr olim &c. Afflict.deciſ.*240.*vnde dicitur filium feudum non habere vti hæredem dum viuit alienans,ſed ex prouiſione legis.*

Digitized by Google

A ɛ̃a ſunt, ita vt primogenitus ſeruata ſexus prærogatiua in feudis ſuccedere ex dicta *conſtitutione* tantùm admittatur *i*, vndè ex ea *conſtit.* vocantur filij cæterique deſcendentes ſuccedere in feudis, ſeruata ſexus, & ætatis prerogatiua, & ex latere cognatis, non vti hæredes, verũ vt filij deſcendentes, vel etiam vt proximiores: vndè dictũ eſt feuda omnia in Regno ex Principis, ſiuè dictæ *conſtit.* prouidentia deferri *k*, ſicque verbum, hæres, non ſumitur pro hærede teſtatoris, ſed pro hærede ſanguinis à l. vocato, & ſuccedere in feudis admiſſo, vndè dicuntur etiam filij, & proximiores agnati vigore, & beneficio dictæ *conſtitionis* hæredes *l*, non verò hæredes ex pacto vel inue-
B ſtitura *m*; vndè filij, & proximiores agnati non iure hæredis, ſed vt vocati à dicta *conſtit.* ſuccedunt.

Vndè dicendum euenit, quoniàm attenta dicta diſpoſitione *conſtit. Regni*, non vt hæres ſuccedebatur in feudis, ſed vt proximior vocatus, ſiuè hæres ſanguinis, idcircò eo tempore non tenebatur ad dicta onera ſucceſſor, dum feudum iure proprio, ſiuè ſanguinis, & vocationis, ex dicta *conſtit.* capiebat *n*.

Quod quidem ſecùs eſt, cùm poſtmodum ex inueſtiturę verbis feudum hæreditarium, vel non, habemus, de quo dicta *Gloſ. in d. conſtit. num.* 109. nam eo caſu licèt proximè ſucceſſuri non inſtituantur, non tamen ad illud poſſunt ve-
C nire, niſi vti hæredes, & cum qualitate hæreditaria, introducta poſt dictã *Gloſ. l.* nempè poſt tempus Caramanici Gloſſatoris *conſtit. Regni*, nempè tempore *Caroli II. Reg. o*, à quo tempore verſa eſt formula inueſtiturę in Regno *pro se, & hæredibus, & ſucceſſoribus*, ſicque qualitas hæreditaria cognita *p*: vndè rectè dicitur dictã *Gloſſã in dicta conſtitut.* dicentem beneficio legis hæres vocari in feudi ſucceſſione, non intellexiſſe de feudo hæreditario, cùm quando dictus *Caramanicus gloſſator* dictas *conſt. Regni* gloſſauit, dominabatur *Carolus primus q*, ſicque adhùc incognita erat dicta qualitas hæreditaria, introducta in Regno tempore *Caroli II.* vt dixi.

Habemus exindè, quod antè quàm in Regno fuiſſet dicta qualitas hæreditaria cognita, omnia feuda fuiſſe ex pro-
D uidentia legis, ſiuè iuris, nàm, & ſi apponebatur in inueſtitura verbum, hęres, intelligebatur de hæredibus ſanguinis, prout etiam de iure communi feudorum habemus *r*.

i *Et an d. cõſt. ius com. in Regno faciat vid. Cãpag. in præl. ad cap. Reg. Affl. in prooem. conſt. Gram. dec. 2. D. Præſ. de Franch. dec.* 102. *Afflict. dec.* 404. *Nouar. in præl. collect. ad prag. Reg. nu.* 4.

k *Andr. in cap.* 1. *§. & olim nu.* 8. *de ſucceſſ. feud. & ibi expreſſe declarat Afflict. n.* 34 *& in cap.* 1. *§. notandum nu.* 10. *de his qui feud. dar. poſſ. Cannett. in rep. cap. ſi aliquam in cap. ſeù §. incipient n.* 11. *&* 12. *fol. mihi* 216.

l *Gloſ. in d. conſt. verb. ex vtroq; parente.*

m *vt latè declarat Anton. de Alex. in cõſ. vlt. int. cõſ. Loffredi quẽ meminit Gizz. d. dec.* 26. *n.* 13.

n *Gizz. d. deciſ.* 26. *n.* 16. *licet iure tranſmiſſionis ab vltimo moriente ſuccedere primogeniti ex dicta conſtit. dicantur ſicq; vltimi morientis hæredes debere eſſe dicitur D. R. Rouit. ſuper prag* 4. *de feud. n.* 94. *tamẽ nõ intelligitur debere eſſe hæredes, ex pacto verum tanquam vti hæredes à d. conſt. ſiuè lege vocati.*

o *Cap. Regn. conſiderantes de prorog. ſucceſſ. in parlamento generali ob tantum Andr. in dic. conſt. vt de ſucceſſ. in verſ. filij autem frat. in* 3. *col.*

Q Vndè

p *Napod. in conſuet. & ſi teſtator in verb. diſponere num.* 1.

q *Latè Gizz. deciſ.* 2. *vndè hodiè feudũ conceſſũ pro ſe, & hæredibus ex corpore dicitur, hæreditarium Reg. Rouit. d. ſ. prag.* 4. *nu.* 53. *& n.* 92. *& n.* 124.

r *Vt in cap.* 1. *& tot tit. de eo qui ſibi, & hæredi ſuis in cap. vn. §. ſimiliter, & declaratur de l. Conrad. ibi ſuiſque hæredibus (cum inquit) intelligi debet de ſolis maſculis cap.* 1. *§. et ſi clientulus, & ibi Andr. in prin. & in fin. de alienat. feud. Petr. Greg. de conceſ. feudi par.* 3. *à princ. vſq. ad n.* 9. *& ſcribit, q̃ n.* 8. *tẽpore And. verbũ hæredibus intelligebatur ſecundũ ſubiectam materiã de iure communi feudorum pro filio maſculo tantùm, ſicque pro hæredibus ſanguinis Gizz. poſt alios quos allegat d. dec.* 26. *num.* 19. *quod limitat in conceſſione facta ab homine in qua exprimitur verbum hæres, nam tunc erit hæreditarium, ſecus cum à lege exprimatur nam tunc ex legis prouidentia erit poſt Cannet. & Camer. ſcribit cit. Gizz. dic. deciſ. nu.* 20. *cumque à l. exprimantur ſecundum ſubiectam materiã intelligenda ſunt.*

Digitized by Google

Vndè remanet ex dicta formula inueſtituræ in Regno recepta, nempè pro te hæredibus, & ſucceſſoribus, feuda in Regno hæreditaria introducta fuiſſe, & indè etiam eſt receptum apud Regnicolas paſſim, quoniàm omnia feuda in Regnò hęreditaria ſunt, etiã ea feuda, quę capimus cõtrà, vel præter defuncti voluntatem *ſ*, ſicque indubitatum remanet, quod diximus, ſucceſſorem teneri ad onera hodiè in Regno, ſiuè ſecundùm defuncti voluntatem, ſiuè prętèr in feudis ſuccedat, ea nimirum ratione, quia ex dicta formula inueſtituræ qualitas hæreditaria inducitur, quę operatur, vt ſucceſſor, tanquam hæres in feudo, factum defuncti prædeceſſoris ratum habere teneatur, quia ſanguis, & qualitas hæreditaria, ex dicta formula inueſtituræ concurrunt *t*. In feudis verò merè hæreditarijs, vel mixtis agnati non admittuntur citrà ius, & nomen hæredis, vt ſanè *D. Conſil. Gizz.* probat *t*. A

An autẽ hæres iſte teneatur ad debita ſine aſſenſu contracta, vid. latè *Menoch.*, & ad quę onera teneatur, vid. latè *Andr. a*, & de *Franc.* vbi deciſum refert, feudatarium, ſuccedendentem in feudo hæreditario, teneri ad ſolutionem omnium legatorum pro concurrenti valore feudi, & hæredẽ renuentem feudum vendere, poſſe carcerari, vt ſuprà *b*, & quid operetur qualitas ſanguinis, & hæredis in Regno *c*, in quo omnia feuda ſunt ex pacto, & prouidentia hęreditaria vid. *D. R. de Ponte d*, & accedente aſſenſu, quo indulgetur de feudo hęreditario poſſe diſponi, allodio illud feudũ ęquipollere dixit *Frecc. e*, & de eodẽ feudo hęreditario validũ eſt teſtamentũ, cùm in eo immediatus ſucceſſor inſtituitur *f*, & diſpoſitio *Tex. in l fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* in dictis feudis locum habet *g*, & qualitèr autem feudum ex pacto à feudo hęreditario, circà vtilitatem inuẽtarij differat, vid. latè *Caput.* vbi nouam opinionem contrà *Ann. iun.*, *&* *Frecc.* probat *h*. B C

Feuda autem ex pacto, & prouidentia hęreditaria in petitio-

ne

*ſ Gizz. d. deciſ. 28. nu. 23. dicens nu. 26. conceſſionem Principis tibi, & hæredibus tuis factam importare, ſi filij tui tibi ſint hæredes, & ſic ex domini inueſtitura ex tunc sũt hæredes, ita vt amplius curemus, an inſtituãtur, vel ne, & n. 27.*

*t Gizz. d. dec. 28. n. 26. et 28. & qualiter feudum, nõ prima natura hæreditaria attenta, datur ſucceſſione, conſiderata ſecunda hæreditaria debeatur trãſmiſſione, vt non ſuccedamus primò, donec à moriente transferatur ſanguis, & qualitas hæreditaria nu. 29. & quod forma hæc in Regno pro tè, & hæredibus faciat proximè ſucceſſurum hæredem in feudo, etiam ſi defunctus alium faciat hæredem in patrimonio nu. 30. & 31. eamque diſcurrit n. ſeqq.*

*t Gizz. d. loc. pluries laudatus n. 31. vndè eſt quod dicitur inueſtituras eſſe inſpiciendas, an ſcilicet ex eis inducatur feudum ex pacto, & prouidentia, vel hæreditariũ, aut mixtũ Viſcon. conc. incip. inueſtitura poſt alios, quos allegat quibus adde Capib. in prag. 1. p. 1. n. 13. & 15. Cam. de Curt. in diu. iur. feud. f. 37. n. 64. & ſeq. Ricc. nouiſſ. coll. 3087*

a *Menoch. conſ. 464. num. 30. & ſeq. vol. 1. Ann. alleg. 96. & 126. iuncto Schrader. de f. part. 2. cap. 5. nu. 42. de Franch. dec. 704.*

b *Petr. Greg. de conceſſ. f. cap. 47. n. 11. D. Fuluius Lanarius in addit. ad repet. D. R. Lanar. in cap. 1. de ſucc. feud. num. 27. & 28.*

c *D. Reg de Ponte in lect. f. 1. num. 113. & lect. 19. nu. 12. & lect. 20. Conſil. Thedor. alleg. 22. in Regno tamen hæreditarium ſemper in dubio præſumitur Minad. in d. conſtit. vt de ſucceſſ. num. 34. Mareſc. var. reſol. l. 27. lib. 1.*

d *D. Reg. de Ponte dec. R. C. 11. nu. 74. & qualiter in dubio hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia feuda etiam ſecundum ius commune feudorum præſumenda ſint vltrà ſup. dict. vide latè Card. Mantic. lib. 23. de tac. &c. tit. 9. per tot. & quem effectum feudum hæreditarium producat vid. D. Reg. Rouit. conſ. 75. num. 43. 1. tom.* D

e *Frecc. de ſubf. lib. 3. in 3. formula ante num. 4. quo caſu ceßat textus in c. 1. de ſucc. feud.*

f *Ann. in repet. conſtit. diuæ mem. num. 134.*

g *D. Reg. de Ponte de poteſt. proreg. tit. de refut. feud. § 2. nu. 16. & ea imputantur in legitimam de Franch. deciſ. 368. Rouit. conſ. 41. nu. 18. & 24. Reg. Tapp. dec. 2. num. 417.*

h *Caput. ad conſuet. Neap. ſi moriatur part. 2. à nu. 21. vſq. ad nu. 28.*

Digitized by Google

ne hęreditatis, tùm in poſſeſſorio, tùm etiam in petitorio venire dicimus,& pater diſponendo in vita, vel in morte vel etiam delinquendo, pręiudicat filio; ſecùs in feudo nõ hęreditario *i*, vndè dicitur feudum hęreditarium, ſi ob aliquam culpam amittatur, in eo nec filios, nec agnatos ſuccedere, ſed ad Dominum directum reuerti k.

Et hęc dicta ſufficiant pro ſummaria elucidatione qualitatũ, feudorũ,& ex pacto,& prouidẽtia,& hęreditarij,& mixti, cętera verò, quę circà ea ſcienda eſſent, inf. vbi de ſucceſſionibus in feudis agitur dilucidabimus.

Feudis ex pacto, & prouidentia, hęreditario, & ex his quod mixtum dicunt, cùm cęteris feudorum diſtributionibus B excellerent, quę ſcilicet ex feudi conſtitutionis ratione diuidenda primò eſſent, elucidatis.

6 (Feudum quaternatũ, & feudũ de tabula, ex conſtitutionis ratione repetuntur, & quid ſint, dilucidè demõſtratur.)

Videndum (nunc neceſſe eſt, quæ nam alia, ſecundariè feuda conſtitutionis ex ratione diſtributa inducantur, & quidem, vt aliud feudum quaternatum ſit, aliud verò non quaternatum, planũ, ſeù de tabula, & ex his mixtũ quodã aliud dicatur, à feudi conſtitutione repetimus, ſcilicet, à diuerſa feudi conſtituenda ratione, inducimus.

Quaternatum feudum illud dicitur, quod à Regis tãtùm collationibus dependet, & quia in Regiæ Camerę in qua quęſtoris officium pręſidet, quaternionibus adſcriptum eſt; ideò quaternatum dicitur, vt *Andr. de Iſer.*, *& alij* exponunt *a*, iure communi feudorũ, haud tamen feudũ iſtud C cognitũ fuiſſe tradit *Capyc. b*, ex hoc autem feudo quaternato immediatè ſeruitium Regi concedenti adohamenti titulo ſoluitur, quod quidem quantum ſit, ſcilicet quantũ dicti feudi ratione pro adhoamento ſolui debeat *Andr. de Iſer.*



*i D. Reg. Rou. ſup. prag. 4. d. ſ. nu. 104. & 106.*

*K D. Reg. Rouit. ſuper prag. 4. n. 98.*

*a Audr. de Iſern. in c. 1. de controuerſ. inueſt. apud pares, &c. Aluar. in 21. diu. d. ſ. Lucas à Penna in l. 1. col 2. C. de ven. rer. fiſc. lib 10. & in l. quicunque col. 3. de omni agr. deſerto lib. 11. & in l. 1. col. 8. C. de imponend. lucrat. deſcript. lib. x. tit. Andr. de Iſern. in cap. imperialem col. 4. verſ. quaternatum de prohib. feud. alien. per Frid. & in cap. 1. col. vltim. verſ. non nè quo tempore, &c.*

b *Capy. in inueſt. feud. ver. quaternum, quem ſeq. D. Reg. Capyc. Latro conſult. 74. num. 1. lib. 1. & aduertit D. Reg. Rou. in rub. prag. de f. n. 51. & poſt eum Dom. Reg. de Marin. lib. 1. quotidian. reſol. c. 233. num. 181. Afflict. deciſ. Neap. 282. num. 1. vbi Vrſillus num. 1. Maur. ſenior alleg. 21. Marant. in ſingul. in verb. feudum quaternatum, Fuſc ſing. 4. lit. F. eo enim ipſo, quo feudum Rex concedit, dicitur feudum quaternatum, vt poſt alios tradit Afflict. d. l. num. 3. vbi nu. 4. addit quod altero de duobus concurrente, primo ſcilicet ſi expreſsè, vel per æquipellens conceſſerit feudũ Rex, quaternatum dicitur, quod ſequitur etiam Franc. de Amic. in tit. de his qui feud. dare poſſunt §. ſecundum autem num. 2. & §. tertia differentia pag. 56. ac D. Reg. de Ponte de poteſt. Proregis tit. 7. nu. 5. ſecundò ſi concederetur caſtrum ex eo, quod in Regno Neap. omne caſtrum feudum quaternatum præſumitur, vt* D *deducitur ex gloſ. ordin. in conſtit. Regni Iuſtitiarijs nomen, & normam verſ. præter vbi Andr in verb. de feud. & alijs adductis, Marin. Frecc. de ſubf. author. 29. n. 3. Viuius deciſ. 401. num. 11. D. Reg. Galeot. lib. 1. contr. 7. nu. 2. quod limitabis in caſtro ab Eccleſia poſſeſſo, quia eo caſu non in feudum, ſed in allodium datum cenſetur, vt atteſtatur Iſern. d. loco Afflict. in dic. conſtit. num. 29. Capyc. d. l. verſ. feudales appellationes in vltimis verbis, & in verb. feudorum clauſulę verſ. & caſtra omnia in Regno, et in rep. l. Imperialem verſ. 4. concluſ. eſt Frecc. d. l. nu. 5. & lib. 3. verſ. inter quaternata feuda ſub num. 34. add. Iſern. in cap. 1. verſ. item ſi ſit de cõtrouer. inter Maſc. & Fæmin. D. Reg. de Ponte conſ. 30. nu. 6. vol. 1. D. Conſil Io: Vincentius Andreas de Georg. alleg. 10. à num. 6. Intrig. cent. 1. d. ſ. cap. 43. nu. 62. atque ſpecialiter in caſtro cum iuriſdictione ſcribit Frecc. d. l. 3. verſ. quaternatum, & pro comperto ex Iſern. & alij haberi dicit Peregr. conſ. 1. prope nu. 23: vol. 1: & ita iudicatum, & obſeruari ſcribit D. Reg. de Ponte in dec. R. C. 2. num. 19. et ſolito perito more declarat D. Reg. Galeota dic. contr. 7. nu. 3. et alia non nulla, quæ addit Laganar. ad D. Reg. Rouit. in prag. 3. lit. A. de ord. iudic.*

Digitized by Google

*Iſer.* adeundus eſt *c*, & qualiter feuda iſta à Præſide Iuſti- A
tiario, cùm magna ſunt, recognoſci nequeant, ſcilicet cùm
de illis quęſtio eſt, ea deduci nequeat, ad Regni cõſtitutio-
nẽ adeundũ eſſe puto, vbi etiam ad rẽ noſtram habemus,
feuda quaternata eſſe, quę in quinternionibus Reg. Doha-
nę ſcripta sũt, quod feudũ *d*, Baroni eſcadens, Rex à Baro-
ne tenendum confert, vt in *Conſt. Regni* habetur *e*, feudum
autem iſtud, etiam ſi in Baronis territorio, ſitum ſit, nobile
vocandum erit, vt *Iocobus de Franch.* dixit *a*, nam cùm
vaſſallos dictum feudum habeat, & à Rege datum dicatur,
idcircò nobile appellandum euenit, vt *Iſern.* docet *b*; Qua-
ternatorũ autem feudorũ cognitionem, ad S.C. Neap. quã-
do fiſci intereſſe abeſt ſpectare, iure prag. Regni liquet,
ſecùs, verò cùm de fiſci intereſſe agitur *c*, B

Feudũ verò non quaternatũ, ſeù planũ, ſiuè Athenaſia eſt, q;
in territorio, ſine vaſsallis conſiſtit, & tenetur, nec aliter in
R.C. quinternionibus ſcriptũ eſt, vt magiſtraliter *Andr. no-
ſter de Iſer.* declarauit *c*, quod quidẽ non nobilitare *Marãta*
affirmat *d*, vbi etiam dicit feudũ planum conſiſtere in ter-
ritorio ſine vaſſallis, non verò in caſtro, vt poſt etiam
*Hieronymum de Roſſis*, & alios, peritus *Dom. Reg. Donatus
Antonius de Marinis* atteſtatur *e*, dicens tamen, exindè,
benè dixiſſe *Capyc.* *f*, caſtra omnia in Regno etiam ſi à
Barone teneantur, & recognoſcantur, feuda quaternata
cenſenda eſſe, non autem plana, quod quidem *Camill. de
Medic.* authoritate confirmatur *g*, dicentis ſubfeudum C
delli Giurani, vigore Regij aſſenſus, teneri in capite à
Principe Salerni, & tamen tanquam caſtrum habens vaſ-
ſallos feudum quaternatum appellat, quem *Lanarium, &
Laratham* ſequi idem *Regens de Marinis* dixit *h*, cùm
cit. *Laratha* dixerit, quod ſi Baro infeudaret caſtrum, non
eſſet illud planũ, ſed quaternatum, & quaternati inſtar ha-
bendum, vndè rectè dicitur, omne caſtrum eſt feudum
quaternatum, licet non idem è contrario, omne feudum
quaternatum ſit caſtrum, vt *Andr. de Iſer.* notat *i*, feuda
enim quaternata à Baronibus teneri non implicat, imò iu-
re, vt quaternata feuda à Baronibus teneri poſſe, cautum
eſt, vt in *Regni Conſtit.* patet *k*, & cùm à Barone feudum
qua- D

c *Andr. de Iſern. in c. 1. 3. col. verſ. in Regno de alien. feud. pater. & in cap. 1. de vaſſall. qui contr. conſt. loth.*

d *Regni conſt. de offic. iuſtitiar. & conſtit. poſt mortem de morte Baronis &c, vbi gl. & Iſer. iunct. Rit. M. C. V. 50. vbi Domin. Carauita Anna conſ. 44. nu. 53. Frecc. d. Author. 29. doctiſſimus Dom. Conſ. Paulus Staib. cent. 2. reſ. for. 175. nu. 13. D. Reg. Capyc. Lat. conſul. 74. nu. 4. lib. 1. vbi non nulla de quinternionib. R.C. tradit add. Conſ. de Georg. d. alleg. 10. num. 4. Camill. de Med. conſ. 49. n. 4. perit. D. R. Gal. d. contr. 7. n. 2. & cont. 24. D. Reg. de Marin. in obſeru. ad D. Reg. Reu. dec. R.C. 66. nu. 1. lib. 1. et in lib. 1. reſ. d. c. 233. n. 18. Nouar. de grau. vaßal. lib. 3. grau. 83.*

e *Conſt. Reg. poſt mortẽ & affirmat Andreas in § fin. col. 1. verſ. feudum ergo de capit. qui cur. vend.*

a *Iacobut. de Franch. d. q. 2. nu. 175*

b *Iſern. in d. cap. 1. de contr. apud pares, &c.*

c *Regn. prag. 3. de offic. S. C. peritus D. Carol. Petra in comm. ad Rit. M.C. 50. n. 3. 4. 5.*

c *Andr. de Iſern. in d. c. 1. nu. 9. de contr. apud par. term. Camer. in l. imper. fol. mihi 69. Afflict. deciſ. 282. D. R. Conſtant. in l. 1. C. de vendit. rer. fiſc. lib. 10. poſt n. 34. D. R. de Marin. reſol. iur. lib. 1. cap. 126. nu. 83.*

d *Marant. in ſuis ſingul. in verb. feud. verſ. feud. quater. attamen verè feuda eſſe ſicut quaternata dixit D. R. de Marin. lib. 1. reſ. cap. 233. num. 17. & 25.*

e *Hieronym. ſatis benè in quadam allegatione impreßa poſt Viu. deciſ. 225. num. 3. Dom. Reg. de Marin. ad. Reuert. deciſ. 69. num. 4.*

f *Capyc. in ſua inueſtit. in verſ. caſtr. omnia, & in verbo planum authoritate Iſerniæ in cap. 1. de capit. qui cur. vend. & in conſtit. Regni poſt mortem.*

g *Camill. de Medic. conſ. 47.*

h *Lanar. conſ. 94. nu. 86. & Laratha de feud. lib. 1. part. 7. dilucid. 60. nu. 6.*

i *Andr. de Iſern. in §. ille tamen col. 2. verſ. alia de contr. feud. apud Pares, &c. & in conſt. Regni ſi dubitatio in prima col. verſ. ponit.*

K *D. Regni conſt. poſt mortem de morte, &c.*

Digitized by Google

A quaternatum quis teneat, ſi maleficium, felloniauè patretur, propter quàm bona publicanda ſint, an feudum ad Baronem ſubinfeudantem, vel ad Regem primum dominũ deuoluatur, vide *Andr. de Iſern. l*, indè ex his rectè quoque dicitur, feudum quaternatum caſtrum eſſe cum vaſſallis, & iuriſdictione nobile: planum verò ruſticum territorium, abſque vaſſallis, & iuriſdictione, vt *Paris de Puteo* fatetur *m*, & illud quod noſtrates dicunt, feuda quaternata effici plana, ſemper debere intelligi, vt non ad caſtra cum iuriſdictione, ac vaſſallis, ſed ad feudi de manialia pertineat, de quibus videndus eſt *Pariſ. de Put. n*; feudum igitur planum, ſeù de tabula (quod omnes ſcire, cit. *D. R. de Marinis* dixit *o*,) quod ſcilicet à Barone cõceditur immediatè, & in capite à Baronali Curia tenẽdũ, ex quo ipſi Baronali Curiç ſeruitiũ prçſtandũ ſit, & ideò planum dicitur,

B ſecundũ interpetrationẽ *And. de Iſer. p*, nempè ex eò, quod de plana, & ſinè ſolemnitate concedatur, vt cit. *D. R. de Mar.* refert, vtquæ ex eò, quod à pari dicatur, in libellis de plano, & ſine figura iudicij in ſummarijs quæſtionibus per viam mandati procedi ſolitum eſt, & de tabula quia antiquitùs breue teſtatum in carta non ſcribebatur, verùm in tabula, qua antiquitùs prò carta vtebantur; ſimilitèr quaternata dicuntur, quæ à Barone, cùm Regis aſſensù conceſſa tenentur, vt in *Conſt. Reg. Neap.* expreſsè legitur, vbi feuda quaternata, quæ à Comitibus, vel alijs Baronibus tenentur, dicuntur *q*, vndè nunciata morte feudatarij prædicti ſupremo, ac directo domino, qui eſt Princeps primus

C concedens, qui cum voluerit concedat tenendum tamen à Barone, hoc eſt à Domino ſubalterno, cui vtilitates omnes releuij intraturæ, & ſeruitij ſeruantur, vt latè *Iſernia* declarat *r*.

Circà autem feuda plana, ſeù de tabula ſciendum eſt, quomodo habẽda ſit conceſſio iſta, quam per Baronem factum ſupponimus, ex *Georg.* vbi ſupra cit., poſt *Capycium ſ*, ob huius Regni Neapolitani alienandi, & ſubinfeudandi, iure eiuſdem Regni Conſtitutionis *u*, prohibitionem Baronibus caſtam; ſubinfeudare igitur cùm non poſſint, ex eo ſcilicet, quia feudi diuiſio, ſiuè diſmembratio, vt Re-

D gni-

l *And. de Iſern. in cap. ſi verò violator pacis ſuper verbo hæredes col. 1. verſ. patet ergo de pace iuramento firmanda, & notatur in c. imperialem §. illud in princ. de probib. feud. alien. per Frid.*

m *Paris de Put. de integr. feud. nu. 9. quæ incipit veniamus igitur ad primum iuncto Luca de Penn. in l. mulieres C. de dignit. lib. 12. quem refert Capyc. in cap. imperialem fol. mihi 27. col. 1. verſ. 5. notand. relatus ad D. Reg. de Marinis in obſeru. ad D. Reg. Reuert. dic. deciſ. 69. nu. 4. ante med.*

n *Paris de Put. de reintegrat. feud. in q. quæ incipit, quæ bona dicatur, &c. ab eodem D. Reg. de Marin. ibidem quo ſupra recenſitus*

o *D. R. de Marin. lib. 1. reſol. iur. cap. 126. n. 79*

p *Andr. de Iſer. relatus à Georg. in repet. feud. cap. 8. nu. 14. verſ. ideò Iſernia.*

q *Conſt. Reg. iud. ſup. cit cõſt. poſt mortẽ de morte Baronis, &c. Camer. in cap. imperialem fol. mihi 69. lit. A. & ſeq. in lit. E. dicens quaternatum dici, quia in R. C quinternionibus regiſtratur, vt ſup. diximus, quod quidem exiſtimauit peritus D. Reg. Conſt. Marchio Corleti in l. 1. Cod. de vendit. rerum fiſcalium lib. 10. poſt num. 34. quem quidem non abrè hunc ad ſenſum recolendæ memoriæ Dom. Reg. de Marinis ibidem ſupra cit. num. 82. circa medium exiſtimat. referens ad hunc ſenſum dicti Illuſtr. Marchionis verba ſcilicet (cauetur enim illa conſtitutione, quod ſi moriatur feudatarius, qui ab alio Barone feudum teneat, conceſſum tamen cum Regis aſſenſu, quod feudi genus noſtrates quaternatum appellant) idque idem D. Reg. de Marinis roborat authoritate Iſerniæ in cap. 1. de controuerſ. feudi apud pares terminanda, & in cap. 1. de nat. ſucc. feudi col. 7. & in conſtit. Regni de ſucceſſionibus adde eundem Andr. in dicta conſtit. poſt mortem, vltra Camerar. latè hoc declarantem in dic. cap. imperialem d. num. 69. lit. A. cum ſeq. ab eod. D. R. ibidem relato.*

r *Iſern. in cap. 1. de cap. Conradi.*

ſ *Georg. ſup. cit. poſt Capycium in dicto cap. imperialem, §. validius in 2. limit.*

u *Regni conſtit. diuæ memor.*

Digitized by Google

gnicolæ aiunt, induceretur, ad quod faciendum Regis noſtri Catholici feudorum Domini concedentis, aſſenſus ex ſtatutis, per citatam *Conſtitutionem*, cum requiratur, ita quod nec Proreges aſſentire poſſint, cùm à supremæ Regis voluntatis arbitrio aſſenſus iſte tantùm dependeat, idq; Regali poteſtati immediatè reſeruatum, per ea quæ in *Prag. Neap.* ſtatutū legimus *x*; Vndè per ſe Regni Barones, abſque ſcilicet Regis conſenſu ſubinfeudare non poſse, & ſi Proregis aſſenſus adeſset, vt dixi, licet in excadentijs contrarium ſit, vt in eadem *Regni Conſtitutione* legitur; ità vt benè poſſint pro eodem ſeruitio iterū eas concedere, quod intelligas, quando dictæ feudi excadentiæ, non eſſent Regio Demanio incorporatæ, vt citatus *Dom. Reg. de Marinis* ſcripſit, dicens, neque obſtare, quod *Capycius* dixit, Barones poſse burgenſatica in Regno in feudum ſine Regis aſſenſu concedere, quod quidem idem *Dom. Reg.* negat *z*, ex eo ſcilicet, quia concedendo bona allodialia in feudum Barones, eſſet magnum Regalis Patrimonij detrimentum, dum exempta, atq; immunia eſſent à collectarum, cæterarumq; functionum fiſcalium oneribus, ſiuè ſolutionibus authoritate *Petri Greg. a*.

*x Pragm. Regn. Neap. ſub tit. de feud. 4.*

*z Dom. Reg. de Marin. ibid. quo ſup. d. cap. 126. num. 81.*

*a Petr. Greg. de conceſs. feud.*

A

B

Feuda autem hæc plana, ſeù de tabula regulantur, ſecundùm Ius commune feudorum, non autem Regni *b*, incognita quaternata, & de tabula, ſiuè plana feuda de iure communi feudorum, dixit *Dom. Reg. de Marin. c*, vbi etiam de differentijs, & conuenientijs inter hæc feuda agit *d*, quod diximus feuda plana, ſecundùm ius commune feudorum regulari, non intelligas in feudis quaternatis, cùm ea ſecundùm Iura Regni regulentur; imò Iura Regni de feudis loquentia, de quaternatis intelligenda ſunt *e*.

*b Dom. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 233. nu. 6. et 24. et quare ibid. n. 7.*

*c Dom. Reg. de Marin. d. l. num 18. et an illum Dom. Reg. Rouit. ſuper rub. de feud. 51. et vnde deſumptum, num. 54. vbi quare non poſsit extra Regnum practicari.*

*d Idem Dom. Reg. de Marin. d. l. num. 19. 20. 21. 22. et 32.*

*e Dom. Reg. de Marin. d. l. num. 5. et 23.*

C

Ex feudis quaternatis, vel non quaternatis, mixtum quodam feudum componitur *DD.* Regnicolæ dicunt, illudq; explicant, quod ſit, partim ex feudo quaternato, partim verò ex feudo plano, non quaternato, ſiuè de tabula compoſitum, illudque quod ex dicta *Conſt. Regni* habemus exemplificant *f*, nempè quod à Rege concedebatur, tenendum tamen à Baronibus alicui cedebatur, vel ſecundū *Papæ Honorij* capitula, quod à Baronibus concedi ſolitum eſt, Regis tamen aſſenſu impetrato, proùt hodie quoque ob prohibitam feudorum ſubinfeudationem, abſque Regis immediato aſſenſu, fieri non poteſt, vt ſup. diximus, de hoc tamen videas *Andr.* & alios ſcribentes *g*.

*f d. Conſtit. Regni poſt mortem, quod mixtum etiam quidam quaternatum ſecundum quid appellant D. Reg. Rou. ſuper rub. prag. de feud. num. 49. Dom. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. cap. 233. num. 82.*

D

*g Andr. et alij in dicta conſtit. poſt mortem.*

Mixtum autem dicunt, quod à Rege conceditur, & à Barone tenendum traditur, quia quaternati naturam cùm in quinternionibus R.C. tanquam à Rege conceſſum adſcriptum, ſupponatur, vt *Andr.* citatus explicat; Et quia à Barone, non verò à Rege conceditur, ideò de plano feudo quodam-

Digitized by Google

A dammodò quoque conſtare videtur, dum feudum planum eſt, quod à Baronibus conceditur, ſicque mixtum iſtud dicendum erit, quod partim à Rege, partim verò à Barone, ſiuè vt meliùs dicam, immediatè à Rege, mediatè à Barone conceditur, de quo latè videas *Dom. Reg. de Ponte h*, à Barone tamen cùm feudum iſtud tenendum conceditur feudatarium recognoſcendum eſſe, *Camerar.* dixit, ſemper tamen ſuppoſito, quod *Regni Conſt.* iure requiritur, ſcilicèt Regis immediatus aſſenſus, cùm ipſa ſubinfeudatio, quemadmodum, & feudi alienatio prohibita ſit, ſecundùm ea, quæ ſuprà expoſui.

B In dubio autem in Regno Neap. omnia feuda ſimpliciter quaternata dicuntur, etiam ſi in Regiæ Curiæ quinternionibus ſcripta non reperiantur, nec pro illis Barones adhoam ſoluant, ita quod niſi legitimis, atque claris documentis feudum non quaternatum eſſe probetur, quaternatum dicendum erit, vt ex *Ill. Dom. Reg. D. Franc. Reuerterio* edocemur *i*, cætera verò circa hæc feuda plana, ſeù de tabula, & quaternata, latè habes apud *Dom. Conſil. de Georg. in repet. feud. in princip. fol. mihi 5. Dominum Reg. Rouitum dict. loc.*, & poſt alios *Dominus Reg. de Marin. dict. loc.*; ex vnica tandem vel iterata conceſsione facta à ſolo Barone, ſi illa per 30. annorum interuallum firma permanſerit, feudum planum C præſumatur, vt *Dom. Reg. de Ponte* teſtatur, rationem ad hanc ſententiam probandam adducens, & qualiter conſtituatur feudum planum, cum omnibus ſuis qualitatibus ſi Princeps aſſentiat feudatario hanc formam illi dare ſatagenti, iuxta doctrinam *Afflict.* aduerſus *Camerar.* idem *Dom. de Ponte* declarat *k*.

h *D. R. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de aſſenſib. et qual. oriatur ab aſſenſu præſtito ſuper ſubinfeudatione facta à Barone, qui regiſtratur in quinternionibus R. C. Summariæ, vid. latè D. Reg. Rouit. in rub. de feud. n. 52. et ſeqq.*

i *Dom. Reg. Reuerter. deciſ. R. C. Neap. 399. num. 2. et Dom. Reg. de Marinis in obſeru. ad d. deciſ. num. 1.*

k *Dom. Reg. de Ponte in lectur. 1. feud. nu. 98. & idem Reg. in eadem lectur. num. 99.*

---

## VISIO DECIMAOCTAVA.

D Feudum rurſùs, quod nàm proprium, vel improprium ſit (poſteàquam ipſius feudi eſſentiam definitione, atque traditis diſtributionibus diſplicauerimus) vt videamus remanet; Et quidem feudum proprium dicunt, quod perfectam feudi eſſentiam communemque feudi naturam habet, quod verò, vel à feudi eſſentia, eiuſdemque eſſentialibus, vel à communi feudorum natura recedit, illud improprium feudum conſtitutum appellant.

ELV-

A

## ELVCIDATIO.

FAcilè videre conſequens eſt, quod nàm feudum proprium, ideſt, ſecundùm feudi eſſentiam, atque communem naturam conſtitutum ſit, poſt explicatam eiuſdem feudi eſſentiam, atque naturam, per ea, quæ in definitione, alijſque ſuprà circa dilucidandam eſſentiam propoſuimus, idquè ex diuiſionibus quoque ſuprà traditis, cùm diuiſione rei quoque eſſentiam demonſtrari certum ſit, & quemadmodum ex definitione definiti eſſe oſtenditur, ità, & diuiſione totius diſtributi ipſa diuiſio eſſentiam elucidat.

B

Cùm igitur proprium hic dicimus, ipſum proprium non intelligimus, ſecundùm *Baldi* intellectum, ſcilicet quatuor modis intelligi poſse, commoditate, iure rei, iure inſtantiæ, & iure officij *a*; (Verùm de illo proprio intelligimus, quod verum eſſentiale, atque vnum ex prędicamētalibus eſt, quod quidem verbum, *proprium*, ità intelligendum, cum verbo, *feudum*, addimus eſſentiam propriam, feudi verbo, *coniunctam*, denotari dicimus; Vndè feudum proprium, quaſi ſecundùm veram, certamque feudi eſſentiam, atque naturam conſtitutum intendimus, quod apud conſ. feud. rectum feudum appellari conſuetum eſt, vel denique, quod propriè iure feudi cenſetur, vt in conſ. feud. legitur *b*, quemadmodum, & non rectum feudum improprium dicendum euenit, ſiuè non propriè iure feudi cenſendum.

1 (Proprium in materia de qua hic ſcribimus, quid ſignificet.)

*a Bald. in l. dictantibus verſ. item facit, C. de teſtam et in l. omnibus in princ. C. de teſtib.*

*b Conſ. feud. vid in cap. 1. de conſuet. rect. feudi, et in cap. 1. §. fin. de his qui feud. dar. poſs.*

C

A proprio(tamen, feudum, nō verè diſcedere dicimus, cùm à communi tantùm feudorum natura recedat, veruntamen ad propria feuda referenda ſunt, cùm ea, ſalua eſſentia, naturam feudi non aſſequuntur; quemadmodum contractus improprius dicendus non eſt, quando pacto contractus natura eſt immutata, cum neceſſaria, & eſſentialia conſtitutiua omnia habere ſupponatur, quæ quidem in eſſe proprio illud conſtituunt, ex eo quod à natura contractus, vt dixi recedat, neque exindè ipſum contractus improprium dici poterit; idemque in feudo omnia conſtitutiua eſſentialia habente in naturalibus tantùm à communi, atque regulari feudorum natura, ſiuè hoc ex pacto, ſiuè ex ipſius conſtituti feudi conditione, ſiuè ſingulari qualitate recedente, non tamen improprium, ſcilicet à vero proprio, quod eſſentiæ cohæret recedere dicendum eſt, quidquid ſecundùm DD. communem vſum loquendi, tale feudum, quod à natura tantùm feudi recedit, improprium vocari ſolitum ſit, quod quidem intelligas, non ꝙ impropriū dicatur, quia verè proprium non ſit, ſed quia feudi naturā nō habet, quæ proprio nihil auget, neq; decreſcit, cū eſsētialis ſit, vnde impropriū vocari

2 Feuda verè non recedere à proprio, cum ſolum à feudi regularibus, naturalib. pacto, vel ipſius conditione recedit.)

D



Digitized by Google

A

cari reſpectù ſcilicèt naturæ ſolent.

3 (Feuda tamen verè impropria ſunt, cùm à feudi vniuoca eſſentià recedunt.)

Impropria (autem feuda verè dicimus, cùm à communi, & intrinſeca feudi eſſentia recedunt, quæ quidem melius ſub prædicamento generis feudi, non perfectè ſpecies conuenientes, atque de eo participantes videntur, licet iure feudi cenſenda ſint, vt in vſ. feudorum legitur *c*. Diuiſionem autem iſtam, nempè, quod feudum aliud proprium, aliud verò improprium ſit, aliud rectum, aliud non rectum, ſeù conditionatum, DD. communiter atteſtantur *d*, eamque ex conſuetudinibus feudorum probant *e*.

*c Vſ. feud. vid. in cap 1. de feud. non habente propriam naturam.*

*d DD. ſunt Iacob. de Bel. in proœm. feud. col. 2. verſ. tertia diſtinctio, Dec. conſ. 138. num. 7. Bald. in tit. de pace conſt. in verb. libellariè, Lodulphus Schrader. de feud. p. 2. cap. 3. in princ. ſummam feudorum diuiſionem appellant Vveſenbec. de feud. cap. 2. num. 1. et 2. Obrecht. in tract. de feud. lib. 2 cap 2. n. 4. Sueu. exercit. feud. 2. aſſert. 2. Hattyler. in analyſ. iur. feud. cap. 4. lit. A fol. mihi 17. et 21. Zaſ. in epit. feud. par. 2. n. 6. et 7. et par. 12 n 1. cum ſeq. Curt. iun. de feud. par. 1. q. 9. nu. 18. Bero. conſ. 65. n. 37. et ſeq. lib. 1. Vult. lib. 1. de feud. c. 3. n. 2. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 4. aphoriſ. 1. et alii.*

*e Conſ feud. vid. in cap. 1. de conſ. recti feudi in cap. 1. de nat. feud. in c. 1. de nat ſucceſs. feud. in cap. 1. §. finali quid ſit inueſtitura in cap. 1. de feudo non habente propriam naturam, in c. 1. de forma fidelitatis, et in c. 1. de noua forma fidelitatis.*

B

---

## VISIO DECIMANONA.

FEudis, quæ impropria ſunt, ea antecellunt, quæ feudorum intrinſecę eſſentiæ non conueniunt, nempè primò cùm in inueſtitura quis in feudum concedendo conueniat, vt omne rei dominium, tàm in proprietate, quàm in vſufructu in accipientem transferatur, vel ſecundò, ſi in re mobili putà in pecunia, feudum conſtituatur, vel tertiò, ſi in perpetuum feudum non concedatur, verùm ad tempus detur.

C

## ELVCIDATIO.

1 (An feudũ dicẽdũ ſit ſaltim imporpr. cùm proprietas & vſusfructus in vaſſallũ conceduntur.)

QVia (in definitione diximus, feudum vſumfructum eſſe, atque proindè in feudatarium ex feudo non niſi dominium in vſufructu transferri, proprietatis verò dominium apud concedentem remanere, ex quo ipſi Domino, ſiuè ſeniori concedenti pręſtanda fides eſt, quæ de forma, atque ſubſtantia feudi dicitur; cùm igitur contra feudi eſſentiam, vt omne feudi dominium in vaſſallum transferatur, Dominus largitur: Primò, feudum verè improprium à feudi eſſentia recedens dicendũ euenit, imò nec prædicabile de proprio feudi genere, cùm in in feudi eſſentialibus deficiat, nam, vt ſuprá diximus, quod dominium in proprietate apud concedentem remaneat, vnum ex feudi eſſentialibus eſſe, rectè igitur cùm taliter feudum conſtituitur, ità illud immutari, vt feudum, ex tali inueſtitura, nullo modo conſtitutum dicatur, ſecundùm ea, quæ *Thomas de Marinis*, *&* *alij* de communi atteſtantur *f*, licet tamen receptior ſententia videatur, feudum quidem tali caſu conſtitui, veruntamen impro-

D

*f Thom. de Marin. de feud. tit. 18. num. 23. Oltrad. conſ. 169. Mandell. conſ. 64. num. 29. et ſeq. Burſat. conſ. 4. num. 6. et conſ. 45. n. 4. vol. 1.*

 A

prium, vt ſcripſerunt *Bald.*, *& alij g*, cæterum verior ſententia ea mihi videtur, tale feudum nec improprium feudum dicendum, verùm, cùm ea conuentione, ſiuè pacto in feudum datur, contractum aliquem innominatum induci, cùm ſub genere feudi nullatenùs conuenire poſſit, ea ratione, quia feudum vſusfructus eſt, & vſusfructus non niſi in re aliena habendus eſt, atque adeò in re, cuius dominium in proprietate penès alium eſt, quam opinionem poſt allegatas nonnullorum ſententias, quas ſuprà propoſui, *Vulteius* defendit *h*.

2 (Feudum in re mobili conſtitutum iure impropriũ eſt.) B

Similiter (ſecundò, quia vt feudum in rè immobili conſtituatur, tanquam de eſſentia feudi in definitione diximus, & de eiuſdem feudi eſſentialibus eſſe, vt in rè immobili conſtitui feudum debeat, cùm probauerimus, fit exindè quotiès ipſum feudum non in re immobili, verùm in re mobili conſtituitur, totiès verè feudum improprium à feudi eſſentia recedens, dicendum erit, atque proindè, veræ feudi eſſentiæ non conueniens, ſiuè de feudi prædicamento non prædicabile tale feudum erit, cùm eſſentialiter à propria feudi eſſentia diſconueniat.

3 (Feudum in pecunia inſtitutum quia in re mobili cõſtitutum dicitur verè improprium eſt.) C

Sanè autem (exemplum, quando feudum in re immobili conſtitui non dicatur, verùm in re mobili eſſe poteſt, cùm feudum in pecunia inſtituitur, quod quidem triplici modo ſortiri poteſt, vt *Georg. Adam.* explicat *i*, nempè primo modo, cùm pecunia apud ipſum Dominum feudi eſt, atque his Iure feudi alteri certum ſoluit redditum, vel ſecundo modo, cùm ex pecunia tertio cuidam credita, quis iure feudi redditum percipit, vel tertiò tandem modo, cùm ipſe, cui feudum in pecunia conſtituitur, ſiuè illam à Domino feudi acceperit, ſiuè ipſe ſuam pecuniam allodialem Domino, vt ea in feudum conuerteretur, obtulerit, tenet, vt *cit. Adam.* loquitur, dicens; Primo modo, exempli gratia, ſi quis pecuniam alicui ſoluat, vt de illa inueſtiatur, & certum inde capiat redditum, feudum improprium conſtitui exindè poſſe certum eſſe, nam ipſe Dominus cùm pecuniæ, penès ſe habeat proprietatem, ſcilicèt dominium in proprietate habet, dominium verò in vſufructu vaſſalli, quod vtile dicitur, in iure percipiendi redditum conſiſtat, per ea quæ *Vveſenbec.* dicta conferunt *K*; Feudum improprium; Secundo modo quoque in pecunia conſtitui poſſe DD. concedunt, cùm ius circa ipſam pecuniam apud tertium exiſtentem, ſiuè ipſum nomen ad Dominum pertineat, & vaſſallus ſolum percipiendi Ius, inde redditum habeat, vt *Andr. de Iſern. & alij* atteſtantur, quos citatus *Adamus* ſequitur *l*; Tertio verò modo feudum in pecunia, nec quidem conſtitui poſse, nonnulli exiſtimarunt, ex eo quod pecunia vſu conſumatur, & nullus eius vſus ſit, niſi eandem expendas, & expendendo plenum dominium eius in alium transferas, vt ex *Imperatore Iuſtiniano* habemus *m*, neque D

que

g *Bald. in l. 1. circa fin. C. ſi plures vna ſententia, Soccin. conſ. 76. nu. 47. vol. 1. Mozz. de accidentalib. feud. nu. 24. peritus Duaren. de feud. cap. 2. n. 8. Schrad. 2. de feud. 2. n. 31. Riminald. iun. conſ. 513. n. 40. vol. 5. atque ità rectius exiſtimaſſe DD. ſcribit Vveſenbec. cap. 2. de feud. in fine, et ante ipſum hoc idem approbauit Zaſ. in epit. feud. p. 12. num. 33. et Duaren. tale feudum impropriũ quoq; dixit de feud. c. 2. n. 8. iuncto Marin. de f. tit. 19. n. 5.*

h *Vulteius lib. 1. de feud. cap. 8. n. 80. circa finem.*

i *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 4. aphoriſm. 2.*

k *Adam. ibid. quo ſup. cit. n. 1. Vveſenbec. cõſ. 8. num. 5.*

l *Andr. de Iſer. in cap. vnico ſi de feudo vaſſall ab aliquo interpellatus fuerit, n. 2. circa finem, verſ. item ſi dediſſet, Matth. de Afflict. in eod. cap. vnico, nu. 2. et Borcholt. de feud. c. 6. num 13. Adam. ibid. quo ſup. cit. num. 2.*

m *Imperator Iuſt. vid. in §. 2 element. de vſ. fruct. lib 2.*

Digitized by Google

A que ipſa pecunia dominium directum, vel vtile, cùm habere poſsit, neque ex partium conuentione proprietatem, ab vſufructù diſtinctam habere queat, idcircò in ea feudum conſtitui non poteſt; Proprietas enim (ſiuè dominium directum) feudi, ſcribit *Andreas de Iſernia*, debet remanere apud Dominum, & vtile tranſire in acceptorem; ſed ſi daret pecuniam in feudum, & conſumeretur, deſineret eſſe proprietas apud dantẽ, & ſic deſineret eſſe feudũ, nã ipſo vſu pecunia extinguitur; ſi verò eã vaſſallus nõ conſumeret, ſed in arca teneret, eſſet inutile feudũ, nec haberet vſumfructũ, & commoditatem aliquam, inde quod exigitur, vt feudum ſit, deſineret: ratio .n. naturalis cõmutari non poteſt (& addit idem *Iſern.*) volendo vt ſit

B feudũ, quod eſſe non poteſt; Veritas debet inſpici, vtrũ ſcilicèt proprietas ſit apud dantem, & eſſe poſsit vtilitas apud acceptorem, non quod voluit dans, ſicut non poteſt dari in caſtrenſe à propinquis, ideſt quod in caſtris non quærit, vt *Schrader.* poſt *Iſern.* loquitur, quem ſequitur, & allegat *cit. Adam.* n, qui ad hanc firmandam ſententiam dubijs nonnullis reſpondet, ad quem circà rem hanc prò nunc me remitto, cùm infrà latè de hac re peragere mihi ſit, nempè, cùm in quibus rebus feudum conſtituatur, videndum proponam; Quatenùs autem res noſtra hic expetit, ſciendum eſt, feudum in pecunia conſtitui non poſſe, ob rationes ſupradictas, cùm autem con-

C ſtituatur, verè improprium dicendum eſt, à feudi eſſentia recedens, tanquam in re mobili conſtitutum: quando autem in pecunia conſtitui poſsit, & quid requiratur, infrà, cùm de rebus, quæ in feudum dari poſſunt, cum *Georg. Schultzen.* elucidabimus o.

4 (Feudum ad tempus conceſſum verè improprium etiam eſt.) Tertiò (cùm feudum vſumfructum perpetuum in definitione eſſe dixerimus, atquè proindè de eſſentia feudi eſſe, vt feudum perpetuum ſit, ſuprà probauerimus, ſequitur exindè feudum temporale verè improprium feudum eſſe, etiam à feudi eſſentia, ſiuè eſſentialibus recedens.

4 (Temporalia feuda quænam ſint.) Temporalia (igitur feuda ſunt, feudum de Camera, & Cauena.

Eſt autem feudum de Camera ius percipiendi, de Camera, ideſt Ærario Principis aliquod ſtipendium, putà

D quando ob præſtitum ſeruitium ex Camera, ſeù theſauro Fiſci, ſeù ex Ærario Domini quotannis certa pecuniæ quantitas conceditur, ſicque Camera Ærarium interpretratur, vt *Zaſius* explicat p. Vndè dicunt feudum de Camera, dici ſtipendium vaſſallo à Domino ex Ærario ſuo conceſſum, vt *Schrader.* ſcribit q, ex eo quod curam, ſcilicèt pecunias percipiendi habet, ex Camera, ſiuè Ærario, vbi theſauri Principum reponuntur, proùt in Ciuitate Neapolitana, adeſt locus denominatus militum arca, vbi omnes Regis Catholici introitus, qui ex hoc Regno Neap. percipiuntur, cuſtodiendi, & militiæ diſtribuendi

n *l. ſi fortè de Caſtr. pec. cap. vnic. ſi de feud. vaſſ. ab aliq. etc. Schrader. par. 3. cap. 1. nu. 7. Adam. d. aphoriſm. 2. num. 3.*

o *Georg. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. cap. 4. n. 34. 35. et ſeqq. vſq; ad 43. et 44. iuncto Georg. Adam. vid. in d. cap. 4. aphoriſm. 3.*

p *Zaſius in epit. feud. p. 4. num. 58.*

q *Schrader. par. 2. c. 3. de feud. num. 8.*



Digitized by Google

buendi cauſa reponuntur, & huius rei exemplum aliud *Aluarotus* in Ciuitate Paduæ proponit *r*, vbi deputans locus eſt, qui Camera dicitur, in quo loco dicit officialem Camerarium denominatum adeſſe, qui omnes introitus reſeruat, vt diſtribuet. In iuris ciuilis quoque corpore, feudum hoc de Camera, quodammodò exemplificari poſse videtur, nempè in authenticorum corpore *ſ*, ex dictis quoque per *Andream de Iſernia*, ipſum feudum de Camera dici poteſt, quando Princeps, habens vectigalia, & dohanam, & alicui vnum vectigal concedat, vel tantùm in dohana *t*: hæc autem Camera, qualiter cubiculum, ac Triclinium, ſeù Cœnaculum apud Germanos, ſignificet *Voſs.* adeundum eſſe cenſeo *v*, & qualitèr pro conclaue intelligatur, in quo Domini pecunia ſeruatur, ex teſtamento *Caroli Magni*, apud *Eginhardum*, quod incipit: *Deſcriptio, atque diuiſio, quam perfecit de theſauris ſuis, atque pecunia, quæ in illa die in Camera eius inuenta eſt*, vltrà *Hottomanum*, *Georg. Adam.* explicat *x*; Deſcribitur autem feudum de Camera, quod ſit feudum temporale improprium, quo mediante transfertur ius percipiendi aliquid de loco, vbi Principis theſauri conſeruantur, deducto ære alieno. Quę quidem deſcriptio definitioni æquiualere videtur, nàm per ly verbum, *feudum*, genus oſtenditur, cætera verò verba differentiam oſtendunt; dicitur autem, feudum iſtud de Camera temporale improprium, vt oſtendatur, quod ex hoc feudum de Camera improprium ſit, & quia ſcilicèt, temporale eſt; ſi namquè feudum de Camera, vel de Cauena in perpetuum concedantur, propria feuda erunt, ſecundùm *Afflict.*, & aliorum dicta *z*: etenim ſi ex eo quod temporalia feuda iſta ſunt, & non ex alio impropria dicenda veniunt, ſemper, quo impropriandi ratio ceſſat, ſcilicèt cùm in perpetuum concedantur, totiès propria dicenda erunt. Dicitur autem in deſcriptione illa, deducto ære alieno, vt oſtendatur, tunc eſse vaſſallo ſtipendium ſoluendum, cùm ex theſauro, in Ærario conſeruato, æs alienum deducèretur, nam ex eo ſtipendium non debetur, niſi cùm deducto ære alieno, ſit in Camera, vel Cauena, vndè ſolui poſſit, nam cùm Camera euacuata eſt, expectandum erit, donec iterùm de Camera, vel Cauena dari poſſit, vt *Feudiſta* loquitur; quemadmodũ etiã ne Dominus egeat, debetur, vt *Iacob. de Beluis*, ex conſ. feud. diſplicat *a*; & an poſsit cogi Dominus ad locum Cameræ uaſsallo aſſignandum, vid. *Andream de Iſern. b*.

Feudum verò de Cauena, vel Cauenæ, vt alij dicunt, eſt ius, ſeù facultas ex cellario, vel horreo eiuſdem vinum, frumentumuè percipiendi, ſiuè quando ex Cauena, ſeù penuario vini, frumentique certũ quid ſingulis annis percipiendum in feudũ conceditur, nàm Cauenæ nomen, & ſi-

r *Aluarot. in præl. 17. diuiſ.*

ſ *Auth. corp. vid. in §. præcepta, in auth. de defen. Ciuit. collatio 3.*

t *Andr. de Iſern. in cap. 1. col. 2. verſ. Vnde de feud. Marchiæ, ac in c. 1. §. ſi verò Vaſſallus quid ſit inueſtit. quem ſequitur Iacob. de Frãchis q. 2. nu. 45. in præl. feud.*

v *Voſs. de vit. ſerm. l. 1. cap. 30.*

x *Georg. Adam in dict. cap. 4. aphoriſ. 18. n. 2.*

z *Afflict. in cap. 1. §. 5. n. 7. de feud. cognit. Goeden. conſ. 11. de ſucceſs. abint. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concl. 75. et 76. lit. E. quem ſequitur cit. Adam. vbi ſup. n. 1.*

a *Iacob. de Beluiſ. dict. cap. 1. §. ſi feudum, de feud. cognit. ex not. in c. 1. de not. feud. Schrad. d f. par. 2. cap. 3. nu. 8. Feudiſt. in cap. 1. de not. feud. Roſenth. d c. 2. cõcl. 36. nu. 1. Ruding. in meth. iur. feud. lib. 1. cap. 6. n. 3.*

b *Iſern. in cap. Imperialem, §. illud quoque in fine, de prohib. feud. alien per Frid.*

Digitized by Google

A & ſignificat cellam, vbi vinum reponitur, & locos vbi oleum, vel frumentum cuſtodiuntur, per ea, quæ *Andr. de Iſernia*, *& alij* declarant *c*; Cauenæ autem vox, qualiter à Saxonibus, atque Gothis repetenda ſit, *Georg. Adamum* adeundum eſſe cenſeo *d*.

Feudis autem iſtis de Camera, & de Cauena, feuda, quæ ſoldatæ dicuntur, æquiparantur; licèt non nullas differentias inter hæc, & illa quidam conſtituant, de quibus vid. *Roſenthalis* eſt *e*: dicitur autem ſoldata, vt in conſ. feud. habetur, quia plerunque in ſolidorum donatione conſiſtit, veluti, cùm nobili, qui lapſus facultatibus eſt, annua penſio conceditur, vt in vſib. feud. habetur, quod etiam feudum perſonaliſsimum appellatur, proùt feudum habitationis eſt, vt *Card. Mantic.* dixit, & à Germanica voce, *ſold*, nomen hoc, ſoldata, oriri, *Georg. Adam.* ſcribit *f*.

B

Tria rursùs hæc feuda, de Camera ſcilicèt, Cauenæ, & ſoldatæ, dupliciter ſortiri poſſunt, vel enim in curte Domini, vel extra Domini curtem; in curte quidem Domini, cùm inſtituantur, feuda de Camera, Cauena, ſeù ſoldatæ in curte dicuntur; cùm autem extra Domini curtem conſtituantur, extrà curtem dicta feuda appellabuntur; & indè quid ſit feudum in curte, vel extrà curtem, elucidandum eſt.

C 6 (Feudum in Curte, vel extra curtẽ, quid ſit oſtenditur.)

Et quidem (feudum in curte illud dicunt, quod vaſſallus in Domini territorio poſsidet, extrà curtem verò, quod vaſſallus in prædijs, quæ Dominus alieno in territorio habet, obtinetur, vt rectè *Bocerus* interpetratur *g*.

Cuius feudi diuiſionis explicationem, ex ipſa vocabuli curtis, vel cortis ſignificatione, *Georg. Adam.* deſumit, cùm dixerit vocabulum curtis, curiam, aulam, & domum Domini, denotare, & cõprehendere, & ad res inde quoque, ad eam pertinentes, ac redditus omnes Domini ſpectare dicitur, de qua re latè dictum *Adam.* videas, qui & ſi cit. *Boceri* traditam interpetrationem, refutari authumetur, nihilò tamen minùs, *Bocerum, & Schultzen*, dictum *Bocerum* aſſequentem, amplèctor, quidquid de *Adami* contraria doctrina ſit *h*.

D

Probatur autem *Boceri* interpetratio, quia partes curtis, ſiuè Curiæ dicuntur plures vaſſalli, qui ab eodem Domino in illius territorio eadem feuda poſſident, vt in vſ. feud. legitur *i*; quemadmodum, & Iudex Curtis, ſeù Curiæ Iudex territorij dicitur, argumento I. C. reſp. *k*.

Ex *Vulteio* autem, feuda in Curte, & extra Curtem, *Georg. Schultzen l*, ita definita recẽſet, vt primũ illud quidẽ ſit, quando res ipſa, ex qua quis vtilitatẽ ſibi iure feudali conſtitutam habet, non conceditur vaſſallo, ſed à Domino retinetur, quaſi in ipſius domo, vt eſt Ærariũ, vel Cella Domini; ſecũdũ verò, quãdo res ipſa, in qua Vaſſallus feudalem uſumfructum habet, extra domum quaſi

con-

c *Iſern. in cap. 1. col. 2. ver. vndè de feud. March. et in cap. 1. §. ſi verò vaſſallus quid ſit inueſt. Aluarotus in proœm. feud. 17. diuiſ. Bald. in cap. vnic. de not. feud. et in cap. 1. §. ſi verò vaſſall. in tit. quid ſit inueſtit. Schrad. in tract. de feud. par. 2. cap. 3. n. 81. et ſeq. Schneid. in epit. feud. par. 1. n. 61. et ſeq. Roſenthal. in ſynopſ. iur. feud. cap. 2. concluſ. 75. n. 2. et ſeq. Vulteius 1. feud. cap. 8. n. 24. et ſeq. Sonsbec. de feud. par. 8. num. 24. Zaſ. de feud. par. 4. n. 9. Hann. 1. feud. 4. Georg. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 3. num. 29.*

d *Georg. Adam. d. cap. 4. d. aphoriſm. 18. nu. 3.*

e *Roſenthal. poſt alios d. cap. 2. concl. 75. nu. 4. et ſeq.*

f *Conſ. feud. vid. in c. 1. quis dicatur Dux, vſ. feud. in d. cap. 1. quis dicatur Dux, Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 3. num. 70. Georg. Adam. d. aphoriſ. 18. n. 4.*

g *Bocer. de differ., et qualit. feud. cap. 4. n. 40. et ſeq. quem recenſet, et ſequitur Georg. Schultz. in ſynopſ. feud. cap. 3. num. 96. Iacobut. de Franch. in ſ. vſ. præl. q. 2. num. 191.*

h *Adam. d. aphoriſ. 18. num. 5. 6. 7. et 8.*

i *Vſ. feud. vid. in c. vnic. apud quem, vel quos etc.*

k *I. C. vid. in l. fin. PP. de iuriſd.*

l *Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 30. Georg. Schultzen. d. c. 3. n. 97.*

Digitized by Google

conced entis tranſit in domum accipientis, vt eſt fundus, A
prædium, & aliæ res immobiles, in quibus feudum con-
ſtituitur, vt cit. *Georg.* dicit.

Feudum item gratuitum, & officioſum, vltrà feudum Ca-
meræ, Cauenæ, & Soldatæ, habitationis feudum eſse
dicimus, nàm, & ipſum habitationis feudum gratuitum
appellamus, conſiſtens in iuris habitandi in feudi domus
translatione, de quo feudo in *extraordinarÿs feudorum*
*capitulis* mentio fit *m*, quod quidē cum perſona finitur,
propriè exindè perſonale feudum dicitur, vt *D. Franci-*
*ſcus Cardinalis Mantica* tradit *n*, eſt igitur hoc feudum
non perpetuum, verùm, & vt alia feuda, de quibus ſuprà,
temporale, atque exindè improprium dicendum quo-
que eſt. B

Eadem ex ratione, qua temporalia .ſ. feuda de Cam. & Ca-
uena, ſiuè in Curte, ſiuè extrà Curtem. Soldatæ, & habi-
tationis feuda impropria ſunt, feuda Guardiæ, & Gaſtal-
diæ impropria quoq; dicimus, quia temporalia dicenda
veniunt.

De feudis autem iſtis Guardiæ, ſiuè Gaſtaldiæ in iure
Longobardico mentio fit *o*.

Guardiæ autem vox, Germanica eſt, nempè, *vuarden*, dicta
*guardium*, vel *vuardiam*, & *vuardium*, ideſt cuſtodiam,
ſeù tutelam ſignificantia, vt *Georg. Schultzen.*, & *Georg.*
*Adamus* atteſtantur *p*, eſt autem feudum Guardiæ il-
lud, quod Cuſtodiæ Caſtri, vel Territorij, alteriuſque
loci, pro Cuſtodia, mercedis nomine datur, vt *Ro-* C
*ſenthal. & alÿ* explicant *q*, ſimilitèr, feudum Guardiæ
exemplificatur, in ſtipēdio, quod alicui conceditur, vt na-
uigantibus, dùm à tēpeſtatibus in mari turbantur, lumine
pro illorum auxilio occurrat, vt portum conſequi valeant,
vt ex *Imperat.* exemplum traditur; cùm autem Ca-
ſtrum cuſtodiendum vaſsallo concedatur, ſi illud amit-
tatur, cùm illud tueri debeat, ſua culpa amiſiſse cenſe-
bitur, ex argumento I.C. reſp. *q*.

Gaſtaldiæ feudū, ex quo *Gaſtaldus* dicitur, non aliud propriè
ſignificat, quàm Aulæ præfectum, ſcilicèt œconomum,
primum hoſpitium, ſiuè curam gerentem; à nomine, au-
tem, caſa, quod dominium, & alda, quod famulum ſi-
gnificat dictum eſse, *Georg. Schultzen.* refert, recen- D
ſens quoque ipſum Gaſtaldiæ nomen Guaſtaldiæ alij di-
xiſse, quod à veteri Germanica, & Gallica lingua, ni-
hil aliud, quàm hoſpitium ſonare *r*, huiuſmodi autem
nominis extenſam poſteà ſignificationem fuiſse, nem-
pè ad Ciuitatum Præfectos, ex pluribus *Georg. Adam.*
ſcribit *ſ*.

Quod Dominus igitur Procuratori, & Gubernatori domus,
aùt aliarum rerum, ob Curam Aulæ .ſ. uel etiam ſingu-
lare Ciuitatis regimen, uel curam, atque Cuſto-
diam, mercedem aliquam, pro rerum Gubernatione aſsi-

gnat,

m *Extraord. cap. feud. tit. 75. et tit. 115. de feud. habitationis, Schr. de feud. cap. 4. nu. 49.*

n *Franc. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 3. num. 70.*

o *Ius Longobard. vid. in cap. 1. de feud. Guardiæ, et Gaſtaldiæ, Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concluſ. 84.*

p *Georg. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 3. nu. 35. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 4. aphoriſm. 19. verſ. 1.*

q *Roſenthal. c. 2. concl. 79. num. 1. Obrecht. in tract. feud. lib. 1. cap. 6. num. 13. Voſs. de vit. Sermon. lib. 2. cap. 8. Vurmſ. tract. de feud. claſ. 3. ſect. 12. Georg. Schultzen. d. cap. 3. nu. 34. Georg. Adam. dict. aphoriſm 19. num. 1.*

q *Imp. vid. in l. penult. C. de naufragāt. lib. 11.*

q *I. C. reſp. vid. in leg. cum ità §. ſpecies PP. de leg. 2. Bar. in c. vnico, et in addit. ad Bald. de feud. Guardiæ, et probatur ex l. quicumque, C. de fundis limitroſis, vbi neminem priuatū, poſse in Regni liminibus, cuius Ciues eſt, ſine Principis aſsenſu Caſtrum tenere ob Cuſtodiam, ſeù Regni pericula, quæ contingere poſsunt, ſcilicet, vt dicat ſe amiſiſse illud, vt aliquem Regē declaret de Benedict. de teſtam. verſ. duos, num. 405. cum ſeq.*

r *Schultzen. ibid. quò ſup. cit. num. 36.*

ſ *Georg. Adam. d. cap. 4. aphoriſm. 19. num. 1.*

Digitized by Google

gnat, illud feudum Gaſtaldiæ appellandum erit, vt *Roſenthalis, & alij* fatentur *t*.

Horum feudorum autem, quia natura eſt, vt tranſacto anno, poſsint Iure auferri, etiam prętio pro eis dato non reſtituto, niſi ad certum tempus data fuerint, vt *Gerhard. Capagiſt.* docet *v*, dicens; *Item illud, quod datur nomine Caſtaldiæ, vel Guardiæ, & pro mercede alicuius rei, tranſacto anno, poteſt iure auferri, etiam prętio pro eo dato non reſtituto, niſi ad certum tempus datum fuerit*; Non perpetua exindè feuda iſta dicenda, verùm temporalia cum ſint, impropria dicuntur, improprietate eſſentiali, ſcilicèt ex defectu eſſentiali, vt ex ſupra dictis patet.

Cùmq; *Feudiſta Capagiſtus* dixerit: *& pro mercede alicuius*, videatur quodammodò dictis feudis Guardiæ, & Gaſtaldiæ, omnia feuda, quæ pro mercede dantur, æquipollere; hinc non ab rem, feudis Guardiæ, & Gaſtaldiæ, feudum aduocatiæ addi ſolet, de quo quidem feudo ſermo in conſ. feud. etiam agitur *x*.

Feudum autem hoc aduocatiæ multipliciter occurrere poſſe, ex DD. habemus; Primò namque, feudum aduocatiæ dicitur, quando Princeps inferior, Dux, Marchio, Comes, Baro, Epiſcopus, vel alius Dominus, prò litium patrocinio, aduocationiſque laboribus, aliquid annuatim concedunt, vel conceſſuros ſpopondunt, vt *Schrad.* explicat *z*, quemadmodum, & Eccleſiarum aduocati, pro cauſarum patrocinijs inſtituti ſũt, de quibus *Georg. Adam.* latè adeundum eſſe cenſeo, vbi proponit, qualiter in Imperio Romano, Germanico, ab Imperatore conſtituebantur, & qualiter Prælati Eccleſiarum ſibi eoſdem quoque defenſores aduocatos conſtituerint, & aliquando ius ipſum aduocatiæ defenſoribus ſuis in feudum conceſſerint *a*.

Secundo modo, feudum hoc aduocatiæ ſortiri poteſt, cùm Comites Eccleſiæ, vel Vniuerſitates, ſuperiorem recognoſcentes, vel etiam Prouinciæ minùs potentes, protectoribus, & defenſoribus, ſiuè aduocatis ſuis, prò illa protectione potentiorum in manibus, atq; voto ſe committentes, aliquid ſtipendij ſcilicèt, annuatim conſtituerent, & aliquando illud ius, defenſionis, ſiuè aduocatiæ defenſoribus ſcilicèt, aduocatiſq; ſuis in feudum cõcederent, vt ex *Eraſmo à Chokier.* & alijs, *Georg. Adam.* ſcribit *b*, dicens quoque, hoc patrocinio Eccleſias, atque Monaſteria in primis vſa fuiſse, ex eo quod Eccleſiaſticis non conueniret ſecularibus negotijs ſe immiſcere, & prætereà ſæpiùs illa laicorum iniurijs expoſita eſſe, idcircò fuiſse, quoſdam inſtitutos, qui ſecularia curarent, & ne quid in Eccleſia per vim, aut ſordes fieret, prouiderent, Eccleſiaſque eorumque bona in Iudicio, ſiuè in foro, & alijs ab iniurijs, atque violentijs tuerentur, quemadmodum & iuriſdictionem in eorum territorijs: *Quæ ex Principum libe-*

*t Roſenthal. in ſynopſ. iur feud. cap. 2. concluſ. 68. n. 2. Obrecht. tract. feud. c. 6. n. 14. Schultz. d. n. 36. Adam. d. verſ. 1. in fine, Eraſ. à Chok. de Aduoc. feudal. Zaſ. de feud. par. 10. nu. 55. quemadmodum cũ Dominus domus ſuæ adminiſtrationem aſſignat, vt Schrad. explicat de feud. cap. 4. n. 22. quod feudum, Ardiz. in cap. extraord. tit. 81. feudum pro vice villicaria nominat, quem ſequitur Vult. lib. 1. de feud. c. 8. num. 27.*

*v Gerhard. Capag. vid. in cap. vnico de feud. Guardiæ. etc.*

*x Conſ. feud. vid. in cap. vnico, §. publici 5. de pac. tenend.*

*z Schrad. par. 2. cap. 4. num. 23. iuncto Roſenthal. cap. 1. concl. 77 num. 1.*

*a Georg. Adam. d. c. 4. aphoriſm. 20. n. 2. et 8.*

*b Eraſm. à Chokier. d. tract. de aduocat. feud. Zaſ. de feud. d par. 10. n. 55 et alii quos Georg. Adam. refert d. aphoriſ. 20. n. 1. Schultz. d. cap. 3. n. 37.*

*liberalitate ijs obuenere*, exercent, vt ex *Hugone Grotio*, *&* *alijs*, cit. *Adam.* proponit *c*; Item huic feudo Aduocatiæ, q Aduocationis officium annexum habet, cõuenit feudũ procuratiæ, quod procurationẽ annexam habet, vt *Iac. de Franch.* ſcribit *d*: Similiter feuda omnia, quæ in mercede conſtituuntur, vt diximus, explicatis feudis accedũt, nẽpè feuda omnia, q̄ innominata sũt, dictis feudis Guardię, Gaſtaldię, & alijs, de quibus ſuprà nomẽ habẽtibus, vndè nominata vocãda eſſe, *Cuiac.* dixit, conueniunt, cũ feudum in merè gratuitũ, & officiosũ, ipsũq; officiosũ, in innominatũ, vel nominatum diuiſerit *e*, quæ autem feuda, in ſola mercede conſiſtentia, ob quodcunque munus, ſiuè officium conſtituta, *Iacob. de Ardizone f* angarias, appellari ſcribit; definiri autem poteſt feudum ità conſtitutum, quod ſit, feudum improprium in mercede pro laboribus cõceſſum, vt *Vulteius*, *ex Bartolo*, *& alijs* teſtatur *g*; Nobilia tamen feuda iſta, licet impropria ſint, quia non perpetua cum à Principe habentur dicimus, nam ſi verum eſt, quod feudi nobilitas à concedente ſuſcipitur, cùm .ſ. à Principe nobilitandi poteſtatem, ac voluntatẽ habente feuda concedãtur, nobilia erũt, etſi ratione alicuius ſeruitij, pro quo conceduntur viliſsima dicenda eſſent, nobilia quoque erunt, tanquam à Principe deſcendentia, ſcilicèt à nobilitatum fonte, mandatum enim mandantis naturam ſequitur, vt ex *Iuſtinian.* edocimur *h*, quæ autem feuda omnia in mercede conſiſtentia ſub aduocatiæ nomine comprehendi poſſe, patet, vt ſunt decaniæ, feudum Cancellariæ, & alia ſimilia, de quibus *Aluarotus* videndus eſt *i*.

Ex eo autem, quod pro tempore feuda iſta data ſunt. Primò eruitur feuda iſta officiorum, officijs ſcilicet illis, quæ anno durabant conuenire, de quibus in *Iure Ciuili* mentio fit *k*, & pro tempore durant, proùt præcipuè in feudo Guardiæ, & Gaſtaldiæ diximus, anno ſcilicet finiri vt ſuprà.

Secundò, ex eo, quod perpetua non ſunt, ſed tandiù ſaltem durant, quandiù officia illa, cuius intuitu illa conſtitui ſolent in vita permanent verè impropria dicimus, quia .ſ. temporalia contra feudi eſſentiam ſunt, vt ſuprà diximus. Vtrùm verò feuda iſta ad hæredes tranſitoria ſint, ſi mortuo vaſſallo Domino ſciente, & patiente hæres vaſſalli in poſſeſſione permaneat, ad quod nihilominùs Domino fructus ab eodem reſtituendos eſse, quidam voluerunt, de quibus latè *Roſenthalis* videndus eſt *l*, alij tamen negatiuam ſententiam ſectati ſunt, ex *I. C.* reſponſo illo dicente *m*: *Qui impleto tempore conductionis remanſit in conductione, non ſolùm reconduxiſse uidebitur; ſed etiam pignora uidentur durare obligata*: ex cuius reſponſi, argumento, ſtatuunt idem in tali caſu, quo Dominus impleto per mortem vaſſalli tempore, eiuſdem hæredem permanere patitur ad conductoris exemplum

plum

c *Hug. Grot. de Imper. ſum. poteſt. circa Sacr. cap. 11. pag. 374. et alii, de quib. vide cit. Adam. d. aphoriſm. 20. n. 1.*

d *Iacob. de Franch. d. q. 2. num. 213.*

e *Iacob. Cuiac. in cap. vnic. de feud. Guardiæ, Vult. latè vid. lib. 1. de feud. cap. 8. à num. 25. vſque ad num. 29.*

f *Iacob. Ardiz. in cap. extraord. tit. 81.*

g *Vult. d. cap. 8. n. 29.*

h *Imper. Iuſtin. vid. in §. Sera elementor. iur. de mandato lib. 3. Felin. in cap. fraternit. de hæreticis. DD. in l. 1. Cod. de mãdatis Principum, Iaſon in l. omnium in 1. notand. C. de teſtam. Aretin. de ſecret. Princ. §. final. in tit. de except.*

i *Aluarot. in d. cap. 1. de feud. Guardię, iunctis ibid. Iſern., Affiict., Cuiac., Balzarano, et aliis Rep. quibus accedit Schrad. d. f. c. 4. num. 22. 23. et ſeq.*

k *Ius Ciuil. vid. in l. Præſidis, cum concord. PP. ſi certum petetur.*

l *Roſenthal. in d. cap. 1. concl. 69. per totam.*

m *I. C. vid. in l. item quæritur 13. §. qui impleto 11. PP. locato, et conduct.*

Digitized by Google

A plum obtinere, maximè cùm aliàs incogniti iuris nō ſit, tacentem pro conſentiente haberi, per ea, quæ in *Iure Canonico, & Ciuili* notantur *n*, vndè eandem vim tacito, ac expreſſo conſenſui attribuunt *Georg. Schultzen* tamen dicta feuda perpetua non eſſe ſcribit, nec ad hæredes tranſitoria, niſi hoc pacto, vel conſuetudine receptum ſit, per ea, quæ poſt alios *Roſenthal.* tradit, in pluribus caſibus dictam concluſionem limitantem, cùm latè materiam peragat *o*.

n *Ius Can. vid. in cap. qui tacet 43. de reg. iur. in 6. Ius Ciuil. vid. in l. in rebus, §. finali PP. de præcario, in l. quamuis 8. C. de vſur. fac. et in l. cum quid 3. PP. de reb. creditis.*

o *Georg. Scultzen. d. c. 3. nu. 40. dictas opiniones de quibus ſuprà recenſens Roſenthal. d. c. 2. concluſ. 70. et ſeq.*

Feudum quoque, quod aperibile, ſeù aperturæ vocant, ſuprà propoſitis feudis mercedis, quæ temporalia ſunt, accedere poteſt; Eſt autem feudum hoc, quod aperibile, ſiuè aperturæ dicunt, feudum, quo res aliqua datur, ſiuè B merces aliqua ea conditione in feudum dari promittitur, vt vaſſallus ſeruitiorum loco tempore, ſiuè pacis, ſiuè belli arcem, vel Ciuitatem aliquam Domino aperire debeat, vt *Roſenthal.* explicat *p*, quod ius aperturæ alij dixerunt, & ad iura regalia, ſiuè ſuperioritatis pertinere, *Knichen* ſcribit, & aliquando etiam alicui caſtro, in quo ſuperioritatis iura non habet, ex pacto, ſeù fœdere competit, vt ex *Vvurmeſer.*, *Adam.* recēſet *q*, quod quidem feudum cum illis, quę tēporalia sūt accedit, & eis æquipollet, & vt cætera alia improprium erit, cùm ad tempus, & non in perpetuum conſtituatur, vt ſuprà latè probaui, & quod feuda propria in perpetuum concedantur *in conſ. feud.* C probatur *r*.

p *Roſenthal. d. cap. 2. concl. 78. n. 3. Knichen de iur. ſuperior. cap. 4. n. 495. et ſeq.*

q *Vvurmeſer tract. de feud. c. 20. num. 16. et ſeqq. Adam. d. cap. 4. aph. vlt. n. 2. et ſeqq.*

r *Conſ. feud. vid. in c. 1. §. hoc quoq; de his qui feud. dare poſſunt.*

---

## VISIO VIGESIMA.

Cùm igitur ſecundùm feudi eſſentiam, ſiuè eſſentialia, feudum perfectè conſtitutum fuit, & à feudi communi, ſiuè regulari natura recedat, ratione feudalis naturæ improprium feudum dicendum erit, cuius quidem duplicis generis exemplum videmus, vel enim primò, ob ſpecialem contrahentium conuentionem: vel ſecundò, ob D conſtituti feudi ſingularem conditionem, nempè in ijs tantùm caſibus feudum à propria, atq; communi feudorum natura recedere.

## ELVCIDATIO.

1 (Feuda propriam naturam habētia latè diſplicantur.)

FEudum (propriam naturam habens illud dicimus, quod veram, puram, ſimplicem, liberamque omnium feudorum communem naturam habet, vt *Curtius* affirmat *a*. Naturam autem feudi communem, cùm dicimus illam, quam feudum ex iure, vel conſuetudine feudali habet

a *Curt. de feud. p. 1 q 9. n. 18. quod pluribus reſpectibus conſiderari poſse, Herm Vult. dixit d. cap. 8. n. 76.*



Digitized by Google

intelligimus, vt *Schrader.*, & alij fatentur *b*, natura vlterius feudi propria, qualitas quædam à principio generationis feudi, quæ conſuetudine innata eſt, dicitur, ex qua virtus contractus perficitur, & ſemper ineſſe videtur, niſi ex pacto, vel ex feudi conditione improprietur, vt in *Conſ. feud.* notatur *c*. A

Ex quo namque pacto, in inueſtitura appoſito, optimè quidem feudi naturæ derogari poſse, *Baldus* docuit *d*, qui ex conſ. feudalium argumento mouetur *e*, eandem autem *Baldi* doctrinam, huic ſenſui *Paris de Puteo* refert, & eum ſequitur *f*, cùm expreſsè pacto feudi natura mutatur, aliaque imprimitur, vt *Freccia* loquitur *g*, quia ea pacta inſunt, & legẽ contractui dant, vt ex *I.C.* argumẽtamur *h*, quę ſcilicet contractus ingreſſu facta ſunt, vt ex *I.C.* quoq; habemus *i*, & quemadmodum derogare feudorum naturæ poſſunt, ità & ampliare poſſe quoque videntur, vt *Bald.* dixit *k*, ſicquè legem rei ſuæ dicere cuique licuerit, vt *I.C.* inquit *l*, & cùm ex pacto feudi natura in vno alteratur, non ex hoc, neque improprium ratione naturæ, quia in vno tantùm, ex pacto recedere à natura videatur, dicendum erit, verùm cùm in vno alteretur, in omnibus quoad feudi communem naturam declarandum erit, etſi feudum remaneat, ex eo quod feudi natura, quoad vnum alterata, feudum quoad alia verò, quibus ex pacto contradictum non eſt, remaneat, feudum tamen improprium appellandum ob vnius (quod naturæ eſt) non exiſtentiam, vt *Soccinus* adſtipulatur *m*, quod etiam à pari, ex *Abbate Panormitano* liquet *n*, dicente, confirmatum à *Summo Pontifice*, & ſic non poſſe, niſi ex delicto remoueri, in omnibus tamen ſuo Superiori ſubiectus remanet; itaque etſi in vno nequeat, niſi ex delicto remoueri, in alijs verò omnibus, proùt erat ſubditus, dicendus quoque veniat; ex dictis autem fit, cùm pacta, quæ feudorum naturam mutant in inueſtitura ſtipulentur, idcircò an feudum propriam naturam habeat, vel non, ipſam inueſtituram adeundam eſſe puto, vt videamus, an in ea pacta feudorum naturæ derogantia ſint, vel non, & ex hoc eſt, quod dicitur, ex inueſtitura feudi naturam induci, vt in *conſ. feud.* notatur *o*. B C

A regulari, ſiuè communi feudorum natura non ſolùm per pacta feuda quædam deflectunt, verùm ob ſingularem eorum qualitatem, rationem, ſiuè naturam à communi feudorum natura degenerãtem, diſcrepantur, quod quidem à Iure feudali, ſcilicèt feuda iſta propriam quandam ſingularem conditionem, atque definitam naturam obtinuiſse *Vulteius*, & *Obrecht* voluerunt *p*. D

Quæ

a *Curtius de feud. p. 1. q. 9. n. 18. quod pluribus reſpectibus conſiderari poſse Herm. Vult. dixit d. cap. 8. num. 76.*

b *Schrad. de feud. p. 2. et 3. n. 1. et alij ab eod. Iſern. cit. l. num. 77.*

c *Conſ. feud. vid. in cap. 1. de feudo non habente propriam nat., et in c. 1. quid ſit inueſtitura, Bald. in prælud. feud. 4. diuiſ. Hoſtienſ. in ſumma huius tit. de feud. §. qualiter feudum, Iaſon in 4. diuiſ.*

d *Bald. in d. cap. 1. de feud. non habente propriam nat. et in l. volunt. C. de fideicomm.*

e *Conſ. feud. vid. in d. cap. 1. de feud. non habente, etc.*

f *Paris de Puteo de re integr. feud. col. 1. n. 10.*

g *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. ibi 35. num. 41.*

h *I.C. vid. in l. 1. de do.*

i *I.C. vid. in l. Iuriſgentium, §. vtputà PP. de pactis.*

k *Bald. in l. non eſt impoſsibile 2. in repet. PP. de pactis.*

l *I.C. vid. in l. ob res PP. de pact. dotalib.*

m *Soccinus in l. Galius, §. etiam ſi parente poſt n. 6. circa medium, de liberis, et poſthum. et in l. ſi rem legatam, n. 5. PP. de except., iunctis Leffred. in conſ. 11. n. 28. Andr. de Iſer. in cap. 1. poſt n. 2. de capit. Conradi.*

n *Abb. Panorm. in cap. porrecta, poſt num. 4. de confirmatione vtili, vel inutili.*

o *Conſ. feud. vid. in cap. 1. in fine, de duob. fratrib. et ibi Bald. et in c. accepimus, de priuileg. Io: de An. conſ. 7. viſis col. 2. et conſ. 37. Decius conſ. 363. in contract. in princip. et conſ. 309. quoniam n. 3. et in conſ. 515. in cauſ. n. 5. Roman. conſ. 33. in fine, Alber. Brun. conſ. 18. col. 4. et ſeq. et conſ. 39. col. 2. et conſ. 12. col. 2. et alij.*

p *Vult. lib. 1. de feud. cap. 8. num. 79. Obrecht. diſp. feud. 2. theſ. 305.*

Digitized by Google

Quæ autem ad feudorum naturam pertinent, plurima ſunt; vt ſcilicèt feudum inueſtitura conſtituatur, vt in vſ. feud. habetur *q*, vt feudi capaces tantùm maſculi ſint, ſicq; ad fœminas illud non tranſeat, vt in conſ. feud. legitur *r*, & ſimiliter vt maſculi legitimi ſint, non verò naturales, vel legitimati, vt ex *Oberto de Orto* erudimur *ſ*; item, vt nec aſcendentes in feudorum ſucceſſione admittantur, iure feudali: de natura feudi quoq; cautum eſt *t*, vt ſpõtè, & non coactè feudũ cõcedatur, vt ex *Oberto* edocemur *v*, vt gratis ſine pretio, aut mercede concedatur, vt *Feudiſta* docet *x*, vt ſeruitia pro feudo perſonalia, & incerta præſtentur, ſcilicèt pro perſonali, & omni contingenti ſeruitio, vt in Iure Longobardico notatur *z*, vt ſine vaſſalli culpa feudum ſemèl datum, auferri nequeat, vt in vſibus feud. expreſsè ſtatuitur *a*, vt à vaſſallo feudum ſine Domini, & agnatorum, quorum intereſt conſenſu alienari non poſſit, vt in libris iur. feud. habemus *b*, licet tamen refutari poſſit, vt ex eodem Iure feudali cauetur *c*, nec etiam, vt alij volunt feudum ſuum ſubinfeudari poſſe, proùt eodem in Iure feudali notatur, & ex *Regni Conſtitutione* quoque cauetur *d*, vt vaſſallus de feudo ſuo, nec inter viuos, nec in vltima voluntate diſponere poſſit, vt ex conſ. feud. habemus *e*, vt Dominus non poſſit pęnitere, vt ex *Oberto* cauetur *f*, vt Dominus non poſſit dominium, quod in proprietate habet, ſine vaſſalli conſenſu alienare, vt ex *cap. Conradi* dicere fas eſt *g*, & alia, quæ ex Iure feudali de natura feudi eſſe inducuntur, de quibus omnibus, & alijs, *Roſenthalis*, *Schrader.*, *Mozz.*, *Liborius* Hattyler., *& alij* adeundi ſunt *h*.

---

## VISIO VIGESIMA PRIMA.

Primùm namque, quod attinet, feuda ſcilicèt, quæ ſpeciali conuentione impropriantur, ſunt feudum francum, cenſuale, ex pacto, & prouidentia, hæreditarium, pignoratitium, alienabile, emptum, & cætera alia feuda, quæ tot conſtitui poſſunt, quot modis à feudorum natura, per contrahentium pacta recedi poteſt. Secundùm, quod ſpectat, omnia feuda ſunt, quæ ſingularem naturam contra feudi regularem naturam habent,



q *Vſ. feud. vid. in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. pot.*

r *Conſ. feud. vid. in cap. 1. §. hoc autem not. de his qui feud. dar. poſs. cap. 1. §. filia, de ſucceſs. feud. cap. 1. de ſucceſs. fratr. et in cap. 1. de nat. ſucceſs. feud.*

ſ *Obert de Ort. in cap. 1. §. naturales, et §. adoptiui ſi de feud. defũcti. etc.*

t *Ius feud. vid. in d. cap. 1. de nat. ſucceſs feud.*

v *Obert. in cap. 1. quib. mod. feud. amittatur.*

x *Feudiſta vid. in c. 1. de feud. dato inuicem legis commiſſoriæ.*

z *Ius Longobard. vid. in cap. 1. in quibus cauſ. feud. amittatur, cap. 1. hic finitur lex, cap. 1 de feud. ſine culpa non amittendo, cap. 1. §. ſed nec alia quæ fuit prima cauſ. benefic. amittendi, Euerhard. conſ. 45. n. 2. vol. 1.*

a *Vſ. feud. vid. in c. 1 de feudo ſine culpa non amitten. et in cap. 1. de nat. feud.*

b *Vſ. feud. vid. in cap. 1. qualiter olim feudum alien. pot. cap. 1. § finali, quæ fuit prima cauſa, cap. 1. de Capit. Conradi cap. 1. de probib. feud. alien. per Frid.*

c *Ius feud. vid. in cap. 1. de eo qui fin. fec. c. 1. de alien. feud. pater. c. 1. de vaſſallo qui contra conſt. etc.*

d *Ius feud. vid. in c. 1. §. ſi verò qualiter olim etc. cap. 1. §. callidis de probib. feud. alien. per Frid. Regni Conſt. vid. in Conſt. Cõſt. D. Mem.*

e *Conſ. feud. vid. in cap. 1. de ſucceſs. feud. in cap. 1. qualiter olim, etc.*

f *Obert. de Ort. vid. in cap. 8. § ſi ficta, tit. ſi de feud. defuncti.*

g *Capit. Conrad. vid. in cap. 1. §. ex eadem de Cap. Conradi.*

h *Roſenthal. de feud. cap. 2. concluſ. 52. Schrad. de feud. par. 2. cap. 1. num. 42. et ſeq. latè Mozz. de naturalib. feudi, Liborius Hattyler. in Analyſ. iur. feud. cap. 4. lit. A. fol. mihi 21. Sueuus exercit. feud. 2. aſſert. 2. Barde. conſ. 26. num. 19. vſque ad num. 23.*

Digitized by Google

vt ſunt feudum fœmineum, cui maſculinum opponitur, feudum de Camera, Cauenæ, Soldatæ, habitationis, & alia mercedis feuda omnia, ſcilicèt, Guardiæ, Gaſtaldiæ, Aduocatiæ, Procuratiæ, & cætera officiorum feuda, item quod aperturæ dicunt, quæ quidem ratione ſeruitij impropria quoque ſunt, ſcilicèt quia ad certum ſeruitium deſtinata ſunt. A

B

## ELVCIDATIO.

1 (Feuda quæ ex pacto à feudi natura recedunt impropria ſũt, & quęnam hæc ſint exponitur.

CVm ex pacto (aliquo feudum à propria natura recedat, improprium ſecundùm naturam dicendum euenit.

Quod quidem Primò, cùm feudum francum conſtituitur, euenit; Feudum francum, ideſt, exẽptum, atque ab omni ſeruitio liberum, vt *Schrad.*, & *Roſenthalis* interpetrantur *a*; Vndè ex feudo franco nullum præſtari ſeruitium, præter ea, quæ in iuramento fidelitatis continentur, *Andreas de Iſernia* dixit *b*; etenim, & ſi ſimpliciter in feudum concedatur, nulla facta mentione de ſeruitio, ad ſeruitium vaſſallus non tenebitur, cùm ipſum ſeruitium ſubſtantiale feudi non ſit, verùm, & fidelitatis, vt idem *Andreas de Iſernia* dixit *c*, & indè dicitur ſeruitium non inhærere contractui feudali, ſed extrà illum conſiderari, & ideò non debetur, niſi promittatur, vt idem *Andreas de Iſern.* atteſtatur *d*, & ſemèl conſtitutum, diminui non poteſt, etiam expreſsè, niſi ſpecifica legis abrogatione, vt idẽ *Andr.* ſcribit *e*, ex quò adhoam, quæ in Regno Neap. loco perſonalis ſeruitij ſubrogata eſt, non deberi, niſi promittatur *D. R. Rouitus* dixit *f*, ex hoc autẽ, quod frãcum feudum, liberum feudum ſonat, inde eſt, ideò Gallos francos dici, quia ſcilicèt liberi ſunt, vt *Borcholt.* annotauit, vel à Franciona illorum inuictiſsimo Athleta, & vndè Franci, de quo vid. *Gugl. de Benedict. g*, & gens Germanica, appellari dicantur *Georg. Adam.* adeundus eſt *h*. C

D

Vaſſallus autem feudum iſtud retinens, cùm à ſeruitijs liber, atque immunis ſit, non poterit exindè quoque ob ſeruitiorum denegationem, vt in feudo non franco eſt, ex quo ſcilicet ſeruitia debentur, feudo priuari: & an in Regno noſtro feudatarius feudum non francum retinens ſi diminutè ſeruitium præſtet feudo priuandus ſit, negatiuè reſpondeas, verùm ad quadruplum, ſcilicet adhoamentum ſolùm teneri, & hoc etiam ſi ſcienter ſeruitia diminutè præſtiterit, ſecundùm ea, quæ dixit *Andreas*

a *Schrad. de feud. p. 2. cap. 4. nu. 6. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concl. 56. n. 1.*

b *Andr. de Iſer. in cap. 1. §. huius antem generis, col. 2. verſ. ſed quid ſi detur ex quib. cauſ. etc.*

c *Andr. de Iſern. in dicto §. huius autem generis 2. col. verſ. ſed ſi infeudetur, et in cap. 1. §. final. in princ. de Capit. qui Curiam vendid. & in cap. 1. §. ſi quis de manſo 1. col. verſ. quod autem de controu. inueſtit. & in cap. Imperialem, §. Scriba verò, col. 1. verſ. dicendo de prohibit. feud. alienat. & in §. ſed nec eſt alia iuſtior in princ. quæ ſit prima cauſ. benef. amittendi.*

d *Andr. de Iſern. in d. §. huius autem generis, & ſignanter n. 9. in fin.*

e *Andr. in d. c. 1. n. 18. verſ. hæc intelligenda ſunt de Capit. qui Cur. vend.*

f *Dom. Reg. Rouit. in comment. ſuper pragm. 18. de offic. proc. Caeſ. num. 3.*

g *Borcholtus in tract. de feud. c. 4. n. 20. Gugl. de Bened. in c. Rainut. verſ. ſi abſque in 2. dec. n. 339. & ſeq. de teſtament. idemq; confirmat Caſſa. in conſ. Burgund. in tit. des mainz mortes, §. 5. in princ. & Paul. Emil. Gall. Hiſtor. relat. latè vid.*

h *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 4. aphoriſm. 9. n. 1.*

Digitized by Google

A *dreas de Iſernia i*.

Fidelis verò iſte, qui feudum francum poſſederit, improprium feudum poſſidere dicitur, quia ſcilicet feudum francum improprium eſt, cùm propria, & innata feudi qualitas ſit, vt ratione illius, Domino ſeruitia præſtentur, vt in *conſ. feud.* patet *k*: prætèr verò ea, quæ ad ſeruitia ſpectant, in cęteris alijs omnibus feudum illud, veram feudi naturam, atque eſſentiam habebit, itaùt fidelitatem, quæ de feudi forma, atque ſubſtantia eſt, Domino pręſtare teneatur, & non ſolùm vitæ Domini non inſidiando, ſed etiam eum ſi poterit, ne in pericula incidat, commonere debet, vt *Schneid.*, *& alij* ſcribunt *l*.

B Impropriũ quoq; ratione ſeruitij feudũ, quod ad certum ſeruitium datum eſt, DD. dicunt, per ea, quæ (licèt proprium tamen quidam alij dixerint) in *conſ. feud.* notantur *m*.

Non francum verò feudum dicitur, quod regularitèr ità conceditur, vt ex eo ſeruitia vaſſallus Domino præſtare debeat, vt *de Iſernia*, *& Baldus* ſcribunt *n*: Quod quidem, vt meliùs elucidetur, rem francam dupliciter conſiderari poſſe, ſciendum eſt; Primo modo, vt allodialis, ſeù vt allodium, ideſt illæ res, quæ in dominio ſingulorum ſunt: Secundo verò modo dicitur franca, in qua ſolùm, dominium, quoad vſumfructum, non verò quoad proprietatẽ cõſideratur, etiã, proùt in re allodiali, ſed quia ex ea non præſtatur ſeruitiũ, licet in feudũ data ſit, & hoc

C ex pacto inueſtituræ adiecto, vt diximus, & *Ioannes Rainaud.* explicat *o*: Vtrum autem hoc feudũ non francum renunciari poſſit, dicas negatiuè, per ea quæ latè *Iacob. de Franch.* diſcurrit, de qua re eũ adeundum eſſe puto *p*.

An autem feudum francum, vel non francum in dubio præſumatur, dicas in dubio feudum francum non pręſumi, niſi expreſsè de eo conſtet, vt idem *Iacobut. de Franch.* ex *Oltrado*, & alijs probat *q*; cuius ratio ea videtur, quia cùm feudũ francum dicatur feudum, ex quo ſeruitium non debetur, & conſequenter Dominus remunerationem gratiæ ex eo non habet, quoties in contractu feudali, quod in vnius ex contrahentibus præiudicium, in alterius verò beneficium eſt, expreſsè, ſcilicèt per pactũ, nõ

D legimus, totiès pactio illa, quæ apponi p vnũ ex cõtrahẽtibus poterat, ſcilicèt per vaſſallũ, conſentiente Domino, in dubio, cùm ſumus, contra non expreſsè apponentem, pręſumptio eſt, per ea quæ *Imperator* reſcripſit *r*.

Cen-

i *Andr. de Iſern. in cap. vaſſallus ſi feudum, vel partem feudi, col. 2. verſ. in Regno ſi de feudo fuerit controu., et in Conſt. Regni ſi vaſſallus, verſ. quid ſi feudatarius, et an ſeruitium in Regno ſit perſonale, vel onus reale, idem Andr. vid. eſt in §. ſed nec alia, col. 8. in princip., verſ. ſed an ſit quæ ſit prima cauſa, etc. vbi latè Balzaran. quoque vid. Iacob de Franch. d.q.2. num. 198. et 99.*

K *Conſ feud. vid. in c. vnico ſub fine, verſ. huius autem generis, in quib. cauſ. etc. Obrecht. tract. de feud. lib. 1. c. 6. num. 45.*

l *Schneid. in epit. feud. par. 1 n. 53. et ſeq. vbi requiſita huius feudi franci, et qui nam ſint eius effectus docet iun. Ehs Schrader: de feud. par. 2. cap. 4. n. 7. et ſeq. Roſenthal. in tract. feud. d. c. 2. concl. 59. n. 1. et ſeq. Obrecht. d. lib. 1. c. 6 nu. 55. Vvurmſ. tract. de feud. impropr. claſ. 3. ſect. 9. Georg. Adam. d. aphoriſm. 9. d. n. 1. et ante eos ſecuti fuerunt Iacob. in ſuo tract. de feud. in verb. infeud. in 8 diuiſ. Bald. in l. ſi plures, C. de edict. inſertis, et in c. 1. de cap. qui cur. vendid. Ioannes Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de præſcript.*

m *Conſ. feud. vid. in c. 1. ſub fin. in quib. cauſ. etc. et in cap. vnico, §. final. de Capit. qui cur. vend. Georg. Schultz. in ſynop. feud. c. 3. n. 25.*

n *Iſern. in tit. in quib. cauſ. feud. amitt. Bald. in præl. feud. in 8. diuiſ.*

o *Io. Rainaud. in cap. Imperialem, §. præterea in p. q. 2. num 16. ſuper allegatione, quæ iſta res emphyteuſis in alienatione, licet non in renocatione, l. final. C. de iur. emphyt. in quo competit ſicuti in emphyteuſi Domino retenſio, Iacob. in ſuo tract. feud. verſ quidquid inueſt. col. 66. prò quo facit tex. in cap. 1. ibi aliquid propter feudum receperint, tit. qui feud. dar poſs. et in cap. 1. §. Titius ſi de feud. defuncti, etc. et in cap. ad noſtram de reb. Eccleſ. non alien. Caſſa. in conſ. Burgund. in tit. Des re trahietz, §. 10. gloſ. 1. n. 7. in addit. nouis.*

p *Iacobut. de Franch. d. q. 2. num. 150.*

q *Iacob. de Franch. d. q. 2. num. 148.*

r *Imperator vid. in l. veteribus 2. de pactis.*

Digitized by Google

Cenſuale rurſus feudum, & ſi quidam in cenſum, vel emphyteuſim remeare arbitrentur, vt *Iaſon. & Afflict.* ſunt *ſ*; tamen feudum hoc cenſuale, ſeu penſionarium, quod vaſſallo ità conceditur, vt ſeruitiorum loco quotannis penſio aliqua ex eo præſtetur, feudum dicendum eſſe apparet, cùm ratione illius fidelitas pręſtanda ſit, ita quod ab alijs feudis in nihilo tantùm differat, niſi quod ſeruitij loco pro eo penſio ſoluatur, vt *Iacob. de Beluis, & alij* rectiùs voluerunt *t*; Cenſus verò, & emphyteuſis dicenda, erit quotiès fidelitatis obligatio abeſset; cumque ſcilicet ipſa conceſsio in alio non conſiſteret, quàm vt ex ea cenſus aliquis in pecunia, Iumento, Gallinis, & alijs recognitionibus præſtaretur, in quibus cùm feudi eſsentia abſit, emphyteuſis, ſiuè cenſus potiùs dicenda ſunt quàm feuda, vt *Roſenthalis*, & alij comprobant *v*.

A B

Similiter feudum ex pacto, & prouidentia, cui hæreditarium opponitur, cùm à feudorum natura, ideſt à communi feudorum ſucceſsione ex pacto recedant, idcircò ex pacto impropria dicenda veniunt, de quibus latè ſuprà peractum eſt, cùm feudum ratione conſtitutionis diuiſerimus, idcircò ad ſuprá circà illa elucidata, me remitto.

Feudum quoque, quod pignoratitium dicunt, ſcilicet illud de quo Dominus accepta certa pecunię ſumma, & reſeruata ſibi reluendi facultate, aliquem inueſtit, ſiuè eſt illud, de quo Dominus, cui pecunia creditur adiecta conuentione, qua ius pignoris conſtituitur aliquem inueſtit, vt *Georg. Adam.* explicat *x*, hinc ea conditione feudum hoc datum dicatur, vt Vaſsallus qui feudum teneat, non alitèr, quàm iure pignoris retineat, vt *Schrad.*, *Roſenthalis, & alij* interpetrantur *z*.

C

Improprium autem feudum iſtud, ex pacto contrà feudi naturam conceſsum, ex eo dicimus, quia propriè beneficium appellari nequit, cùm nec ex mera Domini concedentis beneuolentia proficiſcatur, ſed ex pecunia contrà propriã feudi naturã inſtituatur, vt in *vſ. feud. not. a.* Similiter, quia quandocùnque à Domino, ſcilicet quouis tempore, pecunia ſoluta, feudum redimi poteſt, prout in pignore eſt, vt ex *l. C.* habemus *b*, quod quidem contrà feudi naturam eſt, quæ exquirit, vt feudum ſemel conceſsum, abſque cauſa ad Dominum non reuertatur, & vt in perpetuum concedatur, vt in *Conſ. feud.* habetur *c*; Feudatarius autem hoc feudum conceſsum habens, ius retentionis non ſolùm ipſe, verùm, & omnes eius hęredes, ſiuè maſculi, ſiuè fęminę habebunt, vſque ſcilicet, dùm pecunia illa ſoluatur, quemadmodum, & in pignore eſt, vt ex *I. C.* habemus *d*. Abuſiuum præterea feudum pignoratitium vocatur, quando ſcilicet Vaſsallus Domini conſenſu, nulla ſcilicet inueſtitura interueniente alicui pignori eſt obligatum, & traditum, quod quidem pi-

D

ſ *Iaſ. in præltud. feud. num. 62. Afflict. in deciſ. Neap. 129. num. 4.*

t *Iacob. de Beluis in prælud. feud. verſ. 3. diſtinct. Zaſ. in epit. feud. par. 12. num. 32. Borcholt. de feud. cap. 4. n. 35. Goed. conſ. 27. Fachin. conſ. 33. numer. 8. & 24.*

v *Roſenthal. d. cap. 2. concl. 63. & 64. Kirch. diſc. de feud. ex pact. & prou. cap. 4. num. 109. & ſeqq.*

x *Georg. Adam. in dict. cap. 4. Aphoriſm. 14.*

z *Schrad. de feud. par. 2. num. 57. Zaſ. par. 12. num. 23. Knichen. de pact. inueſt. prop. cap. 3. num. 279. Roſenthal. in ſynopſ. feud. d. cap. 2. concluſ. 77. Obrecht. in tract. de feud. lib. 1. c. 6. num. 4.*

a *Vſ. feud. vid. in c. 1. de feud. dato inuicem legis commiſs. & in cap. vn. in fin. verſ. huius aut. generis in quibus cauſ. feud. amittatur.*

b *I. C. vid. in l. 6. ff. de pignorib. Roſenthal. cap. 6. concluſ. 80. num. 11. Adam. d. aphoriſm. 14. num. 1.*

c *Conſ. feud. vid. in cap. 1. de feud. ſine culpa, &c.*

d *I. C. vid. in l. 1. & in l. 11. §. 4. de pignorat. act. Imp. vid. in l. 10. C. eod. Zaſ. de feud. p. 12. num. 23. Gaill. 2. obſer. 159. Et Imp. in fine, Rauchbar. 1. quæſt. 37. num. 4. & ſeq. & alij quos cit. Adam. recens, & ſequitur.*

Digitized by Google

A pignoris ius allodiale, & non feudale eſſe, *Rauchbar.* dixit *e*.

Alienabile feudum, ſcilicet, quod ea lege datum eſt, vt Vaſſalli,& ſui hæredes,& cui ipſe dederit habeant, quod quidem feudum ita conceſſum, abſque Domini conſensù Vaſſallus donare, obligare, vel alitèr quouis modo illi placuerit alienare poterit, vt ex *Feudiſta* cauetur *f*; Ratio autem illa eſt, quia illa verba, in inueſtitura appoſita (& cui ipſe dederit) ſuperuacua, aliàs eſſent, niſi alienandi liberam poteſtatem operarentur, & cùm in hoc propria feudi natura repugnet, vt in *Conſ. feud.* habetur *g*, idcircò feudum improprium cenſebitur, vt ex citato *Feudiſta* habemus *h*.

B Emptum feudum, quod .ſ. per emptionis contractus interuentum, prætio .ſ. exoluto comparatum eſt, improprium feudũ, ratione naturæ, ex pacto ſcilicet, dicatur, cùm ipſe Vaſſallus, ex emptionis cauſa, inueſtitura interueniente, feudum acquiſiuerit, per ea, quæ in *Conſ. feud.* habentur *i*, quod quidẽ ad inſtar feudi hæreditarij, etiam extraneos hæredes vocãtis, hoc feudum emptũ eſſe dicendũ nõ nulli cenſerunt, vt ſunt *Burſat.*, *Freccia*, *& alij* *k*; Quidam alij verò in eo tantùm à feudorum communi natura feudum emptum recedere dixerunt, quod aliàs feudi conceſſio, ex regulari natura feudi gratuita ſit, per ea quæ *Obert. de Orto* edocet *l*, vbi licet feudum communi duorum fratrum pecunia ſit emptum, alter tamen frater fratri,

C qui emit, non ſuccedit, quod dici non poſſet, ſi feudum emptum pro vero hereditario habendum eſſet, vt *Zaſ.* *& alij* adſtipulantur *m*; de qua re tamen, quidquid ſecunda ſententia veritati recenſior videatur, & quidem ſi primeuam feudorum originem, atque naturam conſideres, vt *Knichen.* ſcribit *n*, nihilò tamen minùs, quia poſteà feuda etiam pecunia interueniente conſtituta ſunt, vt in iure Longobardico compertum habemus *o*, & cùm in caſu noſtro tantũ differentia ſit, in modo, quo feudum conſtituitur, qui quidem modus rei naturæ intrinſecę non inheret, vtrùm, & extrà eam vagatur, atque propterea in feudo empto hoc ſubſit beneficium, quod Dominus Vaſſallum in clientelam ſuam recipiat, vt *Camerarius* atteſtatur *p*, & indè quamuis pretio feudum,

D ſiuè modico, ſiuè iuſto emptum fuerit, feudis potiùs proprijs adnumerandum eſſe, quàm improprijs atteſtamur, vt *Sonſbec.*, *& Bocerus* ſectantur *q*. Improprium ra-

e *Rouchbar. d. qu. 37. num. 9. quem recenſet, et ſequitur Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 3. n. 15. iunct. Adam. ibid. quò ſup. cit. num. 2.*

f *Feudiſt. vid. in cap. vn. de feud. non habente, etc.*

g *Conſ. feud. vid. in c. 1. de probib. feud. alien. et in c. 1. de probib. feud. alien. per Frid.*

h *Feudiſta in d. cap. 1. de feud. non habente. etc. iunctis cap. vnico, §. penult. ſi de feud defuncti, et cap. vnico ſub fine quid iuris ſi poſt alienationem, Georg. Schultz. d. cap. 3. n. 27.*

i *Conſ. feud. vid. in cap. vnico, §. final. de his, qui feudum dare poſs. in cap. vnico de feudo Guardiæ in cap. vnico de natura feudi in cap. vnico de feud. dat. min. valuaſ. in cap. vnico de benef. frat. in cap. vnic. quemadmodum feudum ad filiam pertineat in cap. vnico de inueſtit. in marit. facta in cap. vnico de notis feud.*

K *Burſat. 1. conſ. 4. nu. 15. Freccia lib. 3. differ. tom. 33. Gaill. 3. obſer. 159. num. 4. Natta cõſil. 159. num. 16. Theſaur. deciſ. 146. num. 5. ibi, Et comprehendat etiam extraneos.*

l *Obert. de Orto vid. in cap. 1. de fratrib. de nou. benefic. inueſtit.*

m *Zaſ. in epit. feud p. 12. num. 19. Nicolaus Intrigliol. qu. 41. de feud. nu. 3. Myrſinger, 57. obſeru. 73. Schrad. de feud. cap. 4. nu. 55. et 73. Vult. de feud. lib. 1. cap. 8. num. 45. Roſenthal. cap. 2. concluſ. 62. Hartman. Piſtor. l. 2. qu. 34. num. 8. 38. et 47. et latè Knichen. par. 1. cap. 3. nu. 277. et ſeq.*

n *Knichen. d. cap. 3. num. 266. iuncto Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 2. Aphoriſm. 2.*

o *Ius Longobard. vid. in cap. 1. de fratrib. de nou. benef. etc. in cap. 1. §. 2. ſi de inueſtit. feud. controu. fuerit in cap. 1. de milite Vaſſallo qui contumax eſt in §. ſi quis, et alibi.*

p *Camerar. in leg. Imperiale, §. prætereà Ducatus fol. mihi 790. Knichen. d. cap. 3. nu. 267.*

q *Sonſbec. de feud. par. 2. num. 8. et 10. Bocer. de qualit. et differ. feud. cap. 5. nu. 62.*

Digitized by Google

tamen dicendum, licet non verè improprium eſſe arbitror, ſcilicèt ſecundùm extrinſecum modum, quia de natura feudi cùm ſit, vt feudum gratuito titulo acquiratur, vt ex lege feudali cautum eſt *r*, & ſecundùm hunc feudi conſtituendi extrinſecum modum, improprium feudum dicere non omittas, & ità intelligas DD. feudum emptum improprium dicendum eſſe, vt ſunt *Menoch.*, *& alÿ ſ*. A

*Andream* quoque de *Iſernia*, communitèr receptum *t*, feudum emptum proprium eſſe dicentem, exindè intelligas; Proprium inquam, quia non ex eo, quod feudum pretio acquiratur, & non gratuitum ſit, improprium dicendum eueniat, verùm cùm *Andreas*, improprium dicendũ non arbitretur, rectè dixiſſe, intelligendum eſt, nempè quoad eſſentialia, cùm non ex eo, quod feudum emptum ſit, ab eſſentialibus feudi recedere videatur, vt enim feudum gratuitò Domini, ſcilicet amore, vel cùm pecunia, nempè emptionis titulo concedatur, non eſt de feudi eſſentia, verùntamen diuerſi extrinſeci quidem modi conſtituendi feuda, ſcilicet aliqua gratuitò, aliqua verò titulo oneroſo, ſcilicet emptionis; Et quidem ſi feudum hoc, quod ex pecunia Vaſſallo conceditur, videretur quodammodo extrinſecè à feudi natura recedere, nihilò tamen minùs quoque proprium dicendum eſſet, cùm feudum, & ſi in aliquibus expreſſis propriam naturam non retineat, in reliquis tamen omnibus, feudum propriè conſtituentibus, propriè feudum remaneat, vt latè *Dominus Regens Franc. de Ponte* explicat *v*. B C

Indè eſt benè dixiſſe eundem *Dom. Reg. Franc. de Ponte*, veritatem eſſe, feuda poſſe emi, & empta eſſe ea feuda dicenda, ideſt propria, ſecundùm ea quæ *Andr. de Iſern.* tradit, non obſtante, quod in *vſ. feud.* habetur, nàm loqui in odium illius pacti à feudorum conſuetudine reprobati idem Regens dixit, licet ex *Hoſtienſ.* dixerit, quod intelligatur ille *tex.* quod non pecunia, ſed amore, & honore feuda acquirantur, ideſt non pecunia ſola, ſed amore, & honore, quæ quidem omnia in feudo empto concurrere cit. *Dominus Regens* exponit *x*, non propriè tamen feuda pecunia obtènta reſpectù modi, ſcilicet extrinſeci concedendi feudum, dicenda ſunt, & indè nec propria feudi conceſſio pecunia obtenta, quemadmodum, & dignitas eſt, dici poterit, vt *Bald. & alÿ* conferunt *z*. Hodie tamen propria feuda, & dignitates dicenda ſunt, etiã quæ emptionis titulo conceduntur, licet de iure gratioſa, & ob merita concedi debeant, vt D

*Dom.*

*r l. feud. vid. in cap. vn. in fin. vbi intellige feudum proprium non ſub prætextù pecuniæ, ſed amore, & honore Domini acquirendum eſt de feudo dato inuic em legis commiſ.*

*ſ Menoch. conſ. 391. n. 36. vol. 4. Borch. in cõment. ad conſ. feud. c. 4. n. 62. Ant. Gabr. Rom. com. concl. lib. 2. ſub tit. de feud. concl. 2. in princ. Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concl. 59. per tot. Vvlt. d. cap. 8. n. 84. & ſeq. Obrecht. de feud. lib. 1. cap. 6. n. 39. Schrad. de feud. p. 2. c. 4. n. 55. Schultzen. in ſynopſ. feud. c. 3. nu. 12. poſt alios Schencb. Baro ad tit. 23. f. lib. 2. Cuiac. ad tit. 1. §. item illud lib. 2. feud. Gaill. 2. obſeru. 159. n. 3. Berenſ. diſp. 1. feud. th. 72. Bocer. de diff. & qual. f. C. 5. n. 62.*

*t Andr. de Iſern. in c. 1. de natur. feud. quem recenſet, et communiter receptum, dicit D. R. de Ponte in lettur. 1. præl. feu. n. 33. addas Camill. de Curte Reſol. feud. c. 1. n. 42. cum ſeq.*

*v D. R. de Ponte lettur. 1. num. 36. 38. 41. & 100. & lettur. 9. n. 33. & 38. & lettur. 10. n. 18. & 20. & quo casù conditionatum, & non rectum dicendum ſit, idem Reg. lettur. 2. nu. 17. videndus eſt.*

*x Andr. de Iſern. in d. c. 1. de natur. feud. et in cap. 1. vbi communitèr ſcribentes de inueſt. in marit. facta, Hoſtienſ in ſumma feud. Dom. Reg. de Ponte d. lettur. 1. num. 34. & ſeq.*

*Bald. in proœm. de feud. Dom. Conſ. Georg. in repet. feud. cap. 34.*

Digitized by Google

A *Dominus Capiblanc.* atteſtatur *a*.

Vtrum autem ſi feudo empto pactum de retrouendendo adiectum ſit, an feudum proprium, vel improprium dicendum ſit, ſi quæratur, dicas improprium eo reſpectu eſse, contra feudi communem naturam, quia prætio reſtituto vocari poſset, licet in alijs omnibus feudi naturam propriam retineat, itaùt ipſum feudum ad fœminas niſi aliter in inueſtitura pactum ſit, non tranſeat, vt *Georg. Adam.* ſcribit, quærens quoque ſi prætium reſtituatur, an ad hæredes allodiales, an verò feudales pertineat, de quo ipſum vide *b*.

Illis verò, quæ impropria ſi ex pacto feudorũ communi naturæ derogante, dicenda ſunt, accedit feudum iniuratum, B putà cùm feudum ità conceditur, nè iuramentum fidelitatis ex eo pręſtetur, & ratio quia feudũ iſtud impropriũ ratione naturę dicendum ſit, ea nimirum videtur, quia de feudi natura eſt, vt fidelitatis iuramentum vaſſallus pręſtet, per ea, quę in *conſ. feud.* legimus *c*; Inde cùm pacto remittitur, quod vaſſallus iuramentum pręſtet, improprium feudum dicitur, vt ex Iure feudorum compertum eſt *d*.

Vaſſallus autem, qui ex pacto, cùm in feudum recipit non iurat, tenebitur nihilominus ad omnia ea, quę in iuraměto fidelitatis obſeruandę continentur, vt *Schrad.* dixit *e*; Iuramenti enim delatio nihil commune habet cum ſeruitijs, & alijs fidelitatis actibus, cùm ad illa fidelis prę-C ter iuramenti vim Domino pręſtare obſtrictus ſit, vt in *conſ. feud.* notatur *f*.

Iuramentum autem, quod præſtatur cũ naturam indiuiduam habeat, duobus Dominis pro vno feudo deferri nequeat, vt *Guid. Pap.*, *Bald.*, *& alij* probant *g*.

T Si-

*a Dom. Capiblanc. in rubr. de Baron. n. 11. et an feudum emptum nobilitet vaſſallum, quidquid in contrarium dixerint poſt Tiraquellũ, quem referunt, et ſeq. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. c. 2. n. 3. Garzia de nobilit. Gloſ. 18. nu. 28. D. C. Paſch. de patria poteſt. p. 4. c. 2. n. 40. ex eo ſcilicet quia noua feuda haud nobilitare, dixit Paris de Put. de reinteg. feud. verſ. fuit alius pag. 31. tamen cùm à Summo Principe poteſtatem, et voluntatem nobilitãdi habente emuntur, nobilitas quoque conceſsa videtur, vt ſcribit Ang. in l. quidam conſulebãt, PP. de re iud. quod etiã dicimus locum habere ſi à feudatario feudũ ematur, nã ex eo quod Dñi, ſiue Regis aſſenſus interuentum ſupponimus, ideò emptorem nobilitari ex dicto aſſenſu fatẽdum eſt, ex his liquet, nõ niſi ambiguum eſse dictum illud Titulatos nõ eſſe qui titulos emerint, Surg. de Neap. illuſt. c. 1. ſecundum, quod titulatorum numerus huius Regni ad nihilum reduceretur, non tamen dictam nobilitatem, ſiuè paradogium, veram nobilitatis naturam habentem, cum Iſern. dicendum eſt in cap. 1. § ſi verò, de nat. feud. et nobilis iſte titulo honeroſo, non lucratiuo dicendus erit, nam et ruſticos, ex dicta emptione nobilitatem conſequi aduerſus Lucam, amplectitur Andr. cuius dicta axornat, et illum laudat peritiſsimus Franciſc. de Petr. feſtiuar. lect. lib. 1. cap. 7. num. 11. nec nobilitatem feudatariũ iſtũ amittere, ſi feudum alienaret, dixerunt Giurb. de ſucceſs. f. prol. 3. n 9. verſ. contrarium, Dom. Reg. Rouit. in com. ad Regni Neap. pragm. 1. de merc. official. n. 9. quid in* D *contrarium dixerint Tiraq. de nobilit. cap. 7. num. 18. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 3. num. 28. quos refert perdoctiſsimus Dom. Franciſcus Maria Pratus, Reg. Conſil benemeritus in addit. ad Paſch. de patr. poteſt. par 4. cap. 20. num. 40.*

b *Georg. Adam. d. cap. 4. aphoriſm. 15. num. 3. et 4.*

c *Conſ. feud. vid. in cap. vnico, ſub fine, §. nulla autem per quos fiat inueſt. Aluar. in 11. diuiſ. Berber. in 2. q. de feudis, Iaſ. in præl. f. num. 122.*

d *Ius feud. vid. in d. c. vnico, iunctis cap. vnico, §. eſt et alia quæ fuit prima cauſa, etc. et cap. vnico de Capit. Conradi. Roſenthal. cap. 2 concluſ. 66. Obrecht. in tract. feud. lib. 1. cap. 6. n. 43.*

e *Schrad. p. 2. c. 2. n. 27. et c. 4. n. 14. iuncto Roſenth. d. c. 2 concl. 60. et concl. 66. per tot.*

f *Conſ. feud. vid. in d. cap. 1. verſ. nulla autem per quos fiat inueſt.*

g *Guid. Pap. conſ. 207. Bald. ſibimet contr. in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, col. penult. de probib. feud. alien. per Frid., & qualiter antiquior eſſe debeat, ex Dominis cui ius iurandũ deferendum ſit, Aret. proponit in l. 2. §. ex his, et ibi DD. PP. de verborum, quam communem dixit eſse Caſſa. in conſ. Burgund in tit. des fiez, §. 7. in princ. in tex. in §. omnes ſi de feud. def. etc. Alberic. Brunus conſ. 107. quorum rationes hanc rem circa producit.*

Digitized by Google

Similiter feudis iſtis im ꝓprijs,ex pacto,primo feudũ,ex quo A
certum , determinatumque ſeruitium pręſtatur, accedit, quod DD. feudũ conditionatum dixerunt *h*; item 2. feudum Caſtrenſe , ſcilicet quod datur, vt ad Caſtrum certum tuendum Domino vaſſallo ſuccurrat, de quo videndus eſt *Schrad.* *i*,quemadmodum tandem,ſi per pactum, vt fœminæ in feudis ſuccedant feudum concedatur, vt in vſ.feud. habetur *k*.

Feuda prætereà, quæ ob ſingularem naturam impropria dicenda ſunt feudũ ſœmineum,cui maſculinum opponitur, quod ſuprà elucidauimus, cùm feudum ratione cauſæ efficientis diuiſerimus ; Item feuda de Camera, & Cauena, ſoldadæ, habitationis, & cætera alia officiorum feu-
da, & Guardiæ, Gaſtaldiæ, Aduocatiæ, & cætera ſingu- B
la alia , de quibus ſuprà peractum eſt , quibus , accedit feudum aperturæ , ſeù aperibile , de quo ſuprà dictum eſt,nempè cùm qualiter feuda , quæ perpetua non ſunt , impropria ratione eſſentiæ eſſe dicantur ſcripſi; vndè eſt feuda iſta , & ratione eſſentiæ , quia temporalia ſunt, vt diximus , & ratione naturæ ob ſingularem eorum naturam à feudorum communi natura recedentem impropria appellanda eſſe.

Tandem feuda hæc propria, vel impropria, circà, ſcire pro coronide non omittas, cùm in dubio ſumus, an feudum proprium , ratione naturæ dicendum ſit ; In ambiguis pro feudo proprio reſpondẽdum eſſe, ſcilicèt quod feu-
dum proprium, & rectum præſumendum in dubio ſit, ea C
ratione, quia qualitas ab ipſa lege, ſeù conſuetudine rei innixa eidem in dubio ineſſe cenſetur , vt latè *Roſenthalis*, & *Vulteius* probant *l*, pacta namque ex quibus à communi rei natura receditur,cũ in facto conſiſtãt non præſumuntur,niſi probentur, vt in conſ.feud. not.*m*. inde in caſu quo dubia pacta erunt, vt ex ijs , quã minus à communi feudorum natura recedatur , interpetranda ſunt, vt latè *Io: Niell.* diſcurrit *n* ; ex quo ſcilicet, quod feudum in dubio proprium præſumendum ſit in ambiguis pro maſculino feudo reſpondendum eſſe , ex pluribus *Mantic.* atteſtatur *o*; item quod in dubio pro feudo præſtandum ſeruitium perſonale , & militare ſit , per ea, quæ ex forma iuramenti fidelitatis colliguntur, idem
*Mantica* ſcribit *p*. D

Et hęc dicta ſatis ſint,pro feudi origine,& eſſentia,definitione

h *DD. vid. apud Mantic. de tac. lib. 23. tit. 3. num. 64. quibus addas Reſenthal. cap. 2. concl. 66. veluti, vt vaſſallus ſaltet in die Dominica, Laud. de feud. lib. 2. tit. 2. num. 18.*

i *Schrader. 2. cap. 4. num. 17. iunctis Roſenthal. 2. cap. concl. 78. et Vvurmſer. tract. f. claſ. 3. ſect. 21.*

k *Vſ. feud. vid. in cap. 1. §. filia verò, de ſucceſs. feud. et in cap. 1. §. 3. de nat. ſucceſs. feud. Knichen. d. tract. par. 1. c. 3. num. 36. et ſeq. Georg. Adam. cap. 3. aphoriſ. 7.*

l *Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 2. concluſ. 54. per tot., Vult. poſt nonnullos alios ab ipſa alleg. cap. 8. n. 43. quibus addas Andr. de Iſern in cap. 1. col. 1. circa finem, ibi qui ergo dat feudum de nat. ſucceſs. feud. et quod notat Bald. in c. 1. §. vlt. in 1. not. quid ſit inueſt., et Afflict. ibid. num. 13. et quod in dubio rectum præſumatur ex cap. 1. in fine quid ſit inueſt. cap. 1. in princ. ſi de feud. contentio ſit inter Dom. et agn. et cap. 1. §. vlt. de gradib. ſucced. in feud. probant poſt alios Zaſ. in epit. feud. par. 11. num. 31. et par. 12. num. 3. Crauett. conſ. 624. num. 1. et conſ. 965. num. 17. et ſeq.*

m *Conſ. feud. vid. in cap. 1. §. final. quid ſit inueſt. Schrad. de feud. par. 2. cap. 3. num. 103. et ſeq.*

n *Io. Niell. diſput. feud. 1. theſ. 11. lit. C. verſ. item in dubio, Schultzen. d. cap. 3. ſynopſ. iur. feud. num. 7.*

o *Mantic. d. lib. 23. tit. 3. num. 66.*

p *Mantic. d. l. num. 67.*

Digitized by Google

A ne nominis, & rei, atque diuiſionibus diſplicandis; Cætera verò, quę circa feudorum diuiſionęs dici poterant, ſcilicet plures alias feudi diuiſiones ad elucidandas videas *Iulium Clarum*, *Mozz.*, *Thom. de Marinis*, & alios *q*.

Laus Auguſtiſsimæ Dei Matri, Stellis immortalibus, in Cęlis Coronatæ, Ariadnæ ſemper Virgini Mariæ, eiuſque Æterno Filio, humani

B generis Redemptori, Ieſu Chriſto Domino noſtro.

## Primæ huius Libri Partis

# F I N I S.

C

D

*q Jul. Clar. lib. 4. ſent. §. feudum, q. 7. et ſeq. Zaſ. in epit feud. p. 2. Mozz. de feud. rub. de diuiſ. feud. Borcholt. de feud. cap. 4. Schrad. p. 2. cap. 3. et ſeq. Schneid. de feud. p. 4. nu. 29. et ſeq. Bocer. de differ. feud. Vueſenbec. de feud. cap. 2. Thom. de Marin. de gen. et qualit. feud. Roſenth. in ſynopſ. feud. cap. 2 per tot. Obrecht. tract. feud. lib. 1. c. 5. per tot. poſt nonnullos alios, Vult. lib. 1. de feud. c. 8. per tot., Ruding. in method. iur. feud. lib. 1. c. 5. et ſeq. Rittherſus partit. feu. lib. 1. c. 4. Io. Niell. diſp. feud. 1. th. 7. et ſeq. Claſ. diſput. 12 per tot. Rauchbar. 1. quæſt. 37. Vvurmeſer. tr. de feud. improp. claſ 3. ſect. 5. Knichen. de veſtit. paction. p. 1. cap. 1. et ſeq. Georg. Adam. in ſyntag. iur. f. c. 4. per tot. Harpreſt. in add. ad Iul. Clar. in d. § feudum à q. 7. vſq; ad 12. et alij addentes, ad eundem Iulium Clarum ibid. Mātic. de tacit. et ambig. lib. 23. tit. 3. per tot. Iacob. de Franch. in feud. vſ. præl. q. 2. Sueuus exerc. feud. 2. per tot. Georg. Schultzen in ſynopſ. feud. c. 3. per tot. Libor. Hattyler. in analyſ. iur. f. c. 4. per tot. Dom. R. de Ponte in lect. feud. 1. et 2. et ſeq. et alij, vltra omnes repetētes in præl. feud. vid. vt ſunt Iſern. cum Bald., Afflict., Aluarot., Iacob. à S. Georgio, Præpoſ., et Schench. Baro ad tit. 23. lib. 2. et alij innumeri in d. præl. feud.*



Digitized by Google

Digitized by Google

# DE FEVDI CONSTITVTIONE.

B **Par. 2. Rub. 1.**

## VISIO PRIMA.

SVperioribus poſteà quàm feudi eſſentiam, etiam per eiuſdem diuiſiones perluſtrauerimus, iuris ex methodo cōſequēs nectitur, vt nunc de feudi conſtitutione videamus: qua quidem in C re, cùm tria conſideranda eueniant, nempè, primò, perſonæ feudum conferentes, & acquirentes, ſecundò, res quæ in feudum dari poſſunt, & tertiò, quibus modis feudum conſtituatur; Idcircò ſingula ſingulis, explananda, per ea quæ vidimus erunt, licet tertium caput infrà in alia tertia noſtri operis parte ſcribendum erit.

## ELVCIDATIO.

D EX noſtrat:bus de hac re, qui ſatis benè ſcripſerunt, & ſi non ſim inſcius, fuiſse F. *de Anna in repet. feud. tit. hoc eodem, & Andr. de Georg. in repet. feud.*, D. Reg. *de Ponte in ſuis lect. à lectura 3., vſq; ad* 10. *poſt Andr. theoris. in rep. cap.* 1. *de his qui feud. dare poſs. tit.* 1. *lib.* 1. *alioſque interpetres ad dictum cap.* Equidem attamen, diuerſo omnium more, atque noua methodo rem iſtam dilucidare conatus, eos ſolùm à longè hac in re, vt magiſtros venerarè cupiendo, materiam diſplicandam aggredior, ſicque

Feudum quid ſit, poſtquam etiam diuiſionibus diſplicauerimus, qualiter in ſuo eſſe conſtituatur, videndum eſt, ſcilicèt

Digitized by Google

licèt ex quibus feudum in ſua vera, atque propria eſſentia, & natura conſtituendum ſit, elucidare opus eſt; Cumque in eiuſdem feudi conſtitutione, tria conſiderentur, primò ſcilicèt, perſonę in feudum dantes, & acquirentes, ſecundò, res, quę in feudum dari poteſt, & tertiò, modi, quibus feudum conſtituitur, quę quidem omnia, vt quando feudum proprium, & ſecundùm veram eius eſſentiam, atque naturam inſtitutum ſit (præter tertium caput in tertia noſtri operis elucidandũ) ſciamus, diſplicanda hæc in ſecunda parte erunt, proùt tamen methodi ratio exquirat. A B

# DE PERSONIS feuda conferentibus, & acquirentibus.

## Rub. 2.

### VISIO SECVNDA.

PRimum igitur, quod ſpectat ad perſonas, ſcilicèt feudum conferentes, dupliciter poteſtas hæc in feudum dandi cuilibet in poſsidentium rebus competere legimus, vel enim ſingularum rerum proprijs Dominis, vel quibuſdam alijs, qui alicuius præfecturæ ratione, quàm certis in rebus habent, putà Imperij, Vniuerſitatis, vel Eccleſiæ, in feudum concedere poſſunt. C

### ELVCIDATIO.

1 (Qua ratione feuda conferens omne dominium in re habere debeat.)

Cùm (ex feudi conceſsione dominium in vſufructu in Vaſſallum, ſalua proprietate, à Domino conferatur, qui concedit exindè in feudum, cùm proprietas apud concedentem remanere debeat, & vſumfructum in Vaſſallum transferri, vtrumque dominium in re habere debebit, ſiuè plenum, vt alij dicunt, vt ſemiplenum ſcilicèt dominium vtile in vaſſallum migrare valeat, retento tamen penès ſe dominium directum, quod quidem de ſubſtantia feudi, ſiuè vnum ex feudi eſſentialibus eſſe diximus, & probatur *in conſ. feud.* a, cùmque dominium vtile ex feudi conceſsione in vaſſallum transferatur, feudi D

a *Conſ. feud. vid. in c. 1. de conſuet. recti feud. iuncto I. Can. vid. in c. vnico extrauag. de reb. Eccleſ. non alien. in verbo, infeudation.*

Digitized by Google

A

di conceſſionem alienationis naturam ſapere conſequens indè fit, & quemadmodum nemo poteſt alienare niſi ſit Dominus, vel iura Domini in bonis Reipublicæ, Eccleſiæ; Vniuerſitatis, &c. exerceat, vt ex *Imperat.* reſcr. argumento habemus *b*; Idcircò nemini in feudum dare licuerit, niſi tanquàm Dominus rei illius, moderator, & arbiter ſit, vel niſi dominij iura in bonis Reipublicæ, Eccleſiæ, vel Vniuerſitatis exerceat, vt diximus; Vnde

Duo ex inde hìc elucidanda rem hanc circà eueniunt; nempè primò qualiter, qui rerum Domini ſunt, in feudum dare poſsint, & qualiter ſecundò, qui bonorum administrationis cauſa dominij iura exercent, in feudum dare poſsint.

2 B (Quod dicitur omnes in feudum de ſuis rebus dare poſse exponitur.)

Ad primùm (ſciendum eſt, regulariter omnes feudum dare, & conſtituere poſse, ſcilicet qui bonorum ſuorum liberam adminiſtrationem habent, indè dicimus feudum conſtitui, ſiuè concedi, non niſi Dominus rei, in qua feudum alteri conſtituitur, vt ex iure feudali cautum eſt *c*, vbi (*noui verò inueſtitura feudi, non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitimè ſuorum bonorum adminiſtrationem habet*;) Similiter Dominus, qui alienare poteſt feudi inueſtituram facere poterit, vt ex eiſdem *Conſ. feud.* argumentatur, ibi (*qui enim qualibet ratione aliquid de ſuis rebus impeditur alienare his, nec per feudū poterit inueſtituram facere*) idque ex eo comprobatur, quia rei ſuæ, & non aliorum, quiſque moderator, & arbiter eſt, vt in *Iure Ciuili* notatur *d*.

C

3 (Omnes in feudum dare poſſunt, qui liberam ſuarum rerum adminiſtrationem habent, ideſt, ſiuè maſculi, ſiuè fœminæ.)

Dominos (autem rerum, ſuorum bonorum adminiſtrationem liberam retinentes, in feudum dare poſse intelligas, ſiuè maſculi, ſiuè fęminę, ſiuè Clerici; ſint maſculi, ſiuè in dignitate conſtituti, ſiuè plebei, in rebus quæ iure Domini poſsident feudum conſtituere poſse, dubio caret.

Quod autem fœminæ in feudum dare poſsint, nec ſexus differentia in feudis concedendis, atque conſtituendis attendi debeat, verùntamen ius liberum de rebus ſuis diſponendi, ex iure feudali probatur *e*, vbi (*feudum autem dare poſſunt, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa*), cui propoſitioni non refragatur, quod feudum conſtituens aliquam iuriſdictionem nanciſcitur, quàm fęmina exercere non poteſt, per ea quæ, ex *Iuris Regula* habemus *f*; Nàm reſpondetur, ex eo quod ius feudale concedens fęminis, vt feuda conſtituere poſsint, ex eiuſdem iuris authoritate, atque mente, & iuriſdictionem feudalē quoq; ipſis fęminis tribuere videtur, quod quidē nō repugnat, cū neq; infrequens vel tā à iure diſtās ſit, fœminis etiam iuriſdictionem cōpetere, vt in *Iure Canonico* nota-

D

b *Imp. vid. in l. 6 Cod. de reb. alien. nō alienan.*

c *Conſ. feud. vid. in cap. vnico in princ. verſ. noui verò, et ver. qui enim per quos fiat inueſtit.*

d *Ius Ciuil. vid. in leg. ſed et ſi 25. §. conſuluit 11. PP. de petit. hæred. et in l. in re mandata 21. C. mandati, idque DD. comprobant, vt poſt alios ſunt Iac. Ardiz. de feu. c. 8. Schrad. in tract. de feud. par. 4. cap. 2. nu. 57 Mozz. de feud. rubr. de his, qui feud. dar. poſs. n. 1. Borcholt. de feud. cap. 5. nu. 41. Schneid. in epit. p. 3. n. 3. et 50. Vueſenbec. de feu. cap. 4. n. 5. Henric. Roſenthal. de feud. cap. 3. concluſ. 2. nu. 1. Zaſ. de feud. par. 5. num. 55. Nicol. Intrigliol. qu. feud. 53. nu. 1. Obrecht. in tract. de feud. lib. 2. cap. 1. nu. 8. Rittherſus. partit. feudal. lib. 1. cap. 5. q. 2. Vvlt. de feud. lib. 1. cap. 3. num. 10. Duaren. de feud. cap. 6. nu. 6. Bocer. claſ. 5. diſp. 14. t. 3. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 4. nu. 2. Georg. Adam. in ſytag. iur. feud. cap. 5. aphoriſ. 3. Liborius Hattyler. in Analyſ. iur. feud. cap. 5. Suenus exer. feud. 3. aſſert. 6. propè fin.*

e *Ius feud. vid. in cap. 1. §. 1. de his, qui feud. dar. poſs. et in cap. 1. per quos fiat inueſt. Roſenthal. ſ. cap. 3. concluſ. 3. Vvlt. 1. feud cap. 3. nu. 9. Sonsbec. de feud. part. 6. numer. 17. Rutg. Rul. de commiſ. par. 3. lib. 2. m. 1. n. 1. Georg Adam. d. cap. 5. aphoriſm. 3. Schrad. de feud. par. 4. c. 1. n. 59. Obrecht. in tract. de feud. 1 2. c. 1. n. 73. et ſeq. Ruding. controu. feud. l. 1. cap. 38 Arum. diſp. feu. 3 th. 18. Suenus exer. feud. aſſert. 6. Philippus Knipſchilt. de fideic fam. nob. c. 3. n. 49.*

f *Iur. Reg. vid. in l. 2. PP. de reg. iur. et in l. 12. de iudicis, etc.*

Digitized by Google

 A

notatur g; etenim, & ſi ipſæ fœminæ iuriſdictionem exercere nequeant, per alios rectè exercere poſsunt, vt ex *Finckelthauſ.*, *Georg. Adam.* reſpondit *h*, dicens quoque, ex eo, quod iure ſaxonico vxor res ſuas alienare nequeat, niſi mariti, tanquam curatoris coniugalis, vel alterius Curatoris peculiariter conſtituti conſenſum adhibeat, idcircò nec abſque mariti, vel Curatoris conſenſu feudum conſtituere fœminam poſse, quod ex *Georg. Schultzen.*, & *Schneid.* probat *i*, niſi ſint fœminæ illuſtres, vt Reginæ, Abbatiſsæ, Duciſsæ, Comitiſsæ, quas abſque Curatoribus, feuda rectè conſtituere poſſunt, ex eis, quæ tradunt, *Hering.* & *alij*, & cit. *Adamus* limitandum proponit k.

4 B (Clericos etiam in feudū dare poſse de reb. propriis conſtat.)

Clericos (quoque dummodò ſuorum bonorum adminiſtrationem habeant, de bonis ſcilicèt patrimonialibus in feudum dare poſse legimus, vt in iure feudali cautum inuenimus *l*, maiorem tamen libertatem laicorum in feudis coſtituendis, ac concedendis, quàm Clericorum eſse, *Vult.* probat *l*.

5 (Monachi verò in feudum dare nequeunt.)

Ex quo eruitur (Monacos in feudū dare non poſse, cùm nulla bona poſsidere dicantur, vt in *Nou.* legitur *m*; Cumq; ipſi Monaci, vt ſerui reputentur, vt ex dictis iuribus patet, indè eſt, vt quemadmodum ſeruus, qui bona poſsidere non dicitur in feudum dare non poteſt, nàm prò mortuo iure Ciuili habetur ſecundùm ea quæ I. C. edocent *n*, nec quidquam proprij habet, ſed omne, quod acquirit Domino acquirit, ità, & Monacus, qui in Mundo mortuus dicitur, nec quidquam poſsidere iure proprio poteſt, cùm quidquid acquirat Monaſterio, acquirat, vt ex *Iure Canonico, & Ciuili* cauetur *o*; idcircò in feudum dare Monacum non poſse patet.

C

6 (Laici verò omnes in feudum dare poſſunt, quod tripliciter euenire poſse latè explicatur.)

Laicos autem (mares in feudū de bonis proprijs dare poſſe, non ambigimus, quiquidem, vel ratione alicuius ſuperioritatis in feudum concedunt, vel quia nullam retinent ſuperioritatem, vt plebei, & ruſtici ſunt, in feudum tamen concedunt.

Seculares, qui ratione ſuperioritatis feudum de rebus proprijs concedunt vulgò tres gradus eſse dicunt, ſummum, ſcilicèt vnum, medium quendam, inferiorem verò alterū.

7 D (Imperator, & cæteri ſummi Principes qualiter feuda cōſtituere poſſint.)

Summi (ſuperioritatis gradus eſt, Imperator Romanus, *qui caput Chriſtiani orbis*, & in vſibus feudorum interdùm quoque *Princeps*, quaſi primum caput, ſeu primus *Locumtenens*, dicitur *p*, & interdùm quoque *Rex* in iiſdem feudorum Conſuetudinibus appellatur *q*, & iſte dicitur fons, & origo feudorum, & tanquàm Princeps ab eo

g *Ius Can. vid. in cap. 4. de arbitris.*

h *Finckelthauſ. d. f. contr. 14. iuncto Aurum. d. l. 3. th. 18. Georg. Adam. in d. Aphoriſm. 3. n. 1. quidquid Hattyl. contradixerit in Analyſ. iuris feud. cap. 5. lit. T. fol. mihi 39.*

i *Schultzen. ſynopſ. feu. cap. 4. n. 25. Schneid. in epit. feud. p. 3. n. 74. iūcto Sueuo exerc. feud. 3. aſsert. 6. in med.*

k *Hering. de fid. c. 7. n. 517. D. Carpzou. p. 2. c. 15. def. 9. et Schultzen. d. n. 25. cit. Adam. ibid. quò ſup. n. 1. in fin. Rudinger. Rulan. tr. de commiſsar. p. 1. lib. 1. c. 29. nu. 6. Schultzen. in ſynopſ. feud. c. 4. n. 28.*

l *Ius feudal. vid. in cap. 1. de Clerico qui inueſt. facit, Schrad. de feud. p. 4. c. 2. Vult. de feud. c. 3. n. 10.*

l *Vult. de feud. cap. 3. n. 13. etiam conſuetudine induci poſsit, vt Clericus ante Vrbanum II. Pontificem non dare ſolitus in feudū dare poſſet, idem Vult. vid. ibid. num. 11.*

m *Nou. vid. in auth. ingreſsi, C. de Sacroſ. Eccleſ. et in auth. nunc autem, C. de Epiſcopus, et Clericis, iunctis c. 2. et 6, in fin. et 10. de ſtatū monacor. de qua re latè vid. eſt, Auguſt. Barboſ. in collect. in d. cap. Petr. Gudelinus de iure nouiſsimo, lib. 6. c. 10. Roſenthalis d. cap. 3. concluſ. 4. nu. 2. Vult. d. c. 3. n. 12.*

n *I. C. vid. in l. quod attinet, et in l. ſeruitutem ff. de regul. iur.*

o *Ius Canonicum vid. in cap. ad Monaſterium de ſtatu monacorum, Ius Ciuil. in dict. auth. ingreſsi.*

p *Vſ. feud. vid. in cap. vnico quis dicatur Dux, vel Marchio.*

q *Conſ. feud. vid. in cap. 1. §. 1. de his qui feud. dare poſs. Iacob. de Franch. de his qui feud. dar. poſs. num. 41.*

Digitized by Google

A eo omnia feuda fluere, vt *Anton. Faber* ſcripſit *r*, & quod de bonis proprijs in feudum dare Imperator poſſit, dubium non patitur, quemadmodum in patrimonialibus bonis fideicommiſſa familiæ conſtituere poteſt; ſecùs verò in bonis Imperij, vt *Philipp. Knipſch.* tradit *r*.

In eodem quoque ſupremo gradu ſunt Monarcæ, atque Reges, Superiorem non recognoſcentes, proùt *Hiſpaniarum Inclitus Rex noſter eſt*, qui Monarca dicitur, Superiorem non recognoſcens, item Rex Galliæ, Angliȩ, & Daniȩ ratione Regni (cùm reſpectú Holſatiæ Vaſſallus adhùc Imperij, & Imperatori ſubditus ſit, quemadmodum, & *Rex noſter Monarca Hiſpaniarum* Burgundiæ Ducatum ab Imperatore recognoſcit) qui quidem B omnes ſuis in Regnis iura Maieſtatis habent, imò plus ius in ſuo Regno Rex habere dicitur, quàm Imperator in Imperio, vt *de Franch.* explicat *r*, & quod iſti de bonis proprijs feuda conſtituere poſſint, ambigendum non eſt, vt *Georgius Schultzen.* ſcribit *ſ*, vnde dicitur, Imperatorē, & Regem, Ducatum, Marchionatum, atque Comitatum dare poſſe, vt *Iacob. de Franch.* ſcribit *ſ*.

8 (Qualiter ſimiliter Capitanei Principis in feudum dare poſſint.)

In gradù (autem medio Capitanei Regis, vel Regni ſunt, quorum meminit *Gerhardus Capagiſt.* in vſ. feudorum *t*, nempè illi, qui à Principe Supremo, ſcilicet Imperatore, Monarca, vel Rege feudum habent, ex eo, quod capita, reſpectù aliorum indignitate, alta habere dicantur, idcircò Capitanei dicti, vt ex *Andrea de Iſern. &* C *alijs, Iacobutius de Franchis* explicat *v*, dicens quoque iſtos eſſe illos, quos vulgò *Barones* appellamus ex *Baldi* dictis *x*; In Imperio autem Romano, Germanico, Capitaneos iſtos hodiè Electores, Archiduces (qui titulus, *in Inclita, & auguſta familia Auſtriaca primū capit*) quēadmodum, Duces, Marchiones, atque Comites, dici cit. *Georg. Schultzen.* meminit *z*, dicens quoque Germaniæ Principes, quia titulo, & dignitate perpetui, & in hæredes tranſitoria decorati sūt, & in ſuis territorijs Imperatoris, inſtar præſunt, liberè feuda conferendi poteſtatem habere, ex *communi feudiſtarum ſententia a*, quod tamen intelligēdum eſſe dicit, ſi de bonis particularibus ſui Ducatus, Marchiæ, vel Comitatus, abſque ſuarum ditionum, D nec non dignitatum damno, detrimentouè, aliquem inueſtiant, non ità ſi ipſi alij totum Ducatum, Marchiam, vel Comitatum in feudum conferre velint, cùm abſque Imperatoris permiſſù illis conceſſum non ſit, per ea quȩ poſt alios *Lodulf. Schrad* refert *b*.

V In

r *Anton. Faber. in ſuo Cod. lib. 3. tit. 12. pag. 193. col. 1. defin. 17. nu. 6. et omnes dignitatum theſauros in Imperatore abſconditos dixit. Iacobut. de Franch. d. tit. de his qui feu. dar. poſſ. num. 46.*

r *Philipp. Knipſch. de fideicomm. fam. cap. 3. num. 11. et num. 13. et quando Imperator feudum antiquum, Imperio apertum in feudum iterum concedere non poſſit, idem ibid. poſt alios num. 16.*

r *De Franch. d. tit. nu. 43. et quæ poteſt Imperator in Imperio, poteſt Rex in Regno Siciliæ, idem de Franch. ibid. n. 42. iunct. Dom. Reg. de Pont. lect. 1. nu. 30 Petr. Greg. p. 1. q 2. num. 3. et 4. de conceſ. feud.*

ſ *Georg. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 4. de his qui feud. dar. poſſ. num. 18.*

ſ *Iacobut. de Franch. d. tit. de his qui feud. nu. 38.*

t *Gerhard. Capagiſt. in vſ. feud. vid. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ,*

v *Iacobut. de Franch. in tit. qui feud. poſſ. qu. 3. n. 2. ex Andr. de Iſer. in d. cap. 1. qui feud dar. poſſ. in 2. col. verſ. item dant.*

x *Bald. in d. cap. 1. de his qui feud. poſſ. ſuper verb. Marchiæ, col. 2. verſ. Capitanei, Iacob. de Franch. d. n. 2. et quidam, in alio ſignificatu Capitanei iſti ſint, idem Iacobut. vid. ibid. nu. 3.*

z *Georg. Schultzen. d. loc. num. 19.*

a *Feudiſtæ vid. in d. cap. 1. in princ. de his qui feud. dar. poſſ. Schneid. poſt alios in epit. feud. par 3. num. 68. Vveſenbec. de feud. cap. 4. num. 4. Borcholt. de feud. cap. 1. num. 31. et ſeq. Vult. lib. 1. de feud. cap. 3. num. 13. Rittherſuſ. in part. feud. lib. 1. cap. 5. num. 19. Ruding. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 7. num. 7. et alij quos refert cit. Schultzen. ibid. num. 20.*

b *Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 52. et ſeq. Schultzen. d. loc. nu. 21. inde rectè dicitur Comites iſtos bona eorum infeudare, non verò aliena poſſe, Iacob. de Franch. de his qui feud. dar. poſſ. num. 27.*

9 (Valuaſores etiam maiores in feudum dare poſſe probatur.) A

In gradù (verò inferiori ſunt Valuaſores maiores, ſcilicèt qui propriè Regis, vel Regni valuaſores dicuntur, & feuda à Marchionibus, Comitibus, & alijs Regis, vel Regni Capitaneis accipiunt, quorum *Feudiſta* meminit *c*; Cuius generis hodiè Barones, & nobiles eminentiores dici, *Georgius Schultzen.* explicat *d*, dicens, ex recepta Conſuetudine ipſos Barones, vtpotè qui Comitibus æquiparantur, ex eo ſcilicèt, quia à Rege feuda teneant, ad ſecundùm gradum referri, per ea quæ *Obrecht.* poſt *Zaſ.*, *&* *alios* probat *e*; Quos quidem etiam in feudum dare poſſe conſtat, per ea quæ ex *Feudiſta* edocemur *f*.

B

Capitanei quoque iſti, qui in inferiori gradu ſunt, vocantur, qui quidem etiam de rebus proprijs in feudum dare poſſunt, & ipſi qui ab eis feudum accipiunt, minores valuaſores dicuntur, vt *Gerhardus Capagiſtus* inquit *g*, ibi (*Sed hodiè Capitanei dicuntur, ſeù appellantur, qui & ipſi feuda dare poſſunt, ipſi verò qui ab eis accipiunt feudum, minores valuaſores dicuntur.*) Valuaſores autem dicuntur, quia valuæ, ideſt Domini portæ in feſtis, quibus conſueuerunt homines *Curtizare*, aſſident, & eis reuerentiam exhibere debet, propter beneficiū collatū, quemadmodū libertus patronum ſuum, cuius perſona ſemper debet videri ſibi ſancta, per ea quæ in *Iure Ciuili* notantur *h*; Honor enim Domini eſt, vaſſallum ad eius portam ſedere, nàm honorē, & dignitatē, portā habere dicimus, & ideò portæ dignitatis non patent infamibus, vt *Imperat.* loquitur *i*.

C

10 (Minores quoque Valuaſores etiam in feudum dare poſſe, non dubitandū eſſe ſcribitur.)

Minores (autem valuaſores in feudum quoque dare poſſe, non ambigitur, qui verò ab illis feuda accipiunt, minimi valuaſores, ſeù valuaſini dicuntur, quorum in Conſuetudinibus feudorum mentio fit *k*, quos in feudum quoque dare poſſe, ex *Hattyler.* conſtat *k*, quemadmodum, &.

11 (Plebeios etiam in feudum de bon. prop. dare poſſe qualiter intelligatur.) D

Nullius ſuperioritatis ex ratione, (etiam plebei, & ruſtici in feudum dare poſſunt, ſicque non ſolùm qui in dignitate conſtituti ſunt, eis feuda conſtituere licitum eſt, verū etiam, qui nulla dignitate illuſtrantur, prout ſunt ruſtici, atque plebei, qui ſi liberam ſuarum rerum adminiſtrationem habeant, de proprijs bonis in feudum dare poſſe, ex communi DD. ſententia habemus, quod quidem in vſibus feudorum notatur *l*, quidquid contradixerint, *Paulus à Monte Pico, Franciſcus Duarenus, Fachineus,*

Marti-

*c Feudiſt. vid. in cap. 1. verſ. ſunt et alij de his qui feud. dar. poſs.*

*d Georg. Schultzen. in d. cap. 4. num. 22.*

*e Obrecht. poſt Zaſ. et alios in tract. feud. lib. 2. cap. 1. nu. 65. Schultzen. d. l. num. 23.*

*f Feudiſt. vid. in d. cap. 1. verſ. ipſi vero, et in c. 1. quis dicatur Dux, Schrad. de feud. par. 4. num. 1. Vueſenbec. de feud. cap. 4. nu. 4. verſ. hi rursùs, Mozz. de his qui feud. dar. poſs. num. 16. Borcholt. de feud. c. 5. num. 38. Vult. poſt alios lib. 1. de feud. cap. 3. num. 13. et 14. vbi latè hanc vaſſallorum diſtinctionē pertractat, quem recenſet, et ſequitur cit. Georg. Schultzen. d. l. nu. 24.*

*g Gerhard. Capagiſt. vid. in d. c. 1. verſ. ſed hodiè de his qui feud. dar. poſſ. Iacobut. de Franch. in tit. qui feud. dar. poſs. qu. 3. num. 5.*

*h Ius Ciuil. vid. in l. liberto PP. de obſequ. à libert. patron. præſt. Andr. in tit. de his qui feud. dar. poſs. in 2. col. in fine in verſ. valuaſores.*

*i Imp. vid. in l. 2. C. de dignit. lib. 12. Andr. ibidem quò ſup. cit. Iacobut. de Franch. d. l. n. 9.*

*k Conſ. feud. vid. in c. 1. an maritus ſuccedat vxori in benef. et in c. 1. quis dicatur Dux, Marchio, Comes, etc.*

*k Hattyler. in analyſ. feud. cap. 5. lit. P. fol. mihi 370. qui ab eis feuda accipiunt ruſticos, et plebeos dici.*

*l Vſ. feud. vid. in cap. vnico de nat. feud. in cap. 1. §. ſimiliter de lege Conradi, communem autem DD. ſententiam, qui affirmant ſunt, Roſenthalis dict. cap. 3. concluſ. 2. lit. C. Schrad. de feud. par. 4. cap. 1. num. 50. Borcholt. de feud. cap. 5. num. 40. et 41. Nicolaus Intrigliol. in qu. feud. 53. num. 4. Arnol. de Reyger. diſput. feud. 2. t. 3. Arum. diſput. feud. 3. t. 15. Vueſenbec. de feud. cap. 4. num. 5. Mozz. de his qui feud. dar. poſs. num. 17. et ſeq. Vult. d. cap. 3. num. 14. Hunn. tract. feud. cap. 7 fol. 100. Sonsbec. par. 3. num. 15. Bocer. de inueſt. feud. cap. 3. num. 112.*

Digitized by Google

A *Martinus Bonacina, & alij m*; Quiquidem exiſtimarunt in feudum dandi facultatem eorum ſolùm eſſe, qui dignitatē habent, atq; proindè cōferre, feuda poſſunt per ea, quæ in vſ. feud. notantur *n*; etenim cùm in dict. conſuet. feud. loco, perſonæ, quæ in feudum dare poſſunt enarrentur, nec ad eas tantùm aliquà taxatiua particula in feudum dandi poteſtas reſtringatur, cumque ex alio earundem conſuetudinum loco, præter eas perſonas ibi enumeratas, etiā alias perſonas, ibi non enarratas, nempè minores, atq; minimos Valuaſores in feudum dare poſſe caueatur *o*; idcircò cōtrariorū dicta nō obſtant, verùntamen dicendū euenit, quod quotiès quis, ſiuè nobilis, ſiuè plebeius ſit, de rebus ſuis liberam adminiſtrationem ha-
B bet, in feudum dare poſſit, quod ex communi voto eo, vſque extendi *Georg. Schultzen.*, ex plurium authoritate dicit *p*, vt etiam ruſtico bona ſua allodialia in feudum concedere permittatur, per ea, quæ generaliter ſcripta in conſ. feud. leguntur *q*, dicens quoque hoc, ex conſuetudine obſeruandum eſſe, vtpotè iuris controuerſi optima interpetre, & rem iſtam nullum dubium habere, non obſtante quidquid alij in contrarium adducant, de quibus *Obrechtus* adeundus eſt *r*.

De Iure Saxonico quoque, ruſticum ruſtico, in feudum dare poſſe, ex *Schrad.*, *cit. Schultzen.* refert *ſ*.

12 (Barones qualiter in Regno nō niſi excadentias in feudum concedere poſſint.)

Barones autem (in Regno, nonniſi excadentias, ideſt feuda, quæ concedi ſolent, dare poſſe, ex *Conſt. Regni* cauetur *t*,
C imò nec eaſdē eſcadentias locare, niſi eo modo, quo antiquitus locatę fuerunt, vt in *d. R. Cōſt.*, & ex *Andr. de Iſer.*, *Iacobut. de Franch.* probat *v*, de qua re potiùs infrà, cū

V 2 de

m *Paul. à Monte Pico in tit. de his qui feud. dar. poſs. in princ. n. 34. Franc. Duaren. in conſ. feud. 6. n. 8. Fachin. 7. controu. 74. Martinus Bonacina Theol. mor. to. 2. diſp. 3. q. 8. puncto 3. §. 1. num. 1.*

n *Vſ. feud. vid. in d. c. 1. de his qui feu. dar. poſs.*

o *Conſ. feud. vid. in cap. 1. de nat. feud.*

p *Georg. Schultzen. d. c. 4. num. 26.*

q *Conſ. feud. vid. in c. vnic. in princ. per quos fiat inueſt. et in cap. vnico, §. ſimiliter 2. de lege Conradi, Schrader. de feud. p. 4. cap. 1. n. 57. Borchol. de feu. cap. 5. n. 41. Roſenthal. d. cap. 3. concluſ. 2. nu. 2. Nicol. Intrigl. qq. feud. 53. n. 5. Schneid. poſt alios in epit. feud. p. 3. n. 3. verſ. adeò, et num. 69. et ſeq. vbi num. 61. ſub fine, hanc ſententiam de cōmuni conſuetudine obſeruari, nec ab ea in iudicando recedēdum monet, prout et alij tradūt, de quibus apud Herman. Vult. videre eſt in d. cap. 3. nu. 14. Rudinger. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 7. ſub fine, Bocer. claſs. 5. diſp. 14. theſ. 19. lit. A. Iacobut. de Franch. ad tit. qui feud. dar. poſs. n. 26.*

r *Obrecht. in tract. de feud. lib. 2. c. 1. n. 71. et ſeq. et Georg. Adam. d. cap. 5. aphoriſ. 13. poſt nu. 3.*

ſ *Schrad. de feud. par. 4. cap. 2. num. 57. Schultzen. d. cap. 4. num. 26. in fine.*

t *Conſtit. Regni, Conſtit. Diu. Mem., et affirmat Andr. in cap. 1. col. 2. verſ. conſtitutio, de his qui feudum dare poſs. et in cap. 1. §. ille tamen, col. 3. verſ. item in terra, de controuerſ. feud. apud Pares terminanda, et in cap. Imperialem, §. nec Dominus, col. 5. verſ. ſed Princeps, de prohibit. feud. alien. per Frid. vnde excadentiæ dicuntur feuda conſueta dari alijs in feudum per Comites, Barones, etc. Petr. Greg. de conceſs. f. par. 1. q. 2. num. 6. et quando Baro, ſeù feudatarius poſſit certas terras locare, ſeù concedere in perpetuum, vt plantentur cum hoc, quod reddatur certa portio in fructibus, idem Greg. explicat d. tract. p. 2. q. 7. n. 24. et an poſſit iuriſdictionem*
D *pignorare abſq; vaſſallorum conſenſu in feudum, idem p. 7. q. 7. lit B. et an poſſit bona demanialia in feudum concedere, idem p. 1. q. 5. cap. 6. et alia de Baron. latè habes apud Capibl. de Baron.*

v *Andr. de Iſern. in cap. 1. in 3. col. verſ. vel aliquod commercium de prohib. feud. alien. per Lotharium, Iacobut. de Franch. de his qui feud. dar. poſs. num. 29. Excadentiæ autem nomen iſtud, ex Iure Romano aſſumi poſſe, nempè ex C. lib. 12. de bon. vac. l. fin. vbi dicitur ens vacans, cadens, etc. et ex l. omnes de delat. vbi ceciderit in cauſam, et eſſe in auth. de exhibendis, et introd. reis, §. option. ſcribit Gloſs. in d. Conſt. Regn. Conſtit diu. mem. in verbo excadentias, excadentiæ autem, et res fiſcales quomodo, et ad quantum tempus locari debeant, vid. Gloſ. in Conſtit. Regni authoritatem magiſtris, verbo authorit. et quod in donatione excadentiæ non reperiatur iure cautum, quod Princeps ſcire debeat, ponit Andr. in Conſtit. Regni dignum 2. col. mihi n. 65. fol. 199. col. 1. et excadentiæ poſtquam in fiſcum peruenerint, ſunt de regalibus, et habebit eas Curia, ſicut habebat ille cui ſucceſſit, niſi declararet eas, velle aliter habere, rei enim ſuæ quilibet eſt moderator, et arbiter, ſcribit Iſern. in conſt. dignum lin. 71. fol. mihi 199. vnde eſt, quod excadentialia Rex alienare poteſt D. R. de Ponte conſ. 131. n. 15. to. 2. excadentiam autem totam etiam Baronem poſſe donare, cum antiquo ſeruitio, dixit Iſern. in d. Conſt dignum, lin. 62. fol. mihi 199. et quomodo poſſit donari cum antiquo ſeruitio, cum ſubtracto demanio, neceſſario minuatur ſeruitium, ibid. lin. 73.*

Digitized by Google

de rebus, quæ in feudum dari poſsint, vel non, peragamus tractandum eſset, attamen hæc ita poſita, non tàm ab ordine ſcripta hic videntur. A

Ex dictis autem, nempè ruſticos quoque in feudum dare poſse inducitur, non ſolùm à potentioribus, ac dignioribus Dominis, feuda recognoſci, verùm etiam à plebeis, nec ex eo quod potentioribus, atque dignioribus infeudandi poteſtas conceſſa ſit, plebeis denegata eſt; ſed ſicuti quilibet quouis titulo res ſuas alienare poteſt, ità per dationem in feudum dominium in rei vſufructu, proprietate ſemper ſibi reſeruata, transferre poterit, vt *Schrader*, *& Georg. Schultzen.* explicant *x*; Vndè fit etiam ruſticum ratione feudi, quia ſcilicèt eiuſdem Dominus eſt, feudalem iuriſdictionem conſequi, vt ex Conſ. feud. *Iaſon.*, *& Roſenthalis*, probant *z*. B

Nec tantùm, quiſque rei ſuæ Dominus, ſiuè ex potentioribus, ſiuè ex plebeis ſit, ipſe in feudum dare poteſt, de re ſcilicèt, cuius dominium, atque actuale diſponendi liberum ius habet, verùm etiam per Procuratorem; & hoc ſiuè ſpecialiter Procurator, ad infeudandum ſcilicèt, conſtitutus ſit, ſiuè per mandatũ cum libera alienandi poteſtate conſtitutus fuerit, ſecundùm ea, quæ *I. C.* reſpondit *a*, dixi cum libera alienandi poteſtate, nàm qui mandatum generale habet, ſcilicet abſque libera alienandi poteſtate, ſicuti alienare nequit, per ea quæ *I. C.* edocet *b*, ità nec in feudum concedere poterit, vt *Georg. Adam.* ſcribit *c*, etenim ſi quiſque, qui rem liberè alienare poteſt, poteſt in feudum concedere, vt ſuprà diximus, idcircò conſequens nectitur, vt qui poteſtatem alienandi non habet, infeudare nequeat, & ità validum eſt nominis argumentum, à verbo ſcilicet alienare, ad verbum infeudare, ideſt de alienandi facultate ad infeudandi poteſtatem, quod quidem intelligas, circà infeudationẽ nouã faciẽdã, ſcilicèt, qui poteſt alienare, poteſt in feudum dare, non verò in feudo iàm conceſsò, cùm aliud ſit eo caſu alienare, aliud verò infeudare, ſcilicet cùm feudum conſtitutum eſt, nàm vaſsallus, licet non poſsit, etiam partem feudi alienare, vt in *Conſ. feud.* habetur *d*, poterit legitimè illud infeudare, vt ex eodem iure Conſ. feud. cauetur *e*. C

Quia D

*x Schrad. de feud. p. 4. cap. 2. num. 57. Schultzen. d. cap. 4. nu. 25. et 26. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 5. Aphoriſ. 3. num. 3.*

*z Iaſ. in prælud feud. num. 55. Roſenthal. d. cap. 3. concluſ. 2. lit. C. iuncto Georg. Adam. in d. aphoriſm. 3. n. 4. vbi, tex. in l. 3. C. de iuriſdictionib. quia de iuriſdictione iure magiſtratus competente loquitur, et quia dicitur ibi, quod iſta priuatorum conſenſu nequeat tribui, inde non ſequi; quod illi, qui feudum conſtituit ſingularis illa iuriſdictiò, quæ iure feudali nanciſtitur, nequeat adſcribi, ſicque quia non ex priuatorum conſenſu, verùm iure feudali acquiritur, ideò tex. illum dictæ concluſioni non obſtare ibidem exponit.*

*a I.C. vid. in l. 60. §. finali PP. mandati.*

*b I.C. vid. in l. 63. PP. de procurat. Roſenthal. d. cap. 3. concl. 9. nu. 6. lit. F. et H. Io: Niell. diſp. feud. 2. th. 2. lit. B. Vult. 1. f. cap. 3. num. 2.*

*c Georg. Adam. d. l. nu. 5. quod ampliat, et limitat, Schultzen. d. cap. 5. num. 48. et 49. et in Procuratore omniũ bonorum, quia alienare nõ poteſt, ex l. 63. PP. de Procuratoribus, nec in feudum dare poſse, Hattyler: dixit in analyſ. feud. cap. 5. lit. R. fol. mihi 19. quidquid in mandato tùm libera alienandi facultate, ſcilicet, nec infeudari ex illo poſse, cùm infeudati naturam donationis ſapiat, quàm Procurator, cùm alienandi facultate facere non poteſt; Arum. diſput. feud. 3. th. 29. Finckelth. diſp. feud. 5. th. 12. et Sueuus d. exercit. 3. Aſsert. 9. dixerint, tamen quia non omne feudum naturam donationis ſapit, cùm emptionis titulo feuda etiã conſtituantur, vt ſuprà diximus, ideò illorum dicta non obſtant, in renouatione tamen inueſtituræ, cit. Sueuus non dubitat ibid. cit. cũ in verſ. ſed vetus ſaltẽ renouare, et rathiabitione Domini, feudum à Procuratore nouiter conceſsum conualeſcere, dicat.*

*d C. f. vid. in c. 1. de vaſsallo qui contra Conſtit. Lotharij in cap. 1. de prohib. feud. alien. per Frid.*

*e Conſ. feud. vid. in c. 1. §. 1. qualiter olim, etc. et in c. Imperialem, §. illud. d. tit. de prohib. feud. alien. per Frid. idemque notat, Gloſ. in c. 1. §. preterea de capit. Conradi, quidquid contr. ſit de iure Regni per Conſt. Conſtit Diuæ Mem. ex qua nec vaſsallus feudum ſubfeud. facere poteſt.*

Digitized by Google

A Quia verò ſupradiximus, Dominos omnes illos infeudum dare poſse, qui rerum Domini ſunt, atque poteſtatem liberam, de illis quouis titulo diſponendi habent; Verùm quia ſunt aliqui, Domini quidem rerum, atque iura diſponendi de illis habentes, verùntamen illius Dominij, atq; iuris executio, ob perſonarũ cõditionẽ interdicitur, vel ob eorundem ætatem, certis limitibus circumſcribitur, idcircò quia de his dubium, facilè inſurgere poterat.

Sciendum eſt, poſtquam de ijs, qui, vt Domini, rerum in feudum dare poſsunt, de illis quoque, qui & ſi Domini ſint, tamen aliquo ex iuris impedimento, in feudum de rebus ſuis dare non poſsunt; Huius autem generis eſse impuberem, minorem, furioſum, mente captum, B prodigũ, mutũ, & ſurdũ dicimus, qui quidem, nec tutoris, vel Curatoris authoritate interueniente, nec ſoli Tutor, vel Curator iſtorum nomine feuda, iure concedere poſſunt, niſi vt illorum res in feudum dentur, vrgens aliqua neceſsitas exquirat, & hoc, cauſa cognita, magiſtratus decreto interpoſito, fieri debere elucidamus.

13 (Pupilli, Minores, & cæteri, qui ſuorũ bonorum adminiſtrationem non habẽt inueſtituram facere, nec renouare, etiam tutoris accedente cõſenſu non poſsint exponitur.)

Quod (igitur ad Infantem, & pupillum, ſub impuberum nomine comprehenſos pertinet, & arg. *Iuris Ciuilis, & Iuris quoque Feudalis* probatur, neque ſcilicèt Infantem, neque pupillum, quia ſuorum bonorum adminiſtratione carent in feudum dare poſse *f*; Similitèr, minorem quoq; per ea quæ ex *Iuris Communis*, & *Iuris feudalis* arg. ca- C uentur, nec in feudum dare poſse liquet *g*.

Legitimis tamen requiſitis interuenientibus perſonæ iſtæ, quæ in feudum dare prohibentur, feudum conſtituere poterunt, vt in *Iure Feudali*, & *Romanorum* notatur *h*; nùm autem pro legitimis requiſitis ſufficiat tutoris authoritas, vel conſenſus, vt perſonæ iſtæ requiſitis interuenientibus in feudum dare dicantur.

Dicas, nec tutoris authoritate interueniente, feudum nouum in bonis pupilli conſtitui poſse, ex communi DD. opinione, tùm quia feudum in rebus immobilibus conſi-

ſte-

f *Ius Ciuil. vid. in §. nunc admonendi elem. iuris quib. alien. liceat, vel non, in l. pupillus 11. PP. de acquirendo rerum dominio in leg. ius iurand. 17. §. pupillus primus PP. de iur. iurand. Ius feudale vid. in c. 1. §. qui enim per quos fiat inueſt. Schrad. de feud. par. 4. cap. 1. n. 61. et alij.*

g *Ius Com. vid. in l. ſi Curatorem habens 3. Cod. de in integr. reſt. Ius feud. vid. in d. cap. 1. d. §. qui enim per quos fiat inueſt. Schrad. d. l. num. 62. Obrecht. in tract. feud. lib 2. cap. 1. nu. 107. Vult. cap. 3. n. 6. et alij.*

h *Ius feud. vid. in cap. 1. ſi de inueſt. feud. contr. fuerit Ius Romanorum vid. in rub. de reb. eorum qui ſub tutore, vel Curatore, idemque atteſtantur, Matthæus de Afflict. in cap. vnico per quos fiat inueſtit. num. 2. in fin. Zaſ. in epit. feud. par. 5. nu. 41. Schrad. in tract. de feu. par. 4. cap. 1. num. vlt. Octauius Simõgel. de decretis in contract. min. lib. 2. tit. 6. inſpect. 3. n. 31. et 35 Georg. Adam. d. cap. 5. Aphoriſm. 4. num. 1. dicens huic concluſ. non obſtare tex. in l. vlt. verſ. cùm autem donationis, C. ſi maior factus alien. ſin. decr. cùm non omne feudum gratuitò conſtituitatur, ſed etiam emptionis, et venditionis titulo concedatur, per ea quæ ipſe in cap. 4. aphoriſm. 15. propoſuit, et nos etiam ſuprà diximus, indè quemadmodum plenum Dominium rei decreto interpoſito à minore eiuſque Curatore in alium venditionis titulo transferri poteſt, ità quoque ſolùm vtile dominium, etenim regulam illam, quod donatio rerum minorum ne quidem decreto interpoſito valeat limitant eam non procèdere ſi ſingularia benemerita remunerentur modo recompenſatio exigi potuerit, et neceſſaria cauſa fuerit, vt ea præſtaretur, per ea quæ cit. Octauius Simongellus tradit in d tract. l. 1. tit. 2. inſpect. 4. ad quod confirmandum addit tex. in l. 4. verbo donatione, C. ſi maior factus, etc. adeoque dicit, et eiuſmodi remunerationis, ergò cauſa cognita, et decreto interueniente tutorem, vel Curatorem feudum alteri concedere poſse, idemque eſſe, cũ dignitas pupilli, aut minoris omninò, vt habeat vaſſallos exigeret, vt idem Adam. ibid. dicit ex traditis per Sonsbec. de f. p. 6. n. 4. Vult. lib. 1. de feu. d. c. 3. nu. 6. quibus addas, Obrechtum de feud. lib. 2. cap. 1. nu. 104. Io: Niell. diſp. feud. 2. theſ. 3. lit. A. Schneid. in epit. feud. par. 3. nu. 48. Gothofrid. Anton. exercit. feud. 2. theſ. 5. lit. B. nu. 50. ex argumento legis pacto 5. PP. de reb. eorum qui ſub tutela, etc. Vveſenbec. de feud. cap. 4. nu. 4. ſub fine, Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 3. concl. 16. et ſeq. vbi limitationes in quibus bona pupilli, vel minoris in feudum dar. poſs. refert Schultzen. d. cap. 4. num. 39. et 50.*

D

Digitized by Google

ſtere videatur, vt in *Iure Feudali* notatur *i*, quorum alienatio ſine Prætoris decreto, cum cauſę cognitione nullatenùs ipſis Tutoribus, ac Curatoribus permittitur, vt in *Iure Ciuili* ſtatutum legi mus k, tùm etiam quia, cùm infeudatio regulariter gratuita ſit, vnde donatio quædam dicitur, vt in *Iure feudali* notatur *l*, ad quàm faciendam nec tutor, nec Curator authores eſſe poſſunt, vt ex *Imperatoris* reſcripto patet *m*, nec ex eo ſolùm, quod prohibita minorum rerum, donatio eſt, etiam Tutorum, vel Curatorũ accedẽte cõſenſu, feuda in minorũ reb. conſtitui nequeũt, cũ reſponderi poſſet, nõ omnia feuda donationis titulo cõcedi, atq; gratuita eſſe verùntamen, & quædã emptionis titulo acquiri, quoq; diximus, & *Georg. Adamus ſuprà citatus*, atq; circà hoc propoſitũ allegatus reſpondit verũ etiã, quia feudũ in rebus immobilibus, vt conſtitui debeat, de eiuſdem eſſentia cùm ſit, idcircò, cùm Tutoris authoritas in rebus pupilli immobilibus alienandis ſufficiens non ſit, verùm, & Iudicis, ſiuè Prætoris decretum præuia cauſę cognitione requiratur, inde fit pupillum cũ Iudicis ſiuè Prætoris decreto, & nõ aliter, in feudũ dare poſſe, ſcilicet præcedẽte cauſæ cognitione, & admiſſione, nempè quia pupilli dignitas Vaſſallos habere, exquireret, vt *Georg. Adamus, & Schultzen.* ex pluribus ſupracitatis atteſtantur, quidquid non nulli in contr. arbitrati fuerint, quamuis ſcilicèt præter Tutoris, & Curatoris authoritatem, & conſenſum, magiſtratus decretum etiam ſi interueniat, non tamen in feudum pupillum dare poſſe, vt poſt alios *Obrechtus* ſequitur *n*, & licet quidam alij;

Diſtinctione, inter res infeudari ſolitas, & res non dùm in feudum conceſſas, circà dictam concluſionem vtantur; dicendo in reb. illis, quæ infeudari ſolitæ ſunt, etiam ſine Prætoris decreto feudi conſtitutionem à minore factam validam eſſe, & non item in his, quæ de nouo in feudum dantur, cũ decretũ eſſe neceſſariũ exiſtimauerint, de qua ſententia *Alban. in Bart.* vid. eſt *o*; Quam autem diſtinctionem reprobandam eſſe, ex eo patet, quia quando feudum, defuncto ſcilicet ſine hærede Vaſſallo, ad pupillum, minoremue ſeniores reddit, omne dominium, quod in re haberi poteſt, tùm ſcilicèt vſusfructus, tùm etiam proprietatis, cùm ex morte Vaſſalli, ſine hęrede, ex deuolutione, ipſum dominium in vſufructu, cùm proprietate conſolidetur, atque proindè reſpectù pupilli ſiuè minoris deuoluta res illa feudalis, ità ſe habeat, ac ſi nunquam in illa antea feudum conſtitutum fuerit, cùm poenes ipſum pupillum, ſiuè minorem totius rei deuolutæ dominium plenum conſideretur, quemadmodum in re, quę

i *Ius feud. vid. in cap. vnico, §. finali de feud. cognit. et in cap. vnico, verſ. huius autem in quibus cauſ. etc.*

k *Ius Ciuil. vid. in tot. tit. PP. de reb. eorum, etc. et tot. tit. C. de præd. et al. reb. min.*

l *Ius feud. vid. in cap. vnico, verſ. huius autem in quib. cauſ. etc. et in cap. vnico de feud. dato inuic. leg. commiſ. minor. nanque, nec cum decreto Iudicis donare poteſt, Dom. Reg. de Marin. lib. 1. reſ. cap. 144. num. 3. cum nulla pupilli vtilitas in donatione conſiderari poſsit imò pupilli damnum, non aliàs, vt in alia natione in qua pupilli vtilitas conſiderari poteſt, et cum ex cauſa fit, et in pupilli euidentem vtilitatem reſultet, etiã ſine decreto valet, D. R. de Ponte conſ. 1. nu. 84. et ſeq. lib. 1.*

m *Imperat. vid. in leg. pactum Curatoris 22. C. de pact. et in l. functiones 4. C. de donat. Vveſenbec. de feud. cap. 4. numer. 6. Schneid. in epit. feud. par. 3. nu. 83. et ſeq. Borcholt. de feud. cap. 5. nu. 42. verſ. nõ ſolum, Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 3. concluſ. 15. Nicolaus Intrigliol. qu. feud. 53. nu. 46. et ſeq. Vult. lib. 1. cap. 3. num. 6. Ritterſus. par feud. lib. 1. cap. 5. q. 2. Ruding. contr. feud. lib. 1. cap. 39. num. 6. et ſeq. Arnold. de Reyger. diſput. feud. 2. t. 17. lit. A. Arum. diſput. feu. th. 3. Schultzen. d. c. 4. n. 37. Sueuus exercit. feud. 3. aſſert. 8. prope fine, fol. mihi 38.*

n *Obrecht. poſt alios tract. de feud. lib. 2. cap. 1. num. 109.*

o *Alban. in Bart. ad tex. in l. magis puto §. ſi pupillus de rebus eorũ, etc. iuncto Ruin. in l. 4. conſ. 40. num. 41. et poſt alios Obrecht. in tract. feud. cap. 1. num. 115.*

A

B

C

D

Digitized by Google

A quæ nunquam in feudum data fuit, ipſum pupillum omne dominium habet, tùm ſcilicèt in proprietate, tùm etiã in vſufructu, cumque eadem ratio dominij, ità in rebus deuolutis, ſicuti in rebus, quæ pupillus, ſiuè minor iure proprio, non dùm in feudum conceſsis poſsidet, Iudicis decretum, cùm in feudum concedantur neceſsarium erit, vt *Simongellus* probat *p*; Cumque igitur, nec res infeudari ſolitas minorẽ renouare, vel confirmare poſse abſq; Prætoris decreto dixerimus; Reſoluitur, quod quęritur, vtrùm ſcilicèt pupillus, & minor ſoli, abſque conſenſu, & authoritate Tutoris, & Curatoris, vetus beneficium illis deuolutum renouare, vel cõfirmare poſsint, ꝙ & ſi valdè controuerſum inter DD. *Georg. Schultzen.* recenſeat *q*, nempè cũ pro affirmatiua, quæ *Hermann. Vult.* probauit *r*, adducit, & pro negatiua verò, quia ſcilicet etiã in dicta renouatione facilè pupilli, vel minores decipi poſsũt, quę de conſuetudine obſeruari *Schneid.* dixit *ſ*. Cuius ſententiam ipſe *Schultzen.* quoque ſequendam eſse dixit. Ex eadem ratione, quam ſuprà tulimus, etiam ſcilicèt in renouatione inueſtituræ per pupillum, vel minorem facienda, Prætoris decretum requiri ad probandum, dicta quæſtio reſoluitur, nàm ſi præter Tutoris authoritatem Iudicis decretum, quod ſcilicet liceat pupillo, vel minori inueſtituram renouare cauſa nempè cognita requiri diximus, ex eo ſcilicet, quia eadem ratio prohibens alienationem faciendam per pupillos, ſiuè minores militans in feudo, quod de nouo ab illis conceditur, cùm feudum ab illis renouatur viget, nempè quia ità omne rei dominium pœnes pupillum, vel minorem conſideratur, cùm de nouo in feudum dat, ſicuti in illa re infeudari ſolita illis tamen deuoluta, cùm ſcilicèt inueſtituram eiuſdem rei renouat, vt diximus, eò magis, nec renouare ſine Tut. vel Curat. author. & Iud. decr. min. poterunt.

B

C

*p Simongel. d. l. nu. 55. iuncto Henric. à Roſenthal. d. concluſ. 16 n. 3. vbi in fine addit illã ſententiam, qua in rebus infeudari anteà ſolitis rurſus infeudandis decretum requirimus, quo ad perſonas illuſtres earumque Tutores, vel Curatores vſu non ſeruari, quem refert, & ſequitur, Adam. d. aphor. 4. nu. 2. in fin.*

*q Georg. Schultzen. d. cap. 4. num. 41.*

*r Vult. d. cap. 2. nu. 7. poſt alios ab ipſo Vult. cit. nempè Aluarot., Bald., Iſer., et Schenck. Baro in cap. 1. per quos fiat inueſt. Roſenthal. d. cap. 3. concluſ. 8. Borch. de feud. cap. 5. num. 45. Ferrar. 2. de feud. 2. Blanc. 1. de feud. 4. nu. 6. et ſeq.*

*ſ Schneid. in epit. feud. par. 3. num. 82. iunctis Vveſenbec. de feud. cap. 4. numer. 7. Duareno in tract. de feud. cap. 6. nu. 10. idque probabiliùs Hotoman. videri fatetur in d. cap. 1. per quos fiat inueſt. verbo etiam à minore, et in diſput. feud. cap. 13. qui ea ratione mouetur, quod ni-*

Si-

D *mirum pupillus, ſine Tutoris authoritate ius iurandum deferre nequeat, per ea quæ expreſsè habentur in leg. ius iurand. 17. §. 1 PP. de iure iurand. quod tamen toties quoties, quò inueſtitura fit, ſiuè de nouo, ſiuè de veteri feudo illa fiat, ſcilicet cùm idm antè facta renouaretur præſtandum eſt, idemq Petrum de Rauenna ſectatum fuiſse cõperimus in d. cap. 1. per quos fiat, etc. vbi renouatio inueſtituræ ex hoc impediatur, quod pupillus non habet Tutorem iſtud conſilium docet, vt in inueſtitura renouanda adeatur Iudex competens ipſiuſq; authoritate defectus Tutoris ſuppleatur, per ea quæ notantur in l. bonorum, C. qui admitti, etc. et l. ſi infanti in fine, C. de iure deliberandi ſimiliter, quia vt Duaren. d. loco ſcribit pupillus, cùm non poſſit ſe ſe obligare etiam ſi ſuam conditionem, meliorem faciat, idemque ſcripſit Sonsbec. de feud. par. 6. nu. 19 vbi poſt nu. 23. d. concluſ. ità admittit, nempè quod poſsit pupillus ſine Prætoris interuentu confirmare feudum à Patre datum per tex. in l. obligati, §. pupillus PP. de authoritate Tutorum, et in l. more 8. PP. de acq. hæred. ſemper tamen Tutoris authoritate hoc fieri debere, inquit ſecundùm ea quæ habentur in §. Tutor elementor. iuris de authoritate Tutorum; Quod verum non eſt, cùm vt diximus, nec cum Tutoris authoritate ipſum pupillum feudum retrouare poſse, abſque ſcilicèt Iudicis decreto) licet dictis rationibus Vult. reſpondeat, cùm primam ſententiam ſectetur, etſi idem Vult. ibid. numer. 10. in fine furioſos infantes à dicta ſententia excipiat, quem ſequitur, et eius rationes, at argumentorum contrariorum ſolutiones recenſet Sueuus exerc. feu. 3. aſsert. 8. exiſtimans, cùm Cuiacio, Vult., et aliis, minorem, ſine Curatoris conſenſu etiam ciuiliter obligari per tex. in l. impuberes 101. PP. de verborum oblig.*

Digitized by Google

Similiter neque etiam minorem, & pupillos Tutorem, vel Curatorem non habentes, ſine decreto in feudum dare non poſse,ex dictis liquet, à maioritate, ſcilicèt rationis, etenim ſi diximus, nec cùm Tutoris, vel Curatoris authoritate, abſque Iudicis decreto pupillos, ſiuè minores in feudum de nouo dare poſse, nec vetus renouare, eò magis, ipſi pupilli, vel minores Tutores, vel Curatores non habentes, ſine decreto in feudum dare non poterunt,idq; ex eo quoq;confirmatur,etenim ſancitum in genere eſt,bonorũ ſcilicet ad minores ſpectantium, alienationes, abſque decreto non ſubſiſtere, vt in *Iure Ciuili Romanorum* habetur *t*.

Et minoribus lex illa peculiariter conſulit,adeoque iſto beneficio ſiuè Curatorem habeant, ſiuè non, fruuntur, quod rurſùs etiam confirmationem recipit, per ea quæ apud *Imperatorum* reſcripta notantur *v*, vbi habetur, quod nec is minor, qui veniam ætatis impetrauit res ſuas ſine decreto alienare poteſt; Multò igitur minùs, minor, qui eiuſmodi ætatis veniam non impetrauit, & Curatorem non habet in feudum dare poterit, vt *Georg. Adam.* probat,& non nullis argumentis contrarijs reſpondit, quidquid poſt alios diſsentiat, *Finckelthauſ.* cuius argumenta,dictus *Georgius Adamus* reſoluit *x*, dicens tamen, quando minor iuramento infeudationem confirmauerit Iudicis decreto opus non eſse, per ea quæ in *Codice* habentur *z*.

Quod verò de pupillis, atque Minoribus modo diximus, quod ſcilicèt, nec interueniente quidem authoritate, & conſenſu Tutoris,vel Curatoris feuda de nouo dare poſſint,obtinere quoq;intelligas in infãtibus,furioſis ſeù mẽte captis, atque prodigis,ex eo quod in ijs multò magis, quàm in ipſis minoribus alienationis prohibitio locum habeat, cùm non ſolùm bonorum ſuorum adminiſtrationem non habeant, ſed etiam, quod animi Iudicio, & intellectù deſtituantur, ſic vt non intelligant, quid agant, vt *I.C.* docet *a*.Cæterum illud idem in inueſtituræ renouatione intelligas, ſcilicèt perſonas iſtas abſq;Iudicis decreto inueſtituras renouare non poſse ob rationes, quas ſuprà diximus procedere arbitror, & ex eodem,quia nõ ſolùm ſuorum bonorum adminiſtrationem non habeant verùm etiam conſenſu, mente, atque intellectu orbati, cũ dicantur,idcircò nullã voluntatis rectã operationẽ,etiã in renouando inueſtituras, de eorum rebus infeudari ſolitis,habere poſse dicimus,vt ex ſup.in minorũ,ſiuè pupillorũ perſonis traditis patet,poterunt tamẽ minores alięq; ſup. dict. perſonæ, & cęt., confirmare eas inueſtituras, quæ petuntur ſcilicèt confirmari à defuncti vaſſalli legitimo ſucceſsore, in cuius beneficium feudum,iàm eſt ſucceſsione acquiſitum, nec alio indiget, niſi ſuum ius quæſitum reconfirmari per inueſtituram, vt *Dom. Reg. de Ponte* ſcribit *b*.

Porrò

t *Ius.Ciuil.Rom.vid.in l.4. & l.6.& l.11.& l.15.C.de prædijs min. Simongell. d.tract.lib.3.tit.8.inſpect.2.n.20.*

v *Imper. vid. in l.2.§.1.& in leg.3.C.de his qui ven. ætat.impetr.*

x *Georg. Adam.dict. Aphoriſm.4. verſ.4. Finckelt. diſp.feud.5. controu.7. lit.C. iuncto poſt alios Philip. Knipſchilt. de fideic. fam. nob. cap.3.num.54.& ſeqq.*

z *In Codice ſi adu. vẽdit.Aut. Satramenta puberum, Octau. Simongell. d.tract.lib.3. tit.8. inſpect.18.num. 133.*

a *I.C. vid.in l.in negotij 5.& in l.furioſi 30. PP.de reſtitut. in integr.Schultzen. d.cap.4. numer.42. doctiſsimus Philippus Knipſchilt. tract. de fideic.fam.c.3.num.63.*

b *D. R. de Ponte conſ. 62.num.3.qui loquitur de inueſtitura, quæ infrà annum à ſucceſsore vaſsalli defuncti petitur, vt in cap.vnic. quò temp. mil. &c.itẽ per Conſt. Regn. poſt mortem de morte Baron.&c.*

Digitized by Google

A 14 (Quod muti, vel ſurdi in feudum dare poſſint, qualiter intelligendum ſit elucidatur.)

Porrò circà (illud, quod apud DD. queritur, an ſcilicet mutus, vel ſurdus de bonis ſuis feuda noua dare, & conſtituere poſsint.

Prò affirmatiua ſententia, quod ſcilicet mutus, vel ſurdus in feudum dare poſsint (modo bonorum ſuorum liberam adminiſtrationẽ habeãt) vt omnibus, verior illa probetur adducuntur, ea quæ per regulam illam traduntur, nempè eos, qui rerum ſuarum alienationem habent, etiam in feudum dare non prohiberi, vt in Conſ. feudorum notatur *b*; cumquè mutum, & ſurdum res ſuas alienare, & donare poſſe certum ſit, per ea quæ in *I.C.* habentur *c*, inde ius infeudandi ipſis competere probatur, & eò fortius cùm ipſa infeudatio donationis ſpecies quodammodo regularitèr videatur, vt in vſibus feudorum notatur *d*; Et hanc quidẽ ſententiam *Schneid.*, *& alij* ſecuti ſunt *e*.

B Inter, eum autem, qui ad ciuilia negotia celebranda pœnitùs habilis eſt, ità quod ipſe non intelligat, quod agit, nec quod è conuerſo alij cum ipſo agunt, percipere poſſit, & eum qui mentem ſuam per literas, & ſigna ità exprimere poteſt, vt per eaſdem literas, atque illa eadem ſigna alios quoque intelligere quid velint, poſsit, diſtinctionem circà hanc diſſertationem diſcutiendam DD. communiter tradunt, dicentes mutos, & ſurdos prioris generis, ſiuè ſurdi tantùm, vel etiam ſolùm muti, cùm ſint, Curatores illis dari neceſsè eſſe dicunt, per ea quæ in *Corpore I. C.* habentur *f*; ad eorum res alienandas, & per cõſequens, etiã in ijs ad feudum conſtituendũ,

C Iudicis, ſiuè Prætoris decreto opus eſſe, ex argumento eorũ, quæ in *Iur. Ciuil.* notãtur, ſectãtur *g*, de quibus mutis, & ſurdis, exẽplũ eſſe poteſt, in eo qui natura mutus, & ſurdus eſt, vel etiam natura, mutus ſolùm, vel ſurdus tantùm, per ea quæ (*Nicolaus Intrigliol.*, *Georg. Adamus*, *& alij* tradunt *h*; Secundi ſiuè poſterioris generis verò ſurdus, vel mutus (modo tamen maiores ſint) omnia negotia, atque contractus, in quibus verba, vt interueniãt opus non eſt, contrahere poteſt, ſcilicèt contractus illos, atque ea negotia, quæ per ſenſum viſum, aùt auditum ſignis literis, aùt verbis, ſecundùm conditionem contrahentis, ſcilicèt adhibitis, percipere, rectè poteſt, neq;

D ad eos opus contrahẽdos perſonę iſtæ Curatore habebũt per ea quæ in *I. C.* legimus *i*, idemque procedere in nato ſimùl ſurdo, & muto, cùm tamen, licet loqui, nec audire poſsit, poterit tamen aliqua per ſigna ſignificare, audire, atque intelligere, per ea quæ in *Iur. Ciuil.* notantur k, cuius etiam in rebus alienandis, nec decreto opus eſſe, nempè, quia ob iudicij contrahentis ſiuè alienantis, fragilitatem interponatur, vt *Imperat.* reſcripſit *l*, quę quidem fragilitatis ratio in mutis, vel ſurdis maio-

X ribus

b *Conſ. feud. vid. in ſæpè cit. cap. 1. per quos fiat inueſtit.*

c *Ius Ciuil. vid. in l. in quibus 48. PP. de act. et obligat. imò et nominatim ipſos donare poſſe, vt ex l. qui id 33. §. mutus 2. PP. de donat. cauetur.*

d *Vſ. feud. vid. in cap. vnico verſ. huius autem generis in quib. cauſ. feud. amittat.*

e *Schneid. in epit. feud. par. 3 nu. 78. Henric. à Roſenthal. in ſynopſ. feud. cap. 3 concluſ. 7. num. 1. Nicol. Intrigl. quæſt. feud. 53. n. 263. Rudinger. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 7. nu. 13. Arum. diſp. feud. 3. ib. 23. verſ. ſi tamen omiſsis, et ſeq.*

f *Ius Ciuil. vid. in §. 4. element. iur. de Curatorib. et in l. 20. de reb. authoritate Iudic. poſsid. et in l. 3. §. vlt. de poſtulãdo, et in l. 7. §. 11. quibus ex cauſ. in poſſ. etc.*

g *Ius Ciuil. vid. in tot. tit. de reb. eor. qui ſub tut. vel Cur.*

h *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 5. aphoriſm. 4 nu. 5. Intrigliol. quæſt. feud. 53. num. 263. Obrecht. lib. 2. de feud. cap. 1. num. 42. et poſt alios Herm. Vvlt. 1. feud. 3. num. 8. et alij.*

i *Ius Ciuil. vid. in l. 33. §. 2. PP. de donat. in l. 48. de act. et obligat. in l. 35. §. vlt. de verb. obl. in l. 4. §. 1. de pactis et in l. vlt. in fin. de bon. poſs. infant. fur.*

k *Ius Ciuil. vid. in §. fin. element. iur. de hæredum qualit. et different. in l. 1. qui, et à qu. man. in l. 5. de acquir. vel omitt. hæred.*

l *Imperat. vid. in l. 1. C. de præd. minor.*

Digitized by Google

ribus, qui per ſigna intelliguntur, & intelligunt ceſsat, vt *Iuris Conſ.* edocet *m*, ita quod quoties mutus, vel ſurdus feudum percipere, quid ſit, poterunt, feudum conſtituere de eorum bonis, quominùs poſſint, non impediantur, vt atteſtatur *Blaſ. Michalorius n*.

15 (Filius familias in quibus bonis feudũ cõſtituere poſſit, vel qua ratione non poſſit.)

Ex (quo rurſus, ſuprà diximus, quod, vt feudum conſtituatur ſecundum proprij feudi eſſentiam requiratur, quod dominium in proprietate, pœnes concedentem remaneat, dominium verò in vſufructu pœnes vaſſallum accipientem tranſeat, cùm feudum conſtituitur, fit, ex eo quod filiusfamilias proprietatem peculij aduentitij tantùm habere dicatur, cùm vſusfructus illius peculij patris ſit, idcircò cum de dicto vſufructu diſponere viuente patre, abſque patris conſenſu non poſſit, nec in feudum dare de peculio aduentitio poterit, cùm vſumfructum in vaſſallum transferre nequeat, ſicque inter perſonas, quæ in feudum dare non poſſunt, filiumfamilias, ſine patris conſenſu, eſſe dicimus.

Probatur autem, quod filiusfamilias, ſine patris conſenſu in feudum dare non poſſit, de bonis ſcilicèt aduentitijs, nam, & ſi proprietarius ſine vſufructuarij conſenſu, rem alienare poſſit iure cautum eſſe legatur *o*, quia tamen in patre, & filiofamilias, ſpecialis viget ratio, quod nimirum pater familias, etiam reſpectu proprietatis, ſit illius peculij adminiſtrator, atque proinde filij diſpoſitio ad patris conſenſum reſtricta, quodammodo videatur, vt ex ſancitis per *Imperatorem* cauetur *p*, quod quidem in peculio aduentitio, limitationem recipit, in illis bonis aduentitijs, in quibus patri vſusfructus non acquiritur, de quibus *Imperatoris* reſcripta videnda ſunt *q*, in iſtis namque bonis, cùm dictæ prohibitionis ratio ceſſet, nempè quia pater vſumfructum in illis non habet, idcircò filiofamilias de dictis bonis in feudum dare licitum erit, vt *DD.* atteſtantur *r*; Similiter limitatur in re ad peculium aduentitium extraordinarium ſpectante, cùm in illa filiusfamilias feudum rectè conſtituere poſſit, ex eo quod eius rei plenam proprietatem habeat, vt in *Iure ciuili* notatur *s*, neque filijſfamilias conditio ipſi impedimentum eſt, ex quo ſcilicèt rem ſuam, quam pleno iure tenet alienare poſſit, verùm potiùs ipſi concedi debere *Georg. Adamus* probat *t*.

Quid verò dicendum ſit, in peculio profectitio, an filiusfamilias, de rebus ad dictum peculium pertinentibus, feudum conſtituere poſſit, & quidem dubio caret, negatiuè reſpondendum eſſe, ſcilicèt in illis rebus feudum filiumfamiliam conſtituere non poſſe, quia non eſt earum dominus,

m *I.C. vid. in l. 93. §. 1. de acquir. hæred. Spinell. in ſpec. teſtam. gl. 2. rub. 9. num. 2. Barboſ. in l. 3. C. de reſtitut. in integr. num. 3.*

n *Blaſ. Michalorius in tract. de Ceco, ſurdo, & Muto cap. 31. & ſeq. quem recenſet, & ſequitur Georg. Adam. d. Aphoriſm. 4. num. 6. in fine Sueuus exercit feud. 3. aſſert. 8.*

o *Ius c. vid. in l. 3. §. vlt. quemadmodũ vſufruct. caueat, et in l. 2. C. de vſufruct. Ioh. del Caſtill. de vſufruct. cap. 34. num 8.*

p *Imperator vid. in l. vlt. §. 5. in fine C de bonis quæ liberis, iunctis eis, que in Iur feudal. notantur in cap. 1. per quos fiat inueſt.*

q *Imperator vid. in l. penult. C. de bonis quæ liberis iuncta Nou. 117. cap. ſancimus 1. §. rei autem 1.*

r *DD. ſunt, poſt alios Io: Niell. diſput. feud. 2. th 4. lit. E. Io: Zabel. exercit. feud. 3. th. 3. lit. B.*

s *Ius ciuil. vid. in l. vlt. in princ. verſ. ſancimus in l. 6. §. 2. verſ. ſin autem, et in l. 7. C. de bonis quæ liberis.*

t *Georg. Adam. in d cap. 5. Aphoriſm. 5. nu. 3. ex traditis in d. Nou. 117. cap. 1. §. 1. et in d. l. 7. Cod. de bonis quæ liberis, et ex Carpzou. in diſput. feud. 3. th. 9. vbi dictus Georg. pluribus argumentis contra hanc ſententiam, et præcipuè Boceri latè, et optima iuris ratione reſpondit d. loc. nu. 4. et contra Bocerum addas, que Io: Niell. diſp. feud. 2. th. 4. in feud et Hunn. tract. feud. cap. 7. dixerunt.*

A ſminus, vt in *Iure ciuili* notatur *v*; Imò quidquid reſpectu huius peculij, filius acquirit, patri acquirat, ſecundùm intellectum, ad ea quæ in *Iure ciuili* leguntur *x*.

Vlterius, num in bonis Caſtrenſibus, vel quaſi, filiusfamilias feudum conſtituere poſſit, ſi quæratur, non ambigendam affirmatiuam ſententiam eſſe dicas, dummodo tamen filius familias maior ſit, nam illo in peculio prò patre familias habetur, & plenam, ac legitimam adminiſtrationem habet, vt in *Iur. ciuil.* habetur *z*; Vnde feudum rectè in rebus dicti peculij, conſtituere poterit, vt ex argumẽto eorum, quæ in iure feudali leguntur, cauetur *a*.

B Quia verò de peculio aduentitio ſupradiximus, nempe, quia pater in eo vſumfructum habet, filium familias regulariter in feudum dare non poſſe, quæritur, quid ſi filius familias de eodem peculio aduentitio, in quo pater vſumfructum habet, infeudauerit alicui, vel illud alienauerit, maximè addito iuramento, ſe nunquam in futurum infeudationi, vel alienationi contrauenturum, an poſt mortem patris infeudationi ſtare debeat; Verior ſententia eſt in præiudicium filij conceſſionem illam valere, itaût poſt patris mortem, filius à conuentis recedere non poſſit, quemadmodum in ſimili, votum à filio familias factum, vſquequo durat patria poteſtas, non obligat, illud tamen cùm ſui iuris efficitur ſeruare, atque cuſtodire tenebitur, vt *Mynſing.* probat *b*.

C 16 Maritus in reb. dotal. an feudum conſtituere iure poſſit.

Tandem (nec maritum in rebus dotalibus feudum conſtituere poſſe dicimus, quia etſi rerum dotalium dominus, & adminiſtrator dicatur, vt in *Iure ciu.* legitur *c*, cum tamen dominus perfectus non ſit, nam ex caſu, & cauſa ipſi dominium iſtud auferri poteſt, idque ipſo iure ad vxorem reuertatur, exempl. gratia, marito ad inopiam vergente, vt *Iure ciu.* cauetur *d*, matrimonio per mortem vel diuortio ſoluto, vt *Iure Romanorum* ſtatuitur *e*, itaût ſi rẽ dotalẽ maritus alienet, vt *Imperator* loquitur *f*, emptor tanquã is, cui ex cauſa dominium auferri poteſt, verè, atq; perfectus dominus non erit, vt *Iuris conſultus* reſpondit *g*, & exindè marito rerum dotalium alienatio etiam conſentiente vxore ipſo iure, *lege Quirinorum*, interdicitur

D

*v Iuſ. ciuil. vid in l. 6. C. de bonis quæ liberis, et in §. 1. element. iur. per quas perſonas, etc. lib. 2. Hotom in d. c. 1. in verb. ſuorum bonorum, per quos fiat inueſt. per l. fin. §. filius autem, C. de bonis quæ liberis Vult. d feud. l. 1. cap. 3. nu. 5. Adam. dicto Aph. 5. n. 5. Sueuus d. exer. f. 3. aſſert. 11.*

*x Iuſ. ciuil. vid. in l. placet 79. PP. de acquir. vel omittend. hæred. et in d. §. igitur Element. iur. per quas perſonas, etc. Schultzen. in Synop. feud. cap. 4. nu. 44.*

*z Iuſ. ciu. vid. in l. vſq; 2. PP. ad ſenat. Conſ. Maced. in l. erat 3. C. de Caſtren. pecul. et in l. penult. C. de bonis quæ liberis, et in l. 15. §. 1. d. tit. Cod. de Caſtrenſ. pecul. Nou. 123. c. 19. Vult. d. lib. 1. de feud. cap. 3. nu. 5.*

*a Iuſ feud. vid. in d. cap. vnico in princ. per quos fiat inueſt. Obrecht. poſt alios in tract. de feud. lib. 2. cap. 1. n. 98. Vult. d. nu. 5. Adam d. Aphoriſm. 5. nu. 2. Schultzen. d. cap 4. nu. 44. Sueuus exercit feud. 3. aſſert. 7.*

*b Mynſing. cent. 3. obſer. 10. quem refert, et ſequitur Sueuus d. exer. 3. aſſert. 7. in fin. et hic etiam ſciendum eſt in Neap. Ciuit. quoniam filij de bonis aduentitijs ex matre, vel eorumdẽ, matris cauſa, habitis, poſſunt legitimè diſponere, et etiam teſtari, atque in eis, vt patr. fam. habentur ex conſuet. eiuſdem Ciuit. incip. filius fam. de filijsfam. volentibus teſtari, idcircò ſeruata forma dictæ conſuetudinis filij, et filiæ familias de bonis maternis, vt dixi cum alienare, et teſtari poſſint, tanquam patres fam. infeudare poſſent etiam, niſi alia lege prohiberetur in Regno, et Ciuit. Neap. neminem in feudum dari poſſe, niſi Regem, vt infr. elucid.*

*c Ius ciu. vid. in §. 1. elem iur. quib. alienare liceat, vel non, in l. ſi ego 9. §. ſi res in l. quamuis 75. in prin. PP. de iur. dot. et in l. ſi prædium 23. C. eod. tit. de iur. dot.*

*d Ius ciu. vid. in l. ſi conſtante 24. princ. PP ſolut. matrim.*

*e Ius Rom. vid. in tot. PP ſolut. matrim. et in C. de iur. dot. l. in reb. 30.*

*f Imperator vid in l. 3. C. de rei vindic.*

*g I. C. vid. in l. omnes actiones 182. PP. de regul. iur.*

 A

*h*, & idcircò feudum in rebus dotalibus maritus conſtituere nequibit, vt *Bocerus* probat *i*, & hanc DD. communem eſſe opinionem dicit, quemadmodum nec in eadem re dotali, maritus, nec alij vſumfructum conſtituere poſſe, per ea, quę in *Iure ciu.* habentur, *Harprecht.* tradit k.

Secundùm igitur, quod ſpectat, ſcilicèt qualiter ratione alicuius præfecturæ in rebus, vel adminiſtrationis rerum. poſſit in feudum dari, poſtquam ſupra, qualitèr de rebus proprijs quiſque, qui dominus rei eſt, & liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem habet, in feudum dare poſſit, diximus, meritò igitur de illis, qui ratione præfecturæ, dignitatis, vel adminiſtrationis in feudum dant elucidandum, hic nectitur.

h *Fas Quirin. vid. in l. vnica §. et cum lex Iu-lia C. de rei vxor. act. d. §. 1. elem. Iur. quib. alie. nt. et in l. non dubium 5. C. de legib.*

i *Bocer. de inueſt. d. cap. 3. nu. 116.*

k *Harprec. ad §. vſuſfructus nu. 15. elem. iur. de vſufruct.*

17 (Imperator, & cæteri Principes ſuper. in quibus rebus, et qualiter in feudum dare poſſint.) B

Primus (ergò ex his, qui non de rebus proprijs veruntamen de rebus, quibus præſunt, in feudum dant, ratione ſcilicèt dignitatis, *Imperator* ſe obtulit, quiquidem tanquam fons, & origo dignitatum, vt ſupra diximus in bonis, & Terris ad Imperiũ immediatè pertinentibus, feudũ conſtituere poteſt, cum conſenſu tamen ſtatuum Imperij; Vndè fit, rectè dici poſſe Imperatorẽ, non ſolùm de bonis proprijs, & patrimonialibus in feudum dare poſſe, de quo nullum dubium eſſe, ex *Capitulatione Inuictiſſimi, & immortalis auguſtiſſimæ memoriæ Caroli Quinti Imperatoris*, *Sueuus* dixit *l*, verùm etiam de bonis Imperij, feuda noua conſtituere poterit, vt dixi; In ſummo verò ſuperioritatis gradu *Imperator* eſt, & in eodem gradu quoque *Monarca, Reges*, alijq; *ſuperiores Principes* ſunt, vt ſupra expoſuimus. C

Quod autem nobis circà iſtum primum ſummum gradum ſuperioritatis, cuius ratione de bonis non proprijs in feudum datur, explicare neceſſe eſt, illud videtur qualitèr ſcilicet *Imperator*, *Monarca*, *vel Rex* in bonis Imperij, vel ſubditorum, feuda noua conſtituere poſſint.

Et quidem, quod ad Imperatorem pertinet, nempè in bonis, & terris Imperij, ſiuè ad Imperium immediatè pertinentibus, feudum conſtituere poſſe.

Sciendum eſt, Imperatorem quidem, de bonis Imperii in feudum dare poſſe, cùm nullibi prohibitum inueniatur, quominus Imperator pro amplianda Imperij Maieſtate, de fiſcalibus, & bonis Imperij, nec non de regalibus in feudum dare poſſit, conſenſu tamen Electorũ feuda concedat; & ità ex Capitaneorum, ac Illuſtrium Vaſſallorum adiectione, Imperium augeat, ſecundùm ea, quæ *Lodulph. Schrad. & alij* atteſtantur *m*. D

De feudis verò, quæ Imperio aperiuntur, ex capitulationibus *inuictiſſimi Caroli V.* & ſequentium *Imperatorum*, diſſertè prouiſum eſt, illa rurſus alijs concedenda non eſſe, ſed ad Imperij vſum ſeruanda, vt *Georg. Adam.*, & *Sueuus* ſcripſerunt *n*, licèt tamen hoc in capitulationum articulo, Electoratus, ſiuè feuda electoralia non com-

præ-

l *Sueuus exercit. feud. 3. aſſert. 5.*

m *Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 3. et ſeq. Schneid. de feud. cap. 3. nu. 51. et ſeq. Vvſenbec. de feud. c. 4. n. 2. Borcholt. d. feu. cap. 5. nu. 23. et ſeq. Intrigliol. qq. feud. 53. nu. 199. et ſeq. Mozz. de feud. tit. de his qui feud. dar. poſſ. nu. 23. et ſeq. et alij quos allegat Volt. de feud. lib. 1. cap. 5. nu. 15. Rittersh. p. feud. lib. 1. cap. 5. q. 15. Rading. in Method. iur. feud. lib. 1. cap. 7. n. 4. Schultzen. d. cap. 4. nu. 16. Sueuus d. exercit. 3. aſſert 5. licet aliter Bocerus ſenſerit in tract. de inueſtit. feud. cap. 3. nu. 66. illius tamen argumenta reſoluit, Hunn. tract. de feud. cap. 7. ex capit. tamen Caroli V. et Ferdin. 1. Georg. Adam. probat in cap. 5. Aphoriſm. 6. num. 1.*

n *Geor. Adam. d. Aphoriſm. 6. num. 1. Sueuus exercit. feud. 3. aſſert. 5.*

Digitized by Google

prehendi, ſed ea, ſi vacare contingerit Imperator per inueſtituram ad alium transferre tenebitur, per ea quæ *Arum.* exponit *o*, ratio autem, cur in feudis electoratus, dicta concluſio, non procedat, ſicque ſtatim cùm aperiuntur, ſint iterum in feudum concedenda, ea eſt, ſuadente ſcilicèt publica Imperij vtilitate, nè quidem numerus *Electorum* diminuatur, inde eſt, quod quoties electoratus ſecularis vacauerit, is iuxtà auream bullam *p*, alteri cuidam conferendus erit, per ea quæ *Georg. Adam.* tradit *q*.

Inueſtiturarum autem renouationes, de feudis Imperij ad Imperatorem ſpectant, vt ex *Capitulatione Ferdinandi Secundi, & Ferdinandi Terti Imperatorum Auguſtiſſimorum, cit. Georg. Adam.* ſcribit *r*.

Mortuo autē Imperatore, hæc poteſtas alicui renouādi inueſtituras, & iuramēta fidelitatis, vice, & nomine Sacri Imperij Romani Germanici recipiēdi interim conceditur, vt in *Aurea Bulla* legitur *s*, exceptis tamen feudis Principum, quorum inueſtitura, & collatio ſolummodo Imperatori, vti Romanorum Regi ſpecialitèr reſeruata eſt, vigore *Aurea Bulla Caroli IV. Imp.*, de qua *Schneid.* poſt alios videndus eſt *t*.

o *Arum. ad auream bullam th. 17. iunctis Rumelino ad dictam auream bullam diſſert. 7. th. 11. Carpzou. de leg. reg. germ. c. 7 ſect. 4. nu. 27. Sueuus d. exercit. 3. aſſert. 5. vbi determinatum refert à Carolo V. in perſonam Mauritij Saxonici circa electoratum illum ann. 1547. factū fuiſſe, per ea quæ tradit Sleidan. lib. 19. & ſolenni inueſtitura in anno 1548. 24. Februarij Auguſtanis Comitijs ſubſequuta per ea, quæ apud Goldaſtum referuntur in polit. Imper. p. 6. pag. 365.*

p *Aurea bulla d. tit. 7.*

q *Geor. Adam. d. Aphoriſm 6. nu. 2. in fine.*

r *Geor. Adam. d. Aphoriſn. 6. nu. 3.*

s *Aurea bulla tit. 5. Georg. Adam d. Aphoriſm. 6. nu. 3. in fine.*

t *Schneid. poſt alios de feud. p. 3. nu. 56. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 4. nu. 17.*

Aduersùs ea, quæ diximus, neque Imperatorem de bonis Imperij omnibus, generaliter ſine diſtinctione in feudum dare poſſe, dicendo non obijcias, Imperatorem de bonis Imperij in feudum dantem, de bonis proprijs feuda concedere videri, cum Imperator totius Mundi dominus dicatur, ſecundùm ea, quæ apud difficile *Antonini* reſponſum leguntur *v*, nam quod ibi dicitur, Imperatorem Mundi dominum eſſe, omnium ferè concors ſententia eſt, illa verba, ſcilicèt (*ego quidem mundi Dominus*) arrogantiam ſapere, & ad Imperatorum Romanorum elationem illam ex ſubiectione ortam pertinere, qua, maximè eis aſſentari ſolebat, cùm adulatio hæc ſub Principibus non minùs, ſed eò magis, magiſque excreſceret, ipſe enim Romanorum Imperator Auguſtus, qui dominum à Populo appellari ſemper exhorruit, vt *Sueton.* ait *x*, diuinos poſtea honores, quos adulatores populi obtulerunt non reiecit, vt ex *Horatio Poetarum lirico* conſtat *z*, cùm ſacro quodam Muſarum afflatu diuinando cecinit.

v *Antonin. vid. in l. deprecatio 9. P P. ad l. rhodiam de iactu.*

x *Sueton. in Auguſt. cap. 53.*

z *Horat. lib. 2. epiſt. 1.*

*Præſenti tibi maturos largimur honores.*

*Iurandaſque tuum per nomen ponimus aras.*

Non impari ſimilitèr arrogantia ſequentes Imperatores tyrannica ſuperbiæ impietate, ipſi, & Dominos, & Deos, ſe appellari iuſſerūt, vt de ſuperbo viro illo Romanorum Imperatore *Caligula, Suetonius* ſcribit *a*, quemadmodum de *Domitiano, Xifilinus* in eius vita tradit, & *Suetonius* quoque ſcribit *b*; Indè multoties adulationis blanditijs Deum, dominumque illum vocitant *b*; Interpetrationem verò,

a *Sueton. in Caligul. c. 22.*

b *Sueton. cap. 13.*

b *Martialis lib. 1 epigr. 7. lib. 5. epigr. 8. et lib. 8. epigr. 19.*

verò, poſt nonnullos aliorũ intellectus, ad dictum Antonini reſpõſum, illudq; varijs ex antiq. ſentẽtijs poſt exornatum, tradit *Dom. Franc. de Amaya I.C. antiquarienſis Salamantica in Academia Iuſtiniani Codicis prima Cathedra Doctoris*, & rurſus tandem in *Regio Granatenſi ſenatu egregius Fiſci Regij patronus c*, dicens, ideò ibi Imper. ſe dominum mundi appellaſſe, vt modeſtiſſimum iuſtitiæ factum, & integritatis plenum magis amplificaret, vt *Agathocles* Siciliæ Rex, apud *Auſonium* dicebat *d*. A

*——————Rex ego qui ſum.*

*Sicaniæ figulo ſum genitore ſatus.*

Ex eo ſcilicèt, quia de maiori ad minùs, & ſe laudat, erigit, extollit, vt ſic facinus illud pietatis magis eluceſceret, vt idem *Amaya* interpetrando loquitur *e*. B

Cæterum, an Imperator de ſubditorum bonis in feudum dare poſſit, exindè poſteà quam, vtrum in bonis Imperij feuda conſtituere poſſit peregimus, ſcribendum eſt, circà quod negandum eſſe videtur, Imperatorem ſcilicèt, de ſubditorum bonis in feudum dare poſſe; vbi enim dominium, aut aliud quoddam ius alicui legitimo modo partum eſt, illud iure naturali, Principem quoque obligante, ab eo auferri non poteſt; cumquè alia ratio in ſubditorum bonis ſit, quàm in bonis Imperij, nec ex plenitudine poteſtatis, quia contra naturæ ius, & iuſtitiæ limites eſſet, quod Imperator facere non poteſt, vt ex *Sacra Scriptura Sueuus* probat *f*, nec ex eadem plenitudine poteſtatis ius naturale tranſgredi Imperatori licet, quemadmodum ex poteſtate ordinaria non licet, ità nec licet de plenitudine poteſtatis, quæ ab ordinaria non diſtat, vt rectè *Farnandus Vaſquius* ſcribit *g*, dicens (vix eſt, vt in Principe legitimo dari poſſit plenitudo poteſtatis, quæ quicquam differat, aut diſtet ab ordinaria poteſtate); Etenim cùm hoc faceret Imperator, potius, abuſus quàm legitimè poteſtatis vſus eſſet, imò in tyrannidem declinaret, vt poſt alios *Ludouicus Molina* tradit *h*, & hoc ità verum eſt, vt nec quidem in caſu vrgentis Reipub. neceſſitatis, aut euidentis vtilitatis, niſi pretio iuſto Dominis refuſo, vel id ipſis ex publico, vel aliorum ſubditorum collectis refundatur, ne plus oneris præ alijs ſubſtineant, fieri poſſit, ſecundùm dicta *Vaſq.*, *& aliorum i*, non C D

c *Periſſimus Dom. D. Franc. de Amaya in l. 1. obſer. iur. cap. 1. n. 68. 79. & ſeq.*

d *Auſon. epig. 8.*

e *Amaya ibid. ſup. cit. d. nu. 79. & ſeq. dicens quoque nu 88. non bene DD. collegiſſe ex dicto reſponſu, Imperatorem totius mundi Dominum eſſe, et neque ſimiliter obſtare pro illorũ DD. confirmanda ſententia tex. in l bene à Zenone C. de quadrien. preſcript. in illis verbis, omnia Principis intelliguntur, cùm in illo tex. conſtituatur inter fiſcalia bona et priuatam Principis ſubſtantiam nullam debere eſſe differentiam in ea prærogatiua à Zenone conſtituta in l. omnes d. C. titulo, qua in alienat. fiſcalib. tempus quadriennij ſtatuitur, quo ſcilicet conueniri poſſit fiſcus ab eis, qui ius aliquod in re alienata prætenderent, quod Iuſtin. ad res proprias ea ratione iam dicta extendit, cũ omnia Principis intelligantur, per ea, quæ Iacob. Cuiac. docet lib. 15. obſer. cap. 30. et de huius legis explicatione vtiliter, et doctè agere dominum Io. de Caſtill. lib. 2. rer. quotid. cap. 5. per tot. Amaya d. loc num. 89 refert, dicens, nec obſtare dicta eius interpetrationi tex. in l. item ſi verberatum 15. § item ſi fortè PP. de rei vindic. cum de agris, qui iniuſtè à Principe occupantur loqui intelligendus non ſit, verùm de illis qui, vel ob proditionem ſeditionemue Ciuium, vel victoriam ab hoſtibus reportatam, aliamue cauſam publicam intelligi debere, ſecundum ea, quæ poſt Petrum Greg. lib. 7. de repub. c. 20. n. 54. dixit Amaya idem d. loc. nu. 90. interpetratur.*

f *Sueuus d. exercit. 3. aſſert. 4.*

g *Fernand. Vaſq. p. 1. lib. 1. contr. Ill. cap. 5. nu. 5. circa fin.*

h *Ludouic. Molin. de Iuſt. et iur. tract. 2. diſp. 174. Vaſq. d. loc. cap. 15.*

i *Vaſq. d. c. 5. n. 16. Sueuus exercit feud. 3. d. aſſert. 5. verſ. nequidem Hugo Grot. de iure belli et pacis lib. 2. c. 14. n. 7. et 8. Adam. d. Aphoriſm. 6. n. 4. in fin. vel cum publicè vtilitatis cauſa damnum afferat debet de ſuo reſarcire confert. Cancer. 3. var. reſol. c. 3. n. 84. fol. 73. vbi num inferiori à Principe publicè vtilitatis cauſa ius ſubditi auferre poſſit num. 85. et n. 87. vbi eius opinionẽ refert, eamq; limitat n. 86. et qualiter promulgãdo legem generalẽ, ius tertij Princeps auferre poſſit idem Canc. vid. ibid. n. 92. et quo caſu abſq; damnũ compenſatione iuri tertij derogare poſſit ibid. n. 88. vſq; ad n. 99.*

Digitized by Google

A non enim ob neceſſitatem, & vtilitatem publicam, ità à regulis iuris recedendum eſt, vt naturalis illa æquitatis ſanctio violetur, caſu enim neceſſitatis illo imminente malum eſt rebus ſuis priuari, ædes, & prædia alienata in feudum data, vel quouis titulo diſtracta videre, & peius eſt imò, quam maximè iniquum, & re, & prætio carere, quod quidem *Iure* noſtro *ciuili* non admittitur k.

Dignitatem autem regalem, & nobilem, quæ feudis quibuſdam coheret, à ſolo Imperatore, & Rege Romanorum conferri poſſe *Georg. Adam.* dixit k, cui addas Monarcham, & Reges, vt ſup. probauimus, cùm de feudo regali peregimus.

B Monarcham, Regem, vel ad alios ſupremos Principes ſuperiores non recognoſcentes in eodem ſummo gradu, ac Imperator eſt, an numeratos, quod attinet, ſciendum eſt, ꝙ quemadmodũ, & Imperator, & de bonis Imperij infeudum dare poteſt, vt diximus, ità etiam Monarcha, Rex, cæterique Principes ſuperiores, infeudum dare poſſunt, tùm in rebus, quæ iure proprio poſſident, tùm etiam de rebus Regni, & ſubditorum, ſi vrgens publicè vtilitatis neceſſitas ſit, ſoluto priuatis ſubditis prætio, vt in Imperatore ſupra diximus; Plura autem de poteſtate Principis in ſubditorum bonis, vid. poſt alios, apud *Dan. Otton. l.*

C De bonis fiſcalibus quoque Monarcham, & Reges in feud. dare poſſe, quemadmodũ Imperator infeudum de illis dare poteſt, dicimus, proùt in Regno à Monarcha Hiſpaniarum inuictiſſimo Auſtriaco Rege noſtro, fiſcalia infeudum conceduntur, ità quod more aliorum feudorum Regi releuium, & adoha ſoluatur, ex quo, quia ſcilicet Domino, ideſt Regi releuium, & adoha ſoluitur, nullam diminutionem, vel remiſſionem, qualibet ex cauſa admittunt, vt in praxi apud Regiæ Cameræ Neap. Tribunal, quotidiè communi vulgò ſeruari non ambigitur, quę quidem fiſcalia iure feudi habentur, ità quod in illis alienandis aſſenſus Domini, ſiue Regis quoque requiratur, vt communis praxis edocet, cùm ea de regalibus ſint *m*.

18 D (Qui ab Imp. Monarcha, vel Rege in feudũ accipiunt quomodo appellentur.

Hi autem (qui ab Imperatore, Monarcha, vel Rege, feuda regalia accipiunt, Duces, Marchiones, & Comites dicuntur, quibus in Regno iſto Siciliæ Principes accedunt, quiquidem omnibus alijs feudatarijs titulatis præferuntur.

Vndè Principes dicuntur, qui à Rege feuda tenent, ſcil. cùm Principatus titulo, & ideò quidem dicitur Princeps, id eſt primus reſpectu aliorum vaſſallorũ feuda regalia titulata tenentium; dixi in Regno Siciliæ, cùm Principatus titulus iſte ſiue feudum cum Principatus titulo, nec apud Hyſpanos, neque Germanos, ſiue Gallos inueniatur, ſolus enim Rex, vel Regis filius infans apud Hyſpanos dictus,

Del-

k *Ius ciu. vid. in l. 13. §. 2. PP. com. pręd. et in l. 2. C. pro quib. cauſ. ſeru. etc. Niell. diſp. feud. 2. theſ. 3. per tot.*

k *Georg. Adam. in d. cap. 5. Aphoriſm 7. et in cap. 1. Aphoriſm. 4. quod explicat Knichen. comment. de ſaxon. non prouoc. iur. verb. Ducũ ſaxoniæ cap. 4.*

l *Dan. Otton. poſt innumeros alios de Iur. pub. cap. 8. pag 182. et ſeq. iuncto Carpzou. de l. R. Germ. cap. 1. ſect. 5. et qualitèr, et in quibus caſibus Princeps poſſit publica vrgente vtilitate iuri tertij derogare, atq; præiudicare, latè leg. apud Iacob. Canc. var. reſ. tertia in parte c. 3. à nu. 75. vſque ad n 154. et habes poſt alios apud D. R. Reuert dec. 243. nu. 2. et D. R. de Marin. in obſeruat. ad dec. 554. nu. 1 et in dec. 409 n. 3. et in obſ. dec. 545. n. 3.*

m *D. R. Reuer. dec. 172 nu. 1. dicens cum de regalibus functiones fiſcales ſint non venire in generali diſpoſiticne ex not. in cap 1. cum ibi notat de cap. qui Cur. vendidit, et an illæ comprahendantur vendita terra, vel caſtro cum iuribus, et pertinentijs ſuis, et cum integro ſtatu, vid. D. R. de Marin. ibid. in obſer. nu. 1. quæ ſi ſint conceſſæ à Rege Baroni augmentum proueniens ex futura numeratione, an erit Baron. vel R. C. vid. Reuert. dec. 342. nu. 1. et 2. et in obſ. n. 1. et quod fiſcalia, et augumentum fiſcalium ordinariorũ tantum ad ceſſionariũ ſpectet, cui fuerunt fiſcalia cũ augmẽto conceſſa habes, in Arreſt. R. C. S. 79. 80. 81. 82. alia verò de fũct. fiſc. habes apud Rouit. in prag. tit. de iur. et exact. fiſc.*

Digitized by Google

*Delfin.* verò apud Gallos, Princeps dicendus eſt, eique tantùm titulus iſte conuenit, ſicque ſolummodo in hoc Regno Siciliæ, feuda hæc, cum Principatus titulo conceſſa reperiuntur. A

Duces rurſus à ducendo exercitu dicuntur, per ea, quæ *Zaſ.* probat *n*.

Similitèr Marchio ille dicitur, qui de Marchia inueſtitur, vt ex *feudiſta* patet *o*, Marchiæ verò nomen, eſſe à Germanico vocabulo *March.* traductum limitem ſignificante, quaſi ad limitum Imperij, ſiue Regni cuſtodiam datam, vt *Hattylerius* exponit *p*.

Comites præterea, à comitando, & ſequendo dicti ſunt, quorum nomen, in *Iure ciuili* Romanorum quoque legimus *q*, & pro Iudice etiam Comitem in Iure feudali accipi notatur *r*; Iſti quidem omnes infeudum dare poſſe, vt ſupra probauimus, patet, & in bonis Imperij, etiam, quæ ſcilicèt ad Ducatum, Comitatum quendam pertinent Duces, & Comites infeudum concedere poſſe *Georg. Adam.* probat *s*, dicens quod poſtquam Ducibus, & Comitibus prouincia, & territoria, quibus præſunt in feudum, ità conceſſa ſunt, vt ſublimi, territorij iure, illa teneant, poſſunt ijdem rurſus feuda quædam particularia, in prædijs quibuſdam, etiam abſque Imperatoris conſenſu conſtituere, & multò magis infeudis exindè, quæ ipſis aperiuntur, liberè alijs concedere poterunt, per ea quæ *Roſenthal.*, & *Knichen.* tradunt *t*. B

Qui autē ab eis infeudū accipiant Valuaſores Maiores dicūtur, barbaro, & illoſo vocabulo, ità dicti, quaſi ad Valuas dominorum ſuorum cuſtodiæ, & reuerentiæ cauſa ſtantes, nempè Ducum, Marchionum, & Comitum, à quibus feuda conceſſa habent, quiquidem etiam impropriè Capitaneos appellari ex *feudiſta* patet *v*, qui de rebus proprijs, etiam infeudum dare poſſunt, & qui ab ijs infeudum accipiunt minores Valuaſores dicuntur, ex quibus minimos quoque exoriri, latè ſupra diximus, cùm de perſonis, quæ ratione dignitatis, de bonis proprijs infeudum dare poſſunt, ſermonem fecerimus. C 19

(Et qualitèr dicantur, qui à Ducibus, etc. in feudū habent, & an infeudum dare poſſint.)

Nullius dignitatis ratione, verùm alicuius rei adminiſtrationis iure, in feudum de rebus alienis, qui dare poſſunt tutores ſunt, qui adminiſtrationis intuitu de bonis pupilli infeudum concedunt, quod quidem cum Iudicis decreto facere poſſe intelligas, etiam ſi in bonis pupilli feuda antiqua renouare voluerint, vt ſupra probauimus, quidquid in contrarium *Schneid.*, *Moz.*, & *alij* atteſtentur *x*. D

Procuratores quoque nullius dignitatis ratione, verùm ex principalis rei Domini mandato infeudum dare poſſe, quoque addunt, de quibus ſatis latè ſuprà diximus. 20

(In bonis Ciuitatis qualitèr feudum conſtituatur.)

In bonis Ciuitatis, vel publicis, Ciuitas, vel illi, apud quos bonorū Vniuerſitatis Gubernatio, ideſt adminiſtratio cōmiſſa eſt, ratione adminiſtrationis, feudū conſtituere poſſunt,

n *Zaſ.* de feu. p. 5. n. 6.
o *Feudiſta, vid. in cap. 1. quis dicatur Dominus Marchio, etc.*
p *Hattyler. in Analiſ. iur. feud. lit. M. fol. mibi 35.*
q *Ius ciu. Rom. vid. in l. item apud §. Comitem PP. de iniurijs.*
r *Ius feud. vid. in cap. 1. ſi de inueſt. inter Dominus Hattylerius in analiſ. iur. feud. d. cap. 5. lit. M. in fine.*
s *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 5. Aphoriſm. 10.*
t *Roſenthal. cap. 9. concluſ. 44. nu. 10. knichen. in comment. de Saxon. non prou. iur. verb. Ducum Saxoniæ cap. 6. per totum iunctis, quæ conſ. Schneid. poſt alios in epit. feud p. 3 n. 68. Ruding. in Method. iur. feu. lib. 1. c. 7. nu. 7 Borbolt. de feud. cap. 1 nu. 31. et ſeq. Rittersh. in par feu. lib. 1. c. 5. n. 19. Vveſenbec. de feud. cap. 4. nu. 4. et poſt alios Vult. de feu. lib. 1. cap. 3. nu. 13.*
v *Feudiſta, vid. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. in c. 1. quis dicatur Dux, etc. et in c. 1. de alie. feud. Hattyler. d. loc. lit. N. fol. mihi 36. Vaſſalli autem cur ita dicantur et qualiter à verb. Vaſſo. vid. latè Georg. Ada. in C. V. ſyng. iur feud. Aphor. 12.*
x *Schneid. in epit. feud. p. 3. n. 46. Moz. in tract. feud tit. de his qui feud. dar. poſſ. n. 21. Obrecht. in tract. feud. lib. 1 cap. 1. nu. 105. Arum. diſp. feu. 3. th. 30. Schultzen. in ſynopſ. feud. cap. 4. num. 50.*

Digitized by Google

ſunt, cauſa ſcilicèt cognita, & Iudicis decreto interueniente, vt ex pluribus *Georg. Adam.* exponit *z*.

Præterea tandem, quod ad ſecundum noſtræ concluſionis caput attinet, nempè ratione adminiſtrationis in rebus alienis feuda conſtitui poſſe, vltrà ea, quæ hucuſq; ſupradiximus, in bonis Imperij, & Vniuerſitatis, feuda, ratione præfecturæ, alicuius, ſiuè adminiſtrationis cōſtitui poſſe.

21 (Perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ in feudū dare poſſunt de reb Eccleſię latè exponūtur.)

Sciendum eſt in bonis Eccleſiæ quoque, feuda conſtitui poſſe, eamq; conſtituendi poteſtatē Eccleſiaſticis perſonis damus, quæ Eccleſijs præſunt, & iſtæ quidem ſunt in ſummo, vel in medio, vel in infimo gradu conſtitutæ ſecundùm ea, quæ *Obrecht.* methodicè proponit *a*.

B In ſummo gradu, ſummus Romanorum Pontifex eſt, cui quidem in bonis Eccleſiæ feudum conſtituendi poteſtas tribuitur; Imò, vt *Mattheus* de *Afflictis* dixit *b*, Papam cum omni Prælato concurrere nempè in poteſtate, & iuriſdictione, & ideò Papam non ſolùm in bonis ſuæ Sedis Apoſtolicæ feuda conſtituere poſſe, vt in *Iure Canonico* notatur *c*, verùm etiam omnia Eccleſiarum bona infeudare, ſiuè in rebus omnium Eccleſiarum, quæ ipſum Pontificem recognoſcunt, feuda conſtituere poſſe patet, vt ex *Iure Pontificio* probatur *d*.

Neque dicas Pontificis, per *feudiſtam*, cùm de perſonis Eccleſiaſticis, quæ in feudum dare poſſunt, peregit, mentionem non fieri, nam reſpondetur, vel quod Epiſcopi

C appellatione ipſe Sum. Pontifex, tanquam primus Epiſcopus compræhendatur, vel ex eo, quod de illo nullum ſit dubium, quominùs de rebus Eccleſiarum infeudum dare poſſit, ideò de Papa mentionem non fecit; Pontifex namque *teſte Varrone* à poſſe, & facere dictus eſt, quaſi quod, apud Pontificem ſumma poteſtas diſponendi ſit *e*, quidquid à ponte, quia ſcilicèt *Sublicius Pons* à Pontificibus factus primùm ſit, & ſæpe reſtitutus, vt apud *Ciceronem* legimus *f*.

Pōtifices verò, proùt alijs omnibus in rebus arduis, ità quoq; in infeudationibus maioris momēti faciendis, ſolitos eſſe Cardinalium conſiliū adhibere, ſecundùm ea, quę in *Iure canon.* notantur, per *Matth. de Afflictis, & alios* traditur *g*.

Y In

z *Geor. Adam. d. cap. 5. Aphoriſm. 11.*

a *Obrecht. poſt alios lib. 2. cap. 1. nu. 8. in fin.*

b *Matth. de Afflict. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 6. iuncto Io. Monac. in cap. eo tempore de præbendis in 6. Iacob. de Franch. in tit. de his, qui feud. dare poſſ. nu. 44. et an ſit ſimplex adminiſtrator, vel dominus rerum Eccleſiarum idem ibid. nu. 47. et poſſit Caſtra Eccleſiæ donare, idem ibid. nu 48.*

c *Ius can. vid. in cap. ad Apoſtolic. 2. verſ. præter hæc de ſententijs, et re iudicata.*

d *Ius Pontific. vid. in c. cuncta per mundum 17 et ſeq. in cap. per principalem 21. cauſ. 9. q. 3. in cap. licet 2. de præben. et dignit. in 6. et in Clement. ſi duob. 1. in fine, vt lite pend. nihil innouetur Afflict. d. loc. n. 7. cōnat. Auguſt. Barboſ. in cap. 20. q. 2. 12. n. 5. qui ſcribit Summū Pontificem ex iuſta cauſa liberè, et licitè de omnibus Eccleſ. bonis diſponere poſſe ex d. c. 2 de præbend. in 6. et cap. 2. de feud. verb. inconſult. Pontific. et huic cōcluſioni non obſtare dictum capit. 20. q. 2. 12. cit. Auguſt. Barboſ. d. loc. vid. et idem de iure Eccleſiaſtic. p. 2 lib. 3 c. 30. n. 25. et 26. Schrad de feud. p. 4. c. 2. n. 4. Schneid. in epit. feu. p. 3. n. 6. et 13. Vveſenbec. def. c. 4. n. 1. Moz. in tract de feud. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 2. et ſeq. Borcholt. de feud. c. 5. n. 3. et ſeq. Nicol. Intrigliol. q. feud. 53. n. 103. et ſeq Obrecht. in tract. feud. lib. 2. c. 1. n. 12. et 14. poſt alios Vult lib. 1. de feud c. 3. n. 10. Bocer. claſ. 5. diſput. 14. theſ. 4. Geor. Adam. in ſyntagm. feu. c. 5. Aphoriſm. 8. et alij.*

D

e *Varro. lib. 4. de lingua latina Hattyler. in analyſi iur. feud. cap. 5. lit. A fol. mihi 32. Sueuus exercit. feud. 3. aſſert. 1. verſ. Epiſcopi appellat.*

f *Cicero Att. lib. 4.*

g *Ius can. vid. in c. 17. §. decet de elect. in 6. Matth. de Affl in cit. loc. n. 19. et 20 Auguſt. Barboſ. de iur. Eccleſ. p. 1. lib. 1. c. 4. n. 49. et ità in concordatis Principum Germaniæ cum Pontifice Nicolao V. concordante Federico III. Imper. quæ (poſt concordata in lingua latina, et declaratione Gregorij XIII.) in lingua Germanica extare apud Goſtaldum in conſtit. Imper. tb. 1. pag. 214. Georg. Adam. recenſet, dicens inueſtituram Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, etc. quod ſpectat, eam iam expoſuiſſe in c. 3. Aphoriſm. 7. et exinde etiam cognoſci licere quomodo Electorum Eccleſiaſticorum conſtitutio ſe habeat, nimirū, qualiter in locū vacantis Archiepiſcopi alium eligere, et electū Pontificē cōfirmare teneri, et vid. quæ canoniſtæ vna voce cōmuniter probant in c. per venerabilem x. de elect. vt patet in Regno Siciliæ, quod à Papa, ſiue Apoſtolica ſede tenetur, vt in d. c. ad Apoſtolica 2. x. de ſent. et rei iud. confir. Sueuus exer. f. 3. aſſer. 1. verſ. tamen.*

Digitized by Google

A

11 (Patriarcæ Archiep. Epiſcop.& alij Prælati, qualiter & in quibus bonis feuda conſtituere poſſint.)

In medio verò gradu Patriarchæ primò ſunt, ſcilicèt hi, qui à Pontifice primum locum tenent, *ἀρχὸς*, namque Principem ſignificat, de quibus, nec quidem dubitari poteſt, quamuis *Gerhard. Capagiſt.* de his mentionem non fecerit *h*, tamen tacitè ſubintelliguntur, prout in Pontifice diximus. Qui autem Patriarchæ quatuor, nempè *Conſtantinopolitanus*, *Alexandrinus Antiochenus*, *&* *Hyeroſolimitanus*, in *Iure canonico* numerantur *i*, & differunt ab Archiepiſcopis, vt ex Summo Pōtifice habemus *k*, & Patriarchā Epiſcopū appellari nō verò èconträ cōſtat; Et quemadmodum Archiepiſcopus vni Prouinciæ præeſt, Patriarcha verò multis præſidet, & in Archiepiſcopos quoque coercendi poteſtatem, atque iuriſdictionem habet, vndè Patriarcha primus in *Iure canonico* vocatur *l*, de quorum autem poteſtate *Gulielm. Durand. ſpeculator* à iuris ciuilis, & canonici ſpeculo, quod compoſuit dictus, adeundus eſt *m*, & qualitèr ex ijs Patriarcha Alexandrinus, & Conſtantinopolitanus, Epiſcopos deponere, ſicut Papa poſſint, *ſpeculator* adeundus eſt *n*.

B

Secundò in eodem medio gradu ſunt Archiepiſcopi, & Epiſcopi; Archiepiſcopi inquam ex eo, quod Epiſcopis maiores ſunt, & ſuperiores, dicuntur, vt in *Iure canonico* exponitur *o*, Epiſcopi latinè, inſpectores, atque ſpeculatores dicti, Ciuitatibus prēſunt, quoad iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectat, & in hoc ab Archiepiſcopis diſcriminantur, cùm Archiepiſcopi Prouincijs præſident, ſcilicèt Metropolitanæ adſident, quæ multas Ciuitates complectitur, vt in dicto *Iure canonico* habetur.

C

Comprehenduntur autem omnes iſti in Prælati verbo, nempè Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnes, qui quidem feuda ex iuſta cauſa, præuia eiuſdem cognitione, conſenſu capituli in rebus, non dum in feudum conceſſis, nouiter feuda conſtituere poſſunt, vt ex *Iure feudali*, *&* *canonico* probatur *p*, & quidem in his rebus Eccleſiæ, quæ nondum infeudum datæ ſunt, etiam Pontificis conſilium requiri, vt ex cit. *Iure canonico* probatur, quidquid in contrarium *Georg. Adam.* atteſtatus, ſalua eius pace, falsò fuerit *q*.

D

Vndè eſt non ſolùm perſonæ iſtæ, dùm de rebus proprijs infeudare poſſunt, in quibus ſcilicèt pro laicis habētur, verū etiam de bonis Eccleſiæ, vt diximus, (exceptis tamen titulis, ideſt prædijs, ad clericorum alimenta deſtinatis, vt in *Iure feudali* legitur *r*.)

Quod quidē, ſcilicèt in rebus Eccleſiæ Prælatos feuda cōſtitue-

h *Gerhard. Capagiſt. vid. in d. cap. 1. de his qui feu. dar. poſſ. Obrecht. et alij ſup. cit.*

i *Ius can vid. in cap. renouantes cap. definimus diſtint. 22. vbi latè Cardin. à Turre Cremat.*

k *Sum. Pontifex vid. in cap. multi 99. diſt.*

l *Ius can. vid. in c. cleros 21. diſt. ità quod ordinarij Archiepiſcoporū dicantur, ſicut Archiepiſcopi ordin. Epiſcoporum ſunt, vt in cap. paſtoralis de offic. ordinarij Abbas in cap. antiqua in 1. col. de priuileg. et hoc qualiter intelligendum ſit, an ſcilicèt de omnibus Archiepiſcopis, vel de Archiepiſcopis ipſi Patriarchæ deputatis, vide cit. Ab. d. l. 2. col.*

m *Speculat. de diſpenſat. §. nunc breuiter, et §. ſunt quoque et ibi Bald. in addit. verſ. quam poteſtatem.*

n *Spec. vbi ſup. et in tit. deleg. §. exto verſ. 17.*

o *Ius can. vid. in d cap. cleros.*

p *Ius feud. vid. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. et in cap. 1. Epiſcopum, vel Abatem; Ius can. not in c. ambitioſè vnic. extrauag. de reb. Eccleſ. non alien. et in cap. vlt. 10. de feud. Bocer de inueſt. feud. cap. 3. n. 55. et ſeq. Sueuus d. exer. feud. 3. aſſert. 2. et 4. Georg. Schultz. in ſyn. feud. c. 4. num. 5.*

q *Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 5. Aphoriſm. 9. num. 1.*

r *Ius feud. vid. in cap. 1. Epiſcopum, vel Abbatem, et bona titulata non de menſa, ſi continuè per ipſum, et eius prædeceſſorem fuerint in demanio tenta, in feudum conferre nequit, niſi de conſuetudine innaretur, Dom. Reg. de Pont. lect. 4. nu. 6. et 7. ad interp. d. cap. 1. Epiſc. vel Abb. nam bona de menſa ſunt de eorum natura inalienabilia, vt idem dicit ibid. nu. 8. nec alienatio rerum Eccleſiarum fieri poteſt abſque iuſta, et legitima cauſa cognitione, idem ibid. nu. 10.*

Digitized by Google

A tuere poſſe dupliciter ſortiri poteſt, vel enim in rebus non dum infeudatis, vel in rebus ab antiquo infeudari ſolitis.

Primo caſu, quia Epiſcopi, ſiuè Prælati cum capitulo vnum corpus dicuntur, itaùt iſti caput, illos fratres, ſeù membra eſſe, ex *Iure canonico* probetur *s*, fit exindè, quod generaliter in conceſſionibus, & alijs Eccleſiæ negotijs conſilio fratruum omnia agenda ſint, vt in *Iure canonico* quoq; legitur *t*, nec omiſſis membris aliorũ conſilio vtendum erit, dicto *Iuris canonici* loco *v*, vndè res eccleſiaſticę in alium transferri non poſſunt ſine capituli conſenſu, vt *Iure Pontificio* cauetur *x*, veruntamen cùm omnia iſta in ijs tantùm locum habeant, ſcilicèt quæ de nouo fiunt in
B conceſſionibus rerum Eccleſiæ, ſequitur cùm feudum in rebus non ſolitis infeudari conſtituitur capituli conſenſum requiri, vt ſupra diximus.

Secundum, quod attinet, ſcilicèt in rebus infeudari ſolitis, in ijs quidem latiorem poteſtatem Prælatos h[a]ber[e], non ambigimus, ità quod in illis in feudum iterum concedendis, ſolennitates canonicæ, quæ vna cum capituli conſenſu in infeudatione nouitèr facienda requirũtur, nõ exquirãtur cùm illarũ rerũ infeudatio nõ primùm inſtituatur, ſed id quod ſemel ad infeudationẽ deſtinatũ fuit, vlterius infeudum concedatur, vt in eodem *Iure canonico* notatur *z*, cùmque omnia illa, quæ in conceſſionibus rerum Eccleſiarum requiruntur, tantùm adhibenda eſſe obtineant,
C ſcilicèt in ijs, quæ de nouo fiunt, & quæ verè alienantur; ideòque ad rei eccleſiaſticæ inueſtiri ſolitæ infeudationem, eadem requiri dicere non licet, maximè quia hæc alienatio non ſit, ſed potiùs prioris infeudationis executio, & proindè talem rem ad ſe reuerſam Epiſcopus, aut quiſque Prælatus, abſque capituli conſenſu (niſi eidem capitulo vna cùm Prælato conceſſio iſta competat) alijs infeudum rectè concedat, vt *Iure canonico* liquet *a*; Indè generalitèr dicitur, Prælatos omnes, tunc infeudum dare poſſe (nempè abſque vllo alio capituli conſenſu) cùm ſcilicèt res, quæ in feudum datur, in feudum dari ſolita ſit, vt ex *feudiſta* edocemur *b*.

Quando autem Eccleſiaſticæ res infeudari ſolitæ dicantur,
D vide latè ea, quæ *Iulius Clarus, & alij* exponunt *c* & an ſolitum per vnicum actum inducatur *Iacobutius de Franchis* videndus eſt *d*, attendendas tamen diuerſas locorum

s *Ius can. vid. in cap. nouit 4. x. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

t *Ius can. vid. in c. quanto 5. d. tit. de his, quæ fiunt à Prælatis.*

v *Ius can. vid. in d. cap. nouit.*

x *Ius Pontif. vid. in cap. 1. et vlt. de reb. Eccleſ. non alien.*

z *Ius can. vid. in cap. 2. de feud. et in cap. ambitioſè vn. extraua. de reb. Eccleſ. non alien. Bocer. de inueſt feud. cap. 3. nu. 55. et ſeq. Gaill. 2. obſer. vlt. Roſenthal. cap. 4. de feud. concluſ. 31. et 35. Georg. Adam. d. cap. 5. Aphoriſm. 9 n. 2. poſt ea, quæ latè interpetratur D. Reg de Ponte in lect feu. 3. n. 1. 2. et ſeqq. poſt Andr d. Iſer. Theoric. in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ.*

a *Ius can. vid. in c. vlt. x de feud.*

b *Feudiſt. vid. in c. vnico in princ. de his, qui feud. dar. poſſ. in c. vnico Epiſcopum, vel Abbatẽ in cap vnic. de clerico, qui inueſt. facit, et in cap. vnico extraord. de inueſt. vet. et nou benefic. Iulius Clar. lib. 4. ſent. § feudũ q. 13. Schrad. de feud. p. 4. c. 2. n. 8. et ſeq. Schnei. in epit. feud. p. 3. n. 18. et ſeq iuncto nu. 44 Nicol. Intrigl. qq. feud. 53. n. 2. Moz. in tract. de feud. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 4. et ſeq. Obrecht. in tract. feud. lib. 2 cap. 1. nu. 25. et ſeq. Ritterſ. partit. feud. cap. 5. q. 6. et ſeq. Bocer. claſ. 5. diſput. 14. th. 7. Rudinger. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 7. nu. 1. Vult. lib. 1. feud. cap. 3. n. 11. Gail. 2. obſer. vlt.*

c *Iul. Clar. d § feudum q. 13 Schneid. d. p. 3. nu. 29 et ſeq. iuncto nu. 45. Moz ibid. cit. n. 7. Intrigl. d. loc. n. 17. et ſeq. et nu. 42. et ſeq. Ruding. contr feud lib. c. 80. Bocer d. loc. th. 8. et alij.*

d *Iacob. de Franch. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. q. 3. nu. 65. et quid de Iure can. ibid. nu. 66. et quantum tempus requiratur in alienatione rerum Eccleſiæ, idem vid. ibid. nu. 62. ex ipſa tamen infeudatione, etiam vnica ſolemniter facta, rem infeudari ſolitam colligi, de qua ſi non conſtet requirunt communiter tantum temporis ſpatium, cuius initium in memoria hominum non extat ex cap. 1. de præſcript in 6. et ex Doct., nempè Curtio, et Roſenthal. Georg. Adam. cap. 5 ſyntagm. feud. Aphoriſm. 9. nu. 6. in fin. tradit.*



Digitized by Google

conſuetudines, & iura *Georg. Adamus*, ſcilicèt etiam in rebus infeudari ſolitis, capituli conſenſum requiri ſtatuentia docet *e*, dicens quoque, capituli conſenſum in rebus infeudari ſolitis, in feudum concedendis, tunc requiri, cùm cauſa Eccleſiæ nunc diuerſa ſit, quàm tempore primæ cocceſſionis fuit, ex *Curtio*, & poſt alios *Gadelino f*, & ad officium Prælati, vt diſpiciat, an magis Eccleſiæ expediat, rem, ad ipſam reuerſam retinere, vel iterum concedere ex *Bocero g*; In caſu autem, quo Prælatus nouare aliquid per inueſtituram tentauerit, nullum Eccleſiæ præiudicium inferre, ſed innouatum illud, aut alteratum, maximè cùm in Eccleſiæ detrimentum vergat, pro non adiecto habendum eſſe, imò per ſe vitiari, & corrumpi *Arum.* dixit *h*.

*e Georg. Adam. d. loc. num. 3.*
*f Curtius p. 2. q. 2. Gadelin. de feud. p. 2. c. 1. n. 6.*
*g Bocer. de inueſt. feud. cap. 3. nu. 55. in fin.*
*h Arum. diſp. feud. 3. th. 8. iuncto Sueuo d. exer. 3. aſſer. 4. propè fin.*

Dubitandum autem exindè inſurgit, an Prælatus rem infeudari ſolitam, ſuis conſanguineis concedere poſſit, quod affirmandum euenit ex generalitate eorum, quæ in *Iure canonico* notantur *i*, ibi (*feudum decedentis liberè ſi videris expedire concedas*) modò tamen non inidonei, aut Eccleſiæ oneroſi ſint, vt *Iulius Clarus*, & alij communitèr atteſtantur *k*.

Nec damnum Eccleſiæ inferatur, vt *Schultzen.* declarat *l*.

An autem, & quando ſucceſſor Epiſcopi, vel Prælati ratam habere anteceſſoris inueſtituram, cum capituli, vel ſine conſenſu factam, teneatur, latè videndi ſunt *Commentatores* in vſ. feud. *m*.

Quæ de Prælatis nunc huc uſq; diximus, etiam in capitulo ſede vacãte obtinere intelligas, itaùt poſſit etiam res infeudari ſolitas in feudum concedere, vt *DD.* dicunt *n*, quod tamen limitant ex his quidam, niſi ſit Eccleſia cathedralis, quam ſede vacante id facere non poſſe dicunt, vt *Sonsbec.*, & *Vult.* tradunt *o*.

In infimo gradu Abbates, & Abbatiſſæ, cæterique Eccleſiarum Præpoſiti ſunt, qui more Prælatorum, & eodem iure, quo Prælati in feudum dant, ipſi quoque dare poſſunt, ſcilicèt de rebus infeudari ſolitis, vt ſupra diximus, quæ

*i Ius can. vid. in c. 2. x. de feud. modo tamen fraus abſit cap. 19. 2. q. 12. Mynſing. 5. obſer. 47. Bocer. d. loc. n. 56. Duaren. d. feud. c. 4. 5. et 6.*

*k Iulius Clar. d. q. 13. num. 5. et in notat. lit. C. Schneid. d. p. 3. nu. 41. et ſeq. Moz. d. tit. 9. nu. 4. verſ. ſed etiam iuncto, verſ. ex quibus, Intrigl. d. loc. num. 28. et ſeqq. Arum. diſp. feud. 3. th. 8. Ruding. contr. feud. lib. 1. c. 81. Bocer. claſ. 5. diſp. 14. th. 8. lit. A. B. et E. Schultz. in ſynopſ. feu. cap. 4. nu. 10. Sueuus d. exerc. 3. aſſert. 3. Georg. Adam d. Aphoriſm. 9. nu. 5. dicens huic concluſioni non obſtare Iuſtinian. Nou. 120. cap. 5. §. œconomis, et auth. quibuſcunque C. de SS. Eccleſ. nam d. ſanctio Iuſtiniani loquitur de reb. Eccleſ. non dum in emphyteuſim datis, et agit de œconomis, qui multò minus, ac Prælati ſunt cum illis maior poteſtas competat, de quibus nos agimus ex Boeero d. loc. de inueſt. feud. n. 57. quod quidem argumentum ex d. nou. Arum. quoque ſoluit d. loc. ex eo, quia in emphyt. canon. ſi præſtatur, cuius, vel diminutio, vel remiſſio, vel exactio à dict. conſanguineis emphyteuſis ratione, metuenda eſt, ſecus in feudo, ex quo nullus canon. præſtatur, neque periculum tale eſt, vt ſeruitia à poſſeſſore debito dari omittantur, aut dare negentur, quem Sueuus d. exercit. 3. aſſert. 3. in fine ſequitur.*

*l Schultzen. d. loc. nu. 11. et d. concluſ communem Germaniæ conſuet. ſuffragari ex Ioach. Mynſing. 5. cent. obſer. 47. nu. 4. et Herm. Vult. d. cap. 3. nu. 11. verſ. neque dubium ſub fin. dicit Prælatis tamen non licere nouas qualitates, dum res in feudum, infeudari ſolitas, concedunt, ex quibus Eccleſiæ conditio deterior fiat, feudis adijcere per ea, quæ tradit Schneid. poſt alios in epit. feud. p. 2. nu. 33. et ſeq. Moz. d. tit. nu. 9. Intrigliol. d. loc. nu. 64. et ſeq. cit. Schultzen. ibid. nu. 12.*

*m Commentatores communiter in vſ. feud. vid. in cap. 1. tit. qui ſucceſſ. teneantur iuncto poſt alios Hartm. Piſt. lib. 2. q. 27. per totam.*

*n DD. in d. cap. 2. x. de feud.*

*o Sonsbec. d. feud. p. 6. nu. 4. Vult. d. c. 3. n. 11. dicentes per DD. dictam limitationem in tot. tit. ne ſede vacante quid, etc., fundari, illam tamen in d. tit. fundatam non videri Georg. Adam. dixit in d. cap. 5. Aphoriſm. 9. nu. 6.*

Digitized by Google

A quæ quidem omnia, ſcilicèt, quæ in Prælatis diximus etiam in Abbatibus, cæteriſque Præpoſitis, quo magis verificari poſſunt, procedere intelligas, tum ſcilicèt in rebus Eccleſiæ infeudari ſolitis, tum etiam in bonis proprijs, vt *Hattyl.* atteſtatur *p*.

Abbates autem dicuntur, qui Monaſterio præſunt, ità dicti, quod ſint quaſi monacorum patres, pro nobilibus tamen non nunquam accipiuntur, vt ex authoritate *Snidigeri*, eruditus *Iacobus Cuiac.* recenſet *q*.

Tandem, neque contrà illa, quæ dicta ſunt, inſurgas, dicendo, neque Prælatos, neque Abbates, vel alias quaſcunque Eccleſiaſticas perſonas, in feudum dare poſſe, per ea, quæ in *Conſ. feud.* notantur *r*.

B Nam reſpondetur, ibi ſermonem agi de titulis, vt ibi dicitur (*quæ eis ſubiecta ſunt, & tituli vocantur*) Tituli verò ſunt prædia, quæ pro clericorum alimentis deſtinata ſunt, quos Vrbanus II. Sum. Pontifex Epiſcopos, cæteraſq; perſonas Eccleſiaſticas infeudum dare, non ab re, prohibuit, quia ſcilicèt proprio patrimonij iure, ad Eccleſias ipſas ſpectare videntur, vt *Cuiac.* explicat *s*, & an conſuetudine induci poſſet, vt Clerici ante Vrbanum II. Pontificem, in feud. non dare ſoliti, feudum conſtituere poſſint, *Vult.* latè exponit *t*.

23 (Qualiter in Regno cuilibet feuda noua conſtituere, vel inhabitata feuda habitata facere, licitum ſit.)

C Tandem circà, quod ſupra diximus, omnes regulariter infeudum dare poſſe, dummodo ſuorum bonorum liberam adminiſtrationem habeant, ſi queras, an eadem regula hoc in Regno Siciliæ locum habeat, itaùt non ſolum Regis noſtri, noua feuda conſtituere ſit, verùm etiam aliorum valuaſorum, tàm maiorum, quàm minorum, & quod de iure communi feudorum *v*, diximus regularitèr ab dubio procedere, illud, idem hoc Regio in Neap. Regno, locum ſibi vidicet.

Ad quod dico hodie in Regno Siciliæ, quod dictum de iure feudorum eſt, locum non habere, itaùt non niſi Regis ſolum ſit, feuda de nouo conſtituere, atque concedere, vt expreſsè voluit *Andreas de Iſern.* *x*, quod ex ore eiuſdem feudorum noſtro recollendo interpetre *Iſernia*, de feudis quaternatis, & caſtribus intelligas, non verò, quo ad excadentias, ideſt feuda conſueta dari alijs per Comites Barones, & cæteros feudatarios, quibus aperta ſunt feuda plana, & de tabula, vt ibid. apud *cit. Iſer.* patet *z*, feuda quaternata, qua ſcilicèt in Curiæ quinternionibus ſcripta ſunt, vt ſup. diximus, & etiam omnia caſtra, vt idem *Andreas* exponit *a*, vndè omnia caſtra dicuntur feuda nobilia, quia quaternata ſunt, dum omnia feuda quaternata nobilia dicuntur, vt *Petr. Greg.* ſcribit *b*, & de publico ideſt de Regis patrimonio, & veluti peculia caſtrentia, vt *D. R. de Ponte* ſcribit *c*.

D Ex qua doctrina *Petr. Greg.* inducitur, quod licèt de iure communi poſſit feudatarius ſuum feudum ſubinfeudare, abſque

p *Hattyl. in analyſ. feu. c. 3. lit. F fol. mihi 34.*

q *Iacob. Cuiac. feud. 1. tit. 1.*

r *Conſ. feud. vid. in cap. 1. Epiſcopum, vel Abbatem.*

s *Cuiac. 1. feud. tit. 1.*

t *Vult. d. cap. 3. n. 11.*

v *Ius comm. feud. vid. in cap. 1. in princ. qui feud. dare poſſ. in cap. 1. qualiter olim feud. pot alien. et in cap. 1 §. ſimiliter de lege Conradi, et in c. Imperial. § calliditis, et in §. illud quoq de probib. feud. alien. per Frid. Iul. Clar. § feud. q. 32.*

x *Andr. de Iſern. in c. 1. in 3. col. n. 10. verſ ſi ergò Rex de controuer. feu. apud par term. et in c. 1. § ſi quis de Manz. in vl. col. verſ. et licet de contr. inueſt. et in d. cap. 1. n. 7. verſ. conſtit. Regn. de his, qui feud. etc. per text in conſtit. poſt mortem de more Baronis, etc.*

z *Iſern. d. l. iunct. poſt. eum D. R. de Pont. lect. 6. nu. 31.*

a *Iſern. in Conſt. Regni ſi aliquis Baro tit. de conſtit. dotal. et in d. conſt. poſt mortem in princ.*

b *Petr. Greg. de conceſſ. feud. p. 1. quæſt nu. 9. D. R. de Pont. d. lect. 7. n. 12.*

c *D. Reg. de Ponte lect. 7. num. 6.*

Digitized by Google

abſque Regis, ſiuè Domini aſſenſu, ex *gloſſ.* quam *communiter*, ſequuntur *DD.*, & ex *Franciſco Curtio* eius præceptore *d*, tamen cùm ſolus Rex, vt diximus in hoc Regno Siciliȩ poſſit de nouo feudū cōcedere, & alij Marchiones ſcil. &c. non poſſint, ſicq; certè cùm ipſi met habeant eorum Marchionatum, & Comitatum, vel feudum ab eorum Rege cum infeud. concederent, infeudatio, feudi quaternati non eſſet, ſed ſubinfeudatio, & ſic ſtante dicta concluſione prohibentur ſubinfeudare in hoc Regno per ea, quæ expreſſa oratione firmat *And.* vbi rationē tradit per *Coſt. conſtitut. diuæ memoriæ e*, idem *Greg.* ſcribit.

*d Petr. Greg. d. l. 1. n. 12*

*e Greg. d. l. n. 13. iuncto Vincentio de Anna in repet. feud. rub. de Vaſſ. decrepit. æta. n. 247. fol. mihi 81.*

Similiter, quod de communi *DD.* opinione dicitur, omnes infeudum dare poſſe, dummodo ſuorum bonorum liberam adminiſtrationem habeant, idemque in hoc Regno Siciliæ vſum nō obtinet, ex eo quod reſtricta infeudum concedendi poteſtas ad ſolum Regem ſit, cùm feudū videatur nobilitatem in ſe annexam habere, quȩ in hoc Regno, ad ſolum Regem reſtricta quoque eſt, & exindè ipſe ſolus de nouo feudum concedere poterit, & non alij, ſicque, ſicuti, nec Marchio, nec Comes, nec alij valuaſores in feudum dare poſſunt, ità multò minus priuati poterunt proprias res patrimoniales in feudum concedere cùm nullam habeant in hoc dignitatem annexam, vt ex doctrina *Iſerniæ* cit. *Petr. Greg.* ſectatur, dicens, non ſolum priuatū bona ſua infeudum alteri cōcedere nō poſſe, ſed nec ſibi ipſi propria bona infeudum conſtituere, & eas tanquam feudalia retinere ſine Regis licentia; aliàs non præiudicari iuribus, Vniuerſitatibus competentibus, & alijs, quibusvis priuatis, circà iura, quæ habent in terris burgenſaticis infeudatis, paſcua ſumendi, vel aquas ducendi, aut alia ſimilia, lignamina colligendi, & fruendi, per ea, quæ habentur in *Regn. Capit.* B C

Et quoniam omnis feudi conceſſio totalitèr à Rege in Regno dependere debet, Barones feuda inhabitata poſſidentes, non poſſunt ea habitatoribus implere, ac vaſſallos ibi inſtituere, vel ibidem caſtrum ædificare, abſque Regis ſpeciali expreſſo beneplacito, ſiuè aſſenſu, vt in *Regni Coſt.* notatur *f*, dùm verò Barones à Proregibus hoc petant, ideſt beneplacitum, & aſſenſum, ſuper inhabitato feudo vaſſallis habitando: Excell. Proreges, R. Cam. petitionem committunt, quæ ſe informet, & referat cum voto, quæ autem licentia, ea cum clauſula expeditur, quod poſſint feuda habitare, ex perſonis exteris, vt ſolent eſſe Albanenſes, non autem Regnicolis, ne alias propter habitationem vnius, inducatur inhabitatio alterius terræ, ſeù feudi *g*. D

*f Conſt. Regn. incip. caſtra Afflict. dec. 265. n. 70. D. Reg. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 2 nu. 7. et in tit. de feudis inhabitatis.*

*g D. Reg. de Ponte d. tit. de feud. inhabit. quem ſequitur Præſ. Mornill. in d. Conſt. Caſtra nu. 8. iunctis quæ ad dictam materiam latè ſcripſit Garſiá Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 10. n. 76 quos cumulat ad d. tit. de feud. inhab. Thor. in addit. ad d. Reg. de Ponte, vbi plura ad confirmationem dictæ D. Reg. doctrinæ, et praxi recenſet.*

Tandem ad ſuperiora congruit, quod dixit *Iſernia h*, nempè Barones nequire infeudum dare, quæ de domanio ſunt, ſed tantùm excadentias, cùm in eius Baronia, ſiuè feudo vacant *i*, ſub nomine excadentiarum autèm omnia feu-

*h Iſernia in cap. 1. de controu. feud. ſub n. 10.*

*i Arg. l. fin. C. de bon. vac. lib. 10. l. omnes C. de delat. eod. lib. Franci. de Amicis in cap. 1. de his qui feud. dare poſſ.*

Digitized by Google

A

feuda plana ruſticana, athenaſia, cenſualia, & alia ſimilia, complecti patet, quæ omnia in feudum concedi à Barone in Regno poſſe probant, *Petr. Greg.*, *& alij* k.

k *Petr. Greg. de conceſſ. feud. par. 1. q. 2. Ann. in cap. 1. nu. 247. de vaſſ. decrep. ætat. R. de Curte in ſuo diuerſ. part. 1. nu. 27. pag. 12. quod mirum non eſt ſi ea legibus feudorum non reguntur Gloſſ. in Conſt. Regni Conſt. Diu. Mem vbi etiã Andr. et idem Iſer. in cap. 1. n. 14. de natur. ſucceſſ. feu. Luc de Penna in l. vnic. C de imper. lucrat. etc. latè Marin. Freccia 3. de ſubfeu. tit. de diff. inter feu. quater. et alia quæ de tab. n. 3. et 4.*

# DE PERSONIS Feuda acquirentibus.

## Rub. 3.

B

### VISIO TERTIA.

AD perſonas verò feudum acquirentes, ſiuè accipientes, quod ſpectat; acquirere, & accipere feuda omnes illos poſſe, quibus rerum commercium nullo iure interdicitur. ſciendum eſt, nec ſexus, ætatis, vel perſonarum conditionis circà dictam generalem regulam limitandam, rationem habendam eſſe, dicimus; Verùntamen, Hereticos, Apoſtatas, Excommunicatos, Proſcriptos, & Infames, in illa generali concluſione non

C

compræhendi iure fatemur.

### ELVCIDATIO.

1 (Qualiter hodie omnes, qui bona poſſidere capaces ſunt in feudum, accipere poſſint, tum ſcilicet maſculi, tum etiam fœminæ.)

D

ET ſi (ſecundum primeuam feudorum originem, illi tantùm erant capaces feuda accipere, qui ad Militiam idonei videbantur; progreſſu tamen temporis, etiam fœminis feuda conceſſa ſunt, vt ex *feudiſta* liquet a; Vndè eſt, quod in Iure feudali legimus (*perſonam inueſtituram accipientis non diſtinguimus*) b, nec perſonam ex illo iure, num maſculus ſit, vel fœmina, cùm feudum accipit exquirendam eſſe patet, inde eſt, quod pro generali regula proponitur, circà perſonas, quæ feudum accipere poſſunt, ſcilicèt omnes infeudum accipere poſſe, dummodò tamen illis rerum commercium interdictum non ſit, nec ſexus in feudi acquiſitione, diuerſa ratio habenda erit, ſcilicèt an acquirens maſculus ſit, vel fœmina, quemadmodum, nec ætatis, aut conditionis, ſiue qualitatis nulla ratio habenda eſt, vt *communiter feudiſtæ* atteſtantur c.

Inde rectè dicimus, quia nulla ſexus ratio habenda eſt, non

a *Feudiſt. vid. in cap. 1. de ſucceſſ. feu. et in c. 1. de feud fœm.*

b *Ius feud. vid. in cap. vnic. §. ſed etiam, per quos fiat inueſt.*

c *Feudiſtæ communiter, quos refert, et ſequitur Schneid. inepit feu. p. 3. n. 98. iunctis Vveſenbe. de feud. c. 5. nu. 1. Moz. in tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 28. Borcholt. de feud. cap 5. num. 44. poſt alios Vult. 1. de feu. cap. 4. nu. 5. Rittherſ. p. feud. lib. 1. c. 6. q. 1. Bocer. 5. diſput. 14. th. 30. et ſeq. Hattyler. in Analyſ. iur. feu. cap. 6. lit. A. fol. mihi 40. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feu. cap. 5. Aphoriſm. 12. Sueuus exer. feu. 3. aſſer. 10. et Georg. Schultz. in ſynopſ. feud. cap. 5. n. 2.*

Digitized by Google

A

non ſolùm maſculo infeudum dari poſſe, vt in *Iure feudali* cautum legimus *d*, verùm etiam fœminam infeudum accipere poſſe, ex eodem *Iure feudali* probatur *e*, & hoc verum eſt, & ſi fœmina regulariter in feudis de iure communi feudali non ſuccedat, vt in *Iure longobardico* compertum experitur *f*.

Dominus autem fœminam de feudo inueſtiens, tacitè videtur admittere, vt ſeruitia, quæ ipſa præſtare nequit, per ſubſtitutum expedire valeat, vt *Matthæus de Afflictis*, *& alij* atteſtantur *g*.

2 (An Hermaphrod. in feu. accip. poſſit.) B

Quid(rurſus in Hermaphrodito, dicendum ſit, dubitabis, qui quidem vtrumque ſexum repræſentare videtur, vt *Ouidius* exponit *h*.

*Cuius erat ſpecies, in qua materque, paterque*
*Cognoſci poſſent, nomen quoque traxit ab illis.*

Ad quæſitum (dicas, quod vbi de nouo feudo accipiendo agitur, neque opus eſſe, vtrum magis in virilem ſexum, an verò in fœmineum incaleſcat, nam, vt diximus, vterque ſexus feudum accipere poſſe, idcircò, ſiuè ad fœmineū, ſiuè virilē magis accedat, nihil intereſt, vt poſt alios *Borcholt.* & alij adſtipulantur *i*, an verò feudum fœmineum, ideſt à fœmina quæſitum, vel maſculinum, ideſt à maſculo acceptum, eo caſu dicendum ſit, cùm dubitaueris, reſoluendum erit, ſcilicèt ſecundum ſexum, qui in eo præualet, ex argumento eorum, quæ in *Iure ciuili* notantur k.

C

3 (Qualiter impuberes min. & infantes in feudū accipiant.)

Nec(ætatis ratio aliqua habenda eſt, cùm etiam impubes, atque minor feuda acquirere poſſint.

Infantes, aut infantiæ, & pubertati proximi, eorum nomine, aut pater, vel ſi patrem non habeant, tutor, aut pupillus ipſe, cum tutore in feudum accipere poteſt, non tamen abſque tutoris auctoritate ex argumento eorum, quæ *Iure Cæſareo* cauentur *l*.

Infantiæ tamen, & pubertati proximum ſine tutoris auctoritate feudum acquirere poſſe *Georg. Adamus* probat, non tamen, dicit ipſe, poſſe domino feudi obligari ad ſeruitia præſtanda, abſque tutoris auctoritate, cùm ad hoc facien-

D

d *Ius feud. vid. in cap. vnic. §. qui etiam Epiſcopum, vel Abbatem.*

e *Ius feud. vid. in cap. vnic. de eo, qui ſibi, vel hæredibus ſuis in cap. vnico de feud. fœm. et in cap. vnic. de nat. ſucceſſ. feud.*

f *Ius longobard. vid. in cap. vnico §. hoc autem de his, qui feu. dar. poſſ. et in cap. vnico §. filia verò de ſucceſſ. feud. Schneid. d. p. 3. nu. 98. verſ. 4. licet, etc. et u. ſeq. vbi huius concluſionis rationē reddit, Vveſenbec. d. cap. 5. nu. 2. verſ. reliqui omnes Borcholt. d. loco Roſenthal. in ſynopſ. feud. c. 3. concluſ. 2. nu. 1. et concluſ. 3. nu. 1. et 3. et in not. lit. D. Niel diſp. feud. 2. th. 6 lit. B. Obrecht. tract. feu. lib. 2. cap. 2. num. 1. et nu. 68. Bocer. d. loc. th. 31. et poſt alios Ruding. in Methoḋ. iur. feud. lib. 1. cap. 8. num. 2.*

g *Matth. de Afflict. in cap. 1. de inueſt q. tit. accep. Andr. Kobl. de ſeruit feud. par. 1. nu. 111. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 12. Sueuus d. aſſer. 10. idemque de iure Saxonico, quo feuda fœminis concedi prohibetur, procedere dixit Schultz. d cap. 5. nu. 4.*

h *Ouid. 4. metam.*

i *Borchol. de feud. cap. 5. nu. 45. Niell. diſp. feud. 2. th. 6. lit. B. Gothofr. Anten. diſp. feud. 2. th. 6. lit. A. verſ. in Hermaphrodito, Schultzen. d. cap. 5. num. 3. Sueuus d. exerc. 3. aſſert. 10.*

k *Ius ciu. vid. in l. quæritur PP. de ſtatu hominum Hattbyler. in analyſ. iur. feud. d. cap. 6 lit. A. verſ. quid de Hermaphrodito, fol. mihi 40.*

l *Ius Cæſar. vid. in l. 32. §. 2. de acquir. vel amitt. poſſeſſ. in l. potuit 5. PP. de iur. deliberan. quam legem ſimiliter de infante intelligi poſſe indicat tex. in l. pupillis 9. PP. de acquir. vel omitt. hæred. vbi ſtatuitur eum pupillum, qui intelligere poteſt, vti infantem cum tutoris authoritate vniuerſitatē acquirere poſſe, et licet quod ipſi expediat diſcernere nō poſſit, tutoris attamē authoritas ipſius defectum ſupplcat per ea, quæ velle videtur C. ſi minori ſi de feud. defuncti contentio ſit inter dominū, et agnatum vaſſalli Schrad. de feud. p. 4. c. 3. nu. 4. Schneid. in epit. feud. d. p. 3. n. 100. et ſeq. Georg. Schultz. d. c. 5. n. 5. Georg. Adam. d. c. 5. Aphoriſm. 13. n. 1. Sueuus d. exer. 3. aſſer. x.*

m *Georg. Adam. d. loc. probat ex argumento §. 9. elem. iur. de inutilibus ſtipulat. iuncto §. 1. elem. iur. de authoritate tutorum iunctis Zaſ. p. 5. nu. 2. et Hattyler. in analyſ. feud. cap. 6. lit. B. fol. mihi 41. verſ. ſed quod de infante.*

Digitized by Google

A ciendum tutoris authoritas neceſſaria ſit *m*; Verùm quia ſemper, quo feudum accipitur, obligatio regulariter, ad ſeruitia domino præſtanda, ipſi Domino concedenti à vaſallo ſtipulanda ſit, idcircò etiam in impubere, infantiæ, & pubertati praximo tutoris authoritas, quemadmodum de infante diximus, neceſſaria erit, vt *Schrader*. poſt alios teſtatur *n*.

B Minores viginti quinque annorum, cùm ipſi legitimo iure firmiter abſque ſuorum curatorum conſenſu obligentur, vt *Iure communi Romanorum* probatur *o*; Cumque accipiendo feudum, neque quicquam alienare videantur, abſque curatorum conſenſu feuda acquirere illos poſſe nulla in contrarium iuſtam rationem vigere *Arum.* dixit *p*, & ità ferè communiter *DD.* ſententiam eſſe *Georg. Schultzen.* refert *q*, licèt eandem tamen ipſe *Schultz.* non aſſequatur, ex eo quod ex feudo præſtanda ſint ſeruitia, & iuramentum deferendum eſt, quæ in puberem non cadunt *r*, quibus argumentis reſpondetur; Primò ætatem à iuramento excuſare, & expectandam, donec adoleuerit, vt ex *Iure feudali Hatthyler.* reſpondit, dicens, illam pacientiam interim pro fidelitate haberi, & quæ ad ſeruitia ſpectant, per alios præſtari poſſe, puta per Procuratorem, tutorem, ſiue curatorem, ex eodem *Iure feudali s*.

C Puberem autem minorem, curatorem non habentem, eò magis feudum accipere per ſe poſſe, ex dictis patet, nam ſi diximus ex dicta communi ſententia ſine curatoris conſenſu minores poſſe feuda accipere, ſi curatorem habeant, eo fortiùs eadem ſententia procedat, cùm curatorem minores non habeant, vt poſt alios *Hunnus* atteſtatur *t*.

Vndè concludendum eſt, tam puberes, quàm inpuberes in feudum accipere poſſe, Puberem quidem, quia iuramento obligatur, vt *Iure ciu.* cauetur *v*, impuberem, quia iuramentum ad pubertatem differtur, vt in *Iure feudali* habetur *x*. Verùm autem ſi feudum concedatur impuberi in parentis poteſtate conſtituto? Rectè quidem impuberem, vel parentem eius nomine feudum acquirere, nec authore patre ad ſeruitia eum obligari, ex argumento eorum, quæ in *Iure ciuili* habentur *Georg. Adam.* tradit, ità quod cùm quis ſcienter impuberi feudum concedit, illi ſeruitia remiſiſſe videri, idem *Adamus* ſcribit *z*.

D 4 (An qui perpetuo morbo laborant in feudum accipere de nouo poſſint, vel ſaltim antiqua retinere feuda poſſint.)

Nec conditionis (ſiuè qualitatis ratio aliqua impedire poterit, quo minus quiſque in feudum accipere quæat, etiam ſi ta-

Z

n *Schrad. de feud. d. p. 4 c. 3. nu. 5 iunct. Schneid d. p. 3. num. 102. verſ. e circa prædicta Schultz d. loc. nu. 6.*

o *Ius ciu Rom. vid. in l. puberes 101. PP. de verb. oblig.*

p *Arum. diſp. feud. 3. th. 35. iunct. Borchol. d. f. c. 5. nu. 46.*

q *Schultz. d. cap. 5. n. 7. eamque ſequuntur Geor. Adam. d. cap. 5. Aphoriſm. 13. nu. 1 et Sueuus d. aſſer. x. verſ. minores, et non diſtinguens inter puberes, et impuberes, Hattyler d. cap. 6. lit. B. ſequutus fuit ea ratione, quia pupillus, quo ad acquirendum tutore non indigeat, vt in l pupillus PP. de acquir. rer. domin.*

r *Schultzen. d. loc. iunct. Sonsbec. de feud par. 7. nu. 15. et Schrad. d. p. 4. c. 3. nu. 5. verſ. adultus.*

s *Hatthyler. ex cap. 1. §. 12. ſi de feud. defunct. etc. et ex cap. vnico §. 1. de prohib. feud. alien. per Frid. in d. d. cap. 6 lit. B. fol. mihi 41. dicens quoque, nec obſtare, quod domino obligetur, et obligari ſine curatore nequeat, vt in l. 3. C. de inintegr. reſt. quia per iuramentũ fidelitatis obligatur, vt in cap. vnico de noua forma fidelit. iuramento, namque minor ſine curatore obſtringitur auth. ſacramenta puberum C. ſi aduerſus vendit. tantò magis cum ipſe Schultzen. dicat iuramentum differri d. c. 5. n. 6. cum ſcilicet à minore feudum accipitur, qui ratione etatis iuramentum præſtare domino non poteſt, idque Georg. Adam. quoque ſequitur d. Aphoriſm. 13. nu. 2. et 3.*

t *Poſt alios Hun. in tract. de feud. cap. 8 pag. 141. verſ. nam vt rectè Donellus.*

v *Ius ciu. vid in d. auth. ſacram puberum.*

x *Ius feud. vid. in cap. vnico §. ſi minori ſi de feud. defuncti, etc.*

z *Adam. ex arg. § 9. in fin. elem. iur. de inutilib. ſtipulat. in d. Aphoriſm. 13. nu. 4.*

Digitized by Google

A

ſi talis qualitas defectum, ſiuè morbum aliquem contineret, puta ſi cui in feudum conceditur, eſſet furioſus, nam per curatorem rectè talis in feudum accipiat, prodigus, Mutus, Surdus, vel Cecus ſi fuerit, etiam abſque curatoris authoritate feuda acquirere poterit, nam, & ſi perſonæ iſtæ partim inhabiles, partim verò ob defectum ad ſeruitia præſtanda, non ſatis idoneæ ſint, attamen quia feudum illis concedens, ſiuè conſtituens conditionis illorum bene gnarus, vt per ſubſtitutum ſeruire poſſint, gratiam feciſſe præſumatur, vt poſt alios *Roſenthal. & Sonsbec.* teſtanrur a, In furioſo feudum accipiente tutoris authoritatem, cùm ipſe nullum habeat animi iudicium requirimus, prout in *Iure ciuili* legitur b, quæ quidem ratio in prodigo militare non videtur, vt expreſsè in *Iure Romanorum* traditur c, quemadmodum in Surdo, Muto, & Cęco, nec dicta ratio locum habeat, quàm in furioſo diximus; cùm iſti quidem omnes conſenſum habeant, qui in contractu pro forma requiritur, nec indigent tutoris authoritate, cùm acquirere videantur. Quod de Surdo, & Muto diximus intelligas, dummodo non ſint Muti, & Surdi, qui, nec teſtamentum facere poſſunt, ſcilicèt qui omninò non exaudiunt, vel de Muto, qui omninò non loquitur, nam, nec teſtamentum facere poſſunt, cùm nullum animi conceptum exprimere poſſint, de quibus vid. *Iuſt. Imp.* eſt d.

B

Nec rurſus ratio (alicuius conditionis feudũ accipere inhibet, & hæc, ſiuè etiam perſonarũ aliquo ex defectu non proueniat, cuius exemplum, ſeruus primo eſſe poteſt, quiquidem infeudum etiam accipere poteſt, vt *Iure feudali* probatur e, ibi (*nam etiam Seruus inueſtiri poterit*) ità quod ſi ſeruo proprio feudum à domino detur, eo ipſo libertatem dediſſe infimul cum feudo cenſeatur, quemadmodum cùm Dominus ſeruum ſuum hæredem inſtituit, liberum declaraſſe cenſetur, atque proinde libertatem ſeruum conſequi *Iure ciuili* cauetur f, quod quidem limitabis, ſi dominus illi, cui feudum dedit, ſeruum ſuum eſſe ignoraſſe dicat, ex argumento eorum, quæ *Iure Cæſareo* cauentur g, ſi verò alienus ſeruus infeudum accipiat, cùm ſcilicet contemplatione Domini in feudum ipſi da-

C

5 (Nulla cõditionis ratio impedit, quominùs infeudum accipi poſſit, vt puta conditio ſerui & filijfamilias, imò nec ratio ordinis alicuius, vt latè exponitur.)

D

a *Roſenthal. d. cap. 3. concl. 7. Sonsbec. par. 3. num. 107. Vult. feud. 1. cap. 4. num. 10. Sueuus d. aſſert. x. verſ. nec 7. Schrad. de feud. §. 4. c. 3. nu. 7. Schneid. d. p. 3. n. 107. verſ. quia dominus Obrecht. tract. de feud. lib. 2. cap. 2. nu. 29. Schultz. d. cap. 5. n. 20. Niel. diſp. feud. 2. th. 6. lit. B.*

b *Ius ciu. vid. in l. vl. C. de curat. furioſ. Sbcultz. d. l. nu. 21.*

c *Ius Rom. vid. in l. 5. §. 1. PP. de acquir. vel omitt. hæredit. Georg. Adam. ſyntagm. iur. feu. cap. 5. Aphoriſm. 14. Hattyl. d. cap. 6. lit. C. fol. mihi 44. verſ. poſtremo licet etiã in prodico, idem quod in furioſo dicendum eſſe dicant Obrecht. d. feud. d. l. 2. cap. 22. et ſeq. Niell. diſp. feud. 2. th. 5. lit. A. et Schultz. d. l. n. 21.*

d *Iuſt. Imp. in §. item Surdus, et Mutus element. iur. quib. eſt promiſſum facere teſtamentum, retinere autem perſona iſta imperfecta feudum non poterunt, quemadmodum clericum, et femina feudiſta, dicit in c. 1. an Surd. vel, etc.*

e *Ius feud. vid. in c. vnico §. ſed etiam verſ. nam etiam tit. per quos fiat inueſt. Schrad. de feud. p. 4. cap. 3. n. 7. Schnied. d. p. 3. nu. 98. verſ. adeo Vveſenbec. def. c. 5. n. 7. Moz. in tract. feud. tit. de his, qui feud. dar. poſſ. n. 31. Borchol. de feud. c. 5. n. 47. poſt alios Iac. Cuiac feud. 2. tit. 4. Roſenthal. c. 3. concluſ. 6. nu. 1. Hattyler. in analyſ. iur. feu. d. c. 6. fol. mihi 42. lit. C. Georg. Schultz. in ſynopſ. iur feu. d. c. 5. n. 8. Sueuus exer. feu. 3. d. aſſer. x.*

f *Ius ciu. vid. in l. non minus 31. PP. de hæred. inſtit. §. ſi ſeruus elem. iur. eod. tit. de hæred. inſtit. l. ſuper ſeruis 6. C. qui milit. poſſ. §. 1. elem. iur. qui teſta. tutores dari poſſint § 1. elem. qui, et ex quib. cauſ. manum Schneid d. loc. verſ. pro cuius declaratione Moz. d. loc. Borch. d. loc. verſ. etſi Roſenthal. d. c. 3. concluſ. 6. n 3 et in not. lit C. Obrecht. in tract feud. lib. 2. cap 2. nu. 5. et ſeq. poſt alios Vult. 1. de feud. 4. n. 7. Ritterſ. p feud. lib. 1. cap. 6. q. 5. Ruding. contr. feud. lib. 1. cap. 22. Sueuus d. loc. poſt princ. Schultz d. cap. 5. nu. 8.*

g *Ius Cæſ. vid in l. fideicom. 11. § ſi ſeruo 16 de leg. 3. Schneid. d. loc. verſ. ſi verò Dominus Vult. d. loc. nu. 7. Sonsbec. de feud p. 7. n. 21. Schultzen. d. loc. dicens hoc ex ſent. feudiſtæ in d. §. ſed etiam verſ nam etiam probari.*

Digitized by Google

datum eſt, domino acquiratur, vt *Schneid.* & alij ex *regulis Iuris ciuilis* probarunt *h*.

Secundum exemplum, filiusfamilias eſſe poteſt, qui nec ratione ſuæ conditionis, nempè quia in patria poteſtate eſt, in feudum accipere impeditur; quod quidem multò magis in filiofamilias procedere, & extra controuerſiam eſſe, *Schrader.* teſtatur *i*, quod etiam procedere exiſtimant, ſi concedens patrem familias eum eſſe putauerit, ex eo quod qualitas iſta eum incapacem non reddat, & nihil etiam refert, quod paterfamilias ſit, an filiusfamilias, vt dixerunt *Zaſ.*, *Rolond. à Valle*, & *Hatthyler.* k.

Controuerſia tamen circa hoc eſt, an vſusfructus feudi ad B patrem pertineat, quod quidem vno voto *DD.* negant ea nimium ratione, quia ad peculium caſtrenſe, vel quaſi ob ſeruitia, quæ vaſallus ſecundum regularem feudi naturam, Domino præſtat, feudum referendum ſit, nam feudum conceditur feudatario, vt ex feudi fructibus domino ſeruire poſſit k, & licet ſeruitia aliquando remittantur, ea tamen cùm Domini gratia vaſallo facta dicatur non poterit, nec debebit patri vaſſalli prodeſſe; tùm etiam, quia ſi ad patrem vſusfructus ſpectaret, nihil in effectu filius conſequturus foret, vſufructu, ſcilicèt ad patrem, proprietate verò penès Dominum permanente *l*.



h *Ex reg. iur. ciu. not. in l. placet 79. PP. de acquir. vel omitt. hæred. et ex principio elem. iur. per quas perſonas, cuique acquiratur Schneid. d. loc. verſ. aut conceditur, et Vult. d. c. 4. n. 7. probarunt dicentes idem eſſe cum res in dubio ſit ſcilicet an domini, vel ſerui contemplatione in feudum datum ſit, ex eo quod veriſimile ſit, concedentem magis dominum liberum eligiſſe, quàm ſeruum Schneid. d. loc. verſ. aut vero, Vult. d. loc. verſ. ſeruo alien. ſub fine iunctis Roſenthal. d. cap. 3. concluſ. 6. nu. 6. et in notat. lit. G. Obrecht. d. loc. nu. 59. et ſeq. Schultz. d. c. 5. n. 8. dicens, quod ſi concedens ità ſeruo infeudauerit, vt ſibi non domino acquireret, eo caſu neutri feudum acquiri, niſi dominus ſeruum ſuum manumiſerit, aut ſciuerit ſub hac conditione ſeruo ſuo infeudari, nec controdixerit, quo caſu ſeruum ſuum* C *feudum vna cũ libertate conſequi tradit, ex argumento legis ſuper 6. verſ. ſin verò ſcientibus C. qui milet. poſſ. Schneid. d loc. verſ. ille enim concedit Roſenth. d. concl. 6. n. 5. verſ. ſi verò, Obrecht. d. loc. n. 58. et poſt alios Vult. d. verſ. ſeruo alieno, et quid in proprijs hominibus hodiernis moribus vulgò dictis, qui bona propria poſſident, atq; adeo quidquid acquirunt ſibi retineant, vndè indiſtinctè in feudũ recipere, et pro ſe retinere non dubitari dixer. Schneid. d. loc. lit. L. Obrecht. ibi cit. n. 61. Roſenth. d. concl. 6. n. 7. et in notat. lit. H. Vult. d. n. 7. ſub fin. Schultz. d. c. 5. n. 9. Sueuus d. aſſer. x. dicẽs, alienum ſeruum domino regulariter cum infeudum accipit, acquirere, nulla adhibita diſtinctione, quam ſupra tulimus d. loc. ex not. in §. 2. elem. iur. per quas perſonas,*

i *Schrad. de feud. p. 4. c. 1. n. 7. iunctis Schneid. d. loc. verſ. 3. Vveſenbec. d. c. 5. n. 4. Mozz. d. tit. n. 33. Roſenthal. d. c. 3. concl. 5. et in not. lit. D. et F. Borch. de feud. c. 5. n. 74. dicens rem hanc nullam dubitationem habere, illumque refert, et ſequitur Vult. d. c. 4. n. 8. Arum. diſput. feud. 3. b. 33. Sueuus d. exer. 3. aſſer. x. Georg. Adam. d. c. 5. Aphoriſm. 15. n. 4.*

k *Zaſ. d. feud. p. 6. Rolan. à Val. conſ. 71. Hattyler. d. c 6 lit. C. fol. mihi 42.*

k *Dom. Reg. de Ponte lect. feud. 7. nu. 63.*

l *DD. ſunt, qui communiter d ſententiam atteſtantur, Iſer. in c. 1. n. 13. in quib. cauſ. vbi Bald. in §. ſi duo Affl. de his, qui feud. dar. poſſ. Laudenſ. de duob. fiat, Boer. dec. 199. n. 5. per tex. in d. c. 1. in quib. cauſ. in c. 1. de nat. ſucceſ. feud. et in c. 1. de inueſt. de re alien. fact. Roland. à Val. conſ. 4. qui vti veriorem argumentis confirmat Schneid. d. loc. verſ. neque hoc caſu, et ibi addit lit. N. Zaſ. p. 5. d. feud. n. 48. Vueſenbec. d. c 5. n. 4. Borch. d c. 5. n. 40. Roſenth. d. concl. 5. n. 5 iuncto c. 7. concl. 14. n. 13. et ſeq. Obrecht. d cap. 2. nu. 41. Vult. d. cap. 4. nu. 8. §. ſed an feudo dato verſ. ſed contrar. Ritterſ. partit. feud. lib. 1. c. 7. q. 2. Ruding. contr feud. lib. 1. c. 41. et in Methbod. iur.* D *feud. ſi 1. c. 8. n. 4. Hæn. diſp. inſt. 5. th. 22. per alios ibid. alleg. FincKelthauſ. diſp. feu. 5. th. 20. Georg. Adam. d. Aphoriſ. 15. n. 4. Sueuus d. aſſer. x. Hatthyl. d. c. 6. lit. C. fol. mihi 42. Schultz. d. c. 5. n. 12. quidquid in contrarium Sonsbec. de feud. p. 7. nu. 8 atteſtatur Mynſing. reſp. 92. nu. 24. quidquid in contrarium dixerint Bald. in l. cum oportet C. de bon. quæ lib. Curt. d. feud p. 3. membr. 2. n. 46. Sonsb. def. p 7. n. 8. Schrad. de f. c. 6. Fach. 7. contr. c. 77. Philip Knipſchilt. de fideicom fam. Nob. c. 4. n. 17. et poſt Andr. de Iſer. in feu. præcipuè quaternatis, ſcilicet quæ à Rege conceſſa ſunt patri non quæri vſumfructum, ſequitur D. R. de Ponte lect. feud. 7 n. 7. et latè defendit contr. Camer. et Affl. vſq; ad n. 9. idq; tanto magis ſi expreſsè prohibeatur, ſiuè à l. ſiuè a*

Digitized by Google

Similitèr nō attenditur cōditio, ſiuè dignitas; vndè nobilis, A
& ignobilis ſuperior ab inferiore, & inferior à ſuperiore infeudum accipere poſſunt, vt, & ſi ruſtici ſint, feudum accipere poterunt, & ſi *Iure feudali* ipſi ruſtici feuda recipere incapaces ſint *m*, tamen in contrarium conſuetudinem eſſe *DD.* docent *n*, nam ſi ipſis ruſticis, vt ſuprà dictum eſt in feudum concedere licèt, multò magis in feudum accipere permiſſum erit, cùm inter perſonas inueſtientes, & inueſtitas qualitas non diſtinguatur, vt ex traditis in *Iure feudorum*, poſt alios *Georg. Schultzen.* probat *o*.

Porrò nec conditionis, ſiuè qualitatis, ordinis, quominùs infeudū poſſit accipi, ratio impedit, vndè eſt, nec ratione ordinis clericos, quominùs feuda accipere poſſint excludimus, vt in *Iure feudali* compertum eſt *p*, vbi (*item ſi clericus veluti Epiſcopus Abbas beneficium habens à Rege datum, non ſolummodò perſona, ſed Eccleſia ipſum propter ſuā culpā perdat; Eo viuente & eccleſiaſticum beneficium, vel honorem habente, ad Regem pertineat, poſt mortem verò eius ad ſucceſſorem eius reuertatur*) cui ſententiæ non obſtat, quod clericus inueſtitus à laico videatur ſe illius iuriſdictioni ſubijcere, quod quidem, nec iuramento interueniente clericus efficere poteſt, vt *Iure canonico* probatur *q*, nam reſpondetur hoc eſſe ſingulare beneficium clerici, cui etiam renunciari non poteſt, quia non perſonæ, ſed toti ordini eccleſiaſtico indultum eſt, vt *Gaillus* exponit *r*. Ratione tamen feudi, coram Iudice laico

B

C

D

*homine, vide ibid. n. 27. dicens n. 56. poſt multa ad dictam concluſionem cumulata patri, vt pater licet non habeat vſumfructum in feudo, tamen ſi vna cum filio inhabitet, habebit fructuū commoditatem in communi ratione habitationis; ex Aluar. namque et Bald. ſiuè feudum ſit peculium caſtrenſe, ſiuè paganicum, ſeruitus eſt, vnde patri non quæritur vſusfructus, ne ſeruitutis ſeruitus conſtituatur, vt d. D. R. d. l. cit. docet n. 49 vſusfructus attamen et ſi non quæratur, vt dixi etiā in feudis non à Principe conceſſis, debetur, tamen commoditas patri, ut ex Baldo ponit cit. de Ponte d. l. n. 50. licet dicat ibid. iura à Baldo pro dicta ſententia cumulata non facere ad materiam, de qua re latè multa ibid. confert.*

m *Ius feud. vid. in c. 1. per quos fiat inueſt.*

n *DD. ſunt poſt alios Coleranus dec. 77. Ranchbar. p. 3. q. 21. nu. 37. Capzou. p. 3. c. 28. definit. 5. Vult. 1. feud. c. 4. n. 10. Sueuus exerc. feu. 3. aſſer. x. verſ. nec ſexto, et latè Bocer. de inueſt. feu. c. 3. nu. 150 et 151. vbi explicat tex. in c. 1. §. cæteri vero de contr. inter Epiſcopum, et vaſſallum in c. 1. §. beneficium ſi de feu. defunct. etc. et in c. vnico §. ſimiliter, nec vaſſallus de lege Conradi Geor. Adam. d. Aphoriſm. 15 num. 1.*

o *Ius feud. vid. in c. vnico §. ſed etiam 1. uerſ. perſonam per quos fiat inueſtit. et expreſſè in cap. unico §. ex ead. leg. uerſ. cum curia uerbo etiam ruſtico de lege Conradi poſt Schrad de feud. par. 4. cap. 3. num. 7. Schneid. d. loc. uerſ. et multo magis, et num. 105. uerſ. 11. Vueſenbec. d. cap. 5. nu. 3. Vult. d. cap. 4. nu. 10. uerſ. adeo, Ruding. in method. iur. feud. d. cap. 8. nu. 7. Bocer. claſ. 5. diſp. 14. th. 42. Georg. Schultz. d. c. 5. n. 13. dicens quamuis hoc de iure ſaxonico, ſecus uideatur tamen de conſuetudine d. iur. ſaxon. diſpoſit. non obſeruari ex atteſtatis per Matth. Coler. d. dec. 77. n. 3. et utrum ruſticus feudum ab habente poteſtatem nobilitandi accipiens nobilis efficiatur, negatiuè idem met Schultz. ibid. nu. 14. reſpondit, idque eo magis iure ſaxonico procedere ait, cùm eo iure nemo militū priuilegijs gaudeat, niſi ex patre et auo militibus genitus ſit, et hoc ex utraq. linea num intelligendum ſit, tam ſcilicèt paterna, quam materna, idem Schultz. ex Colerano dec. 263. nu. 27. de utraque linea intelligi debere, ibid reſpondit d. n. 14. in fin.*

p *Ius feud. uid. in c. unic. §. item ſi clericus de capit. Conradi iunct. c. 3. et c. 6. x. de foro compet. et c. nimis 30. x. de iur. iuran ex quibus Schneid poſt alios d. p. 3. n. 105. Moz. d. tit. n. 28. Borch. d. c. 5. n. 49. Roſenthal. c. 3 concluſ. 3. n. 3. Obrecht. d. c. 2. n. 2 et ſeq. iunct. n. 11. Vult. d. c. 4. n. 8. Bocer. d. claſ. 5. diſp. 14. th. 41. Ruding. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 8. nu. 11. Schrad. par. 4. cap. 3. nu. 7. Sueuus d. aſſer. x. uerſ. nec 4. probant, ubi habetur clericos etiam à laicis feuda accipere, eiſque per Vicarium ſeruire poſſe, et ita quoque iure ſaxonico ſeruari probat Schultz. d. c. 4. n. 26.*

q *Ius can. uid. in cap. diligenti 5. extr. de for. compet.*

r *Gaili. lib. 1. obſer. 37. et obſer. 40.*

Digitized by Google

A laico clericis conueniri poteſt, ex citato *Gaill. s*.

Iure noſtro Regni Siciliæ id quoque confirmatur, nam clericis, ſiuè alijs perſonis eccleſiaſticis rem in feudum dari poteſt, & pro illis bonis feudalibus coràm Iudice eccleſiaſtico trahantur, licèt regulariter ad ſecularia iudicia clerici trahi nequeant, vt in *Regni capitul. Caroli Secundi Regis Siciliæ* legitur *t*, ibi (*item ſtatuimus, quod clerici ad ſecularia iudicia non trahantur, niſi pro bonis feudalibus, ſecundùm conuentionem habitam inter Sanctam Romanam Eccleſiam, & Dominum Patrem noſtrum*) quod intelligendum eſſe in petitorij cauſa, & ſic quando de proprietate feudi ſola controuerſia eſt, ſecús autem ſi in iudicio poſſeſſorio agatur, nàm eo caſu cauſa poſſeſ-

B ſorij coram Iudice eccleſiaſtico agitanda eſt, & non poterunt coram ſeculari ipſi clerici, ſiuè aliæ perſonæ eccleſiaſticæ conueniri, ſecundùm ea, quæ *Lucas de Penna* intelligit, & declarat *v*.

Aduertendum tamen eſt circà dictam concluſionem, nempè clericos poſſe in feudū accipere, eam locum habere, ſi dominus non ignoret conditionem accipientis, cùm feudum concedit, nam eo caſu ipſi hanc gratiam feciſſe cenſetur, vt per ſubſtitutum ſeruitia exequi valeat, vt *Schrad.* & alij atteſtantur *x*, ſed cùm dominus conditionem perſonæ ignoret, reuocare feudum poterit, vt in *Iure feudali* habetur *z*.

C Monacos quoque in feudum accipere poſſe ex communi *DD.* concluſione non ambigimus, tum quia in clericorum numero, quibus feuda concedi poſſunt monacus continetur, vt in *Iure feudale* habetur *a*, tum etiam quia à generali regula in *Iure feudali* tradita monacus non excipitur *b*, & denique quia monacus cùm melioris conditionis, quàm ſeruus ſit, idcircò ſi ſupradiximus feudum ſeruum accipere poſſe, eo fortiùs in monaco, idem dicendum eſt, vt poſt alios *Schrader.*, & alij atteſtantur *c*, Monaſterio tamen monacus, cui ſe ſuaque bona omnia mancipauit, acquirit, vt ex argumento eorum, quæ in

*Iure*

s *Gaill. d. obſer. 37. n. 3. iunct. Mynſinger. centur. 1. obſer. 22. Iul. Clar. in §. feud. q. 90. Hattyler. d. cap. 6. lit. C. fol. mihi 43. verſ. cæterum, dicens, nec dictæ concluſioni obſtare textus in §. qui clericus ſi de feud. defunct. etc. et in c. 1. de feu fem. et in c. 1. in fin. an mutus, vel a ids imperfectus, cum d. ti tex. de feud. antiquo loquantur, et feudum nouum à domino volente, clericus accipere poteſt, vt in c. ex tranſmiſſ. extra de foro competen. licet antiquum tamen ſi vita religioſæ ſe dedicet retinere clericus non poſſit, deſinit enim eſſe militem ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti, vt in cap. 1. de vaſalla milite, qui arma bellica depoſuit.*

D t *Cap. Reg. item ſtatuimus de non trahendis clericis.*

v *Luc. de Penna in l. vnic. in 5. colum. verſ. vnde clerici C. de reis poſt. lib. x. cognitio namque de feudo pertinet ad dominum feudi ſolum cum de petitorio agitur, ſecus ſi de poſſeſſorio, vt in cap. ex parte de foro competenti, quod cap. allegat, & ſequitur Matth. de Affl. in conſt. Regn. inſtitiarij nomen in ult. col. quem refert, et ſequitur Gloſſ. ad d. Regni capitulum.*

x *Schrad. de feud. par. 4. cap. 3. nu. 7. uerſ. dummodo Schneid. d. p. 3. n. 105. uerſ. tamen ſecundum Hartm. Piſt. lib. 2. q. 33. nu. 27. Georg. Schultz. d. cap. 5. nu. 17. Bocer. de inueſt. feud. d. cap. 3. nu. 145. idque probat in iure feud. ex cap. unico, §. final. de capit. Conradi Georg. Adam. d. cap. 5. Aphoriſm. 15. nu. 2. Sueuus d. exer. 3. aſſer. x. uerſ. nec 4.*

z *Ius feud. uid. in c. 1. §. perſonam uerò per quos fiat inueſt. Schrad. d. p. 4. c. 3. n. 7. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 15. nu. 2. in fin.*

a *Ius feud. uid. in cap. ſi clericus ſi de feud. defunct. contentio ſit.*

b *Ius feud. uid. in cap. unico, § ſed etiam 1. uerſ. perſonam per quos fiat inueſt.*

Digitized by Google

*Iure Caſ.* habentur *DD.* atteſtantur *d*, & hoc non quidem vt perpetuo ſcilicèt durante monaſterio feudum maneat, ſed monaci feudatarij ſaltim vita durãte, infeudatio durabit, niſi cõceſſum contẽplatione monaſterij monaco eſſet, nam hoc caſu perpetuò apud monaſterium remanet, vt ex argumento, eorum quæ *Andr. de Iſernia* notauit *Obrecht, Arum. & alij* probant *e*.

Ex his igitur, ità firmiter propoſitis, quod ſuprà diximus patet, nempè regulariter omnes cuiuſcumque conditionis perſonas feuda accipere poſſe, quod quidem non modò per ſe procedit, verùm etiam per Procuratorem ſpeciale mandatum habentem, vt ex *Iure feudali* eruitur *f*.

Prætereà (cùm omnis regula ſuam exceptionem patiatur, vt *Ciuiliſtæ* communiter vna voce dicunt *g*, regula iſta exceptionem quoque habet, ità quod ab illa ſcilicèt, quod quiſque infeudum accipere poſſit, non nullæ perſonę excipiantur. 6 (Qui infeudum accipere, ob qualitatẽ aliquam, qua fędantur, nequeant.)

Primò igitur, Hæreticus excipitur, nàm cùm illi contrahendi, aut quicquam commercij habendi facultas omninò *Iure ciuili* adempta ſit *h*, ideo ipſi feuda dari nequeunt, vt poſt alios *Obrecht.* ſcribit *i*; Quemadmodum, quia hæretici quoque ab honoribus, & publicis officijs arcentur; Vndè excommunicantur, vt in *Iure canonico* habetur k, & nobilitatem amittunt, vt *Imperator* reſcripſit *l*. Hæreſis autem illa dicitur quæ ad Maieſtatis diuinæ læſionem directò tendit, vt apud *S. Canones* legimus *m*, & longè magis horribile delictum eſt, quàm Læſæ Maieſtatis humanæ crimen, vt ex *Iure Caſ.* animaduertendum eſt *n*.

Secundò perfidi Athei, & Apoſtatę, Athei nẽpe, qui minore criminis horribilitate, quàm Hęretici labãtur, nam minùs peccare videtur Ethnicus, qui viam Domini, atque verè ſalutis non agnoſcit, quàm qui poſt cognitam, nefariè retrocedit, vt in *Iure Pontificio* notatur *o*, Athei autẽ, qui Deũ eſſe non credunt, & animarũ immortalitatẽ, carniſq; reſurrectionem impio animo negant, vnde ab omni loco expellendi ſunt, vltimoque ſupplicio afficiendi, vt *Beſold.* ſcribit *p*, qui quidem nec infeudum accipere poſſunt,

tanquam

c *Schrad. de feud. p. 4. cap. 3. n. 7. Moz. d. tit. n. 32. Roſenthal. d. cap. 3. concluſ. 4. nu. 1. Obrecht. tract. feud. lib. 2. c. 2. nu. 62. Vult. d. c. 4. n. 9. verſ. imò verò Sueu. d. aſſer. x. verſ. nec monacos Georg. Adam. d. Aphoriſ. 25. nu. 3. dicens feudum monaſterium acquirere.*

d *Ius Caſ. vid. in auth. ingreſſi C. de Sacroſanct. Eccleſ. Roſenthal. poſt alios d. concluſ. 4. n. 9. §. imo, & alij Vult. d. c. 4. nu. 9. Ritterſhus partit. feud. lib. 1. cap. 8. nu. 12. Adam d loc. nu. 3.*

e *Andr. de Iſern. in cap. vnico §. ſed etiam verſ. perſonam n. 14. per quos fiat inueſt. Roſenthal. d. loc. Vult. vbi ſup. Rittersh. vbi ſup. Obrecht. d. lib. 2. c. 2. n. 66 Arum. diſput. feud. 3. th. 41 in fin. Rudinger. d. loc. n. 12 et ſeq. Sueuus d. aſſer. x. verſ. nec monacos de his autem monacis feudum tenentibus nulli amplius indition. electoral. ſaxoniæ reperiri Georg. Schultz. refert d. c. 5. nu. 19. in fin.*

f *Ius feud. vid. in c. vnico §. ſed etiam 1. verſ. ſed vtrum ipſe, per quos fiat inueſt. Schrad. de feud. p. 4. cap. 3. n. 12. Arnold. de Reyger. diſput. 2. th. 27. lit. A. vbi iuramentum fidelitatis per procuratorem ſecundum cõmunem opinionem præſtari poſſe dicit Schultz. d. cap. 5. nu. 22.*

g *Ciuiliſtæ, vid. in l. omnis definitio PP. de reg. iur.*

h *Ius ciu. vid. in l. Manicheos 4. §. præterea 3 l. ſi quis x. C. de hæreticis, et Manicheis iuncta Iur. can. auth. in cap. fin. x. de hæreticis.*

i *Obrech. poſt alios tract. de feud. lib. 2. c. 2. nu. 17. Sueuus d. aſſer. x. verſ. ob delicta Schultz. d. cap. 5 num. 24.*

k *Ius can. vid. in cap. excommunicamus 13. et in cap. penul. x. de hæretic.*

l *Imperator vid. in l. 1. §. 1. C. de Sum. Trin. et fid. Cath.*

m *Ius can. vid. in c. ad abolendam 9. et in c. vergentis 10. x. de hæreticis.*

n *Ius Caſ. vid. in auth. Gazaros in fin. princ. C. de hæret. iunct. d. c. vergentis verſ. cum longe.*

o *Ius Pontific. vid. in c. quidam x. de Apoſtatis, et in c. ſi refugientes de pœnit. diſt. 4.*

p *Beſold. theſ. pract. verb. Atheiſten.*

Digitized by Google

tanquam infames, vt de Apoſtata in *Iure ciuili* legitur *q*.

Tertiò, excommunicatum excommunicatione maiori, quoque excipimus, nam illi omne commercium, omniſque ſociatio *Iure canonico* interdicitur *r*.

Quartò, proſcriptum etiam, ſiuè bannitum excipimus, ea ratione, quia bonis eius publicatis pro mortuo iure habeatur, ac proindè feudum acquirere nequibit, vt *Andr. Gaill.* poſt alios procedit *s*, & hoc tãtò magis teſtatur ſi eſſet bãnitus ex cauſa criminis Læſę Maieſtatis, & perduellionis reus, cuius bona publicantur, vt in *Iure ciuili* ſtatutum habetur *t*, & omnia, quæ *Iuris ciuilis* ſunt amittunt, vt *Iuris conſultus* reſpondit *v*, & cum illis contra-

B here prohibitum eſt, etiam eum illo, qui attentauit, nõ tamen dictum crimen patratus fuit, ex quo bannitus factus eſt, imò cum ſtatuto caueatur, contrahentem cum bannito ob rebellionem, eſſe grauiter puniendum, etiam compræhenditur contrahens cum bannito attentante, & non patrante rebellionem, vt *Dom. Reg. Rouit.* probat *x*.

Similitèr, quintò, & vltimò infames omnes à dicta regula excipimus, cùm turpe ſit domino integrè exiſtimationis viro, cum infamibus conuerſari, vt ex traditis in *Iure feudal. Rudinger.* poſt alios probat *z*.

C

DE

q *Ius ciuil. vid. in l. Apoſtatarum 4. Cod. de Apoſtat. et quod nequeat in feudum accipere Intrigliol. probauit q. 54. nu. 3 iunct. Sueuo d. loc.*

r *Ius can. vid. in cap. ſicut 16. in cap. qui communicauerit 19. et in c. omnis 32. cauſ. 11. q. 3. Roſenth. d. cap. 3. concl. 23. nu. 1. et 2. Vult. d. cap. 4. nu. 12. Ruding. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 8. nu. 14. uerſ. id iuris eſt, Sueuus d. loc.*

s *Andr. Gaill. de PP. lib. 2. cap. 12. Obrecht. d. c. 2. nu. 18. Ruding. d. cap. 8. nu. 14. uerſ. in bannitis Gothofr. Anton. diſput. feud. 2. th. ult. lit. F. uerſ. proſcripti quoque Sueuus d. loc.*

t *Ius ciu. uid. in l. quis 5. l. 6. et l. fin. Cod. al. l. iul. maieſt. §. publica autem elem. iur. de publicis iudicijs l. eorum 9. et l. fin. PP. ad l. Iul. maieſt. Carpzou. pract. crim. p. 1. q. 41. nu 89. et ſeq.*

D v *Ius ciu. uid. in l. 5. §. 1. PP. de cap. diminut. Bocer. de crim. læſ Maieſt. c. 4. nu. 5. item nobilitatem Friz. de nobilit. concluſ. 30. lit. C. Nolden. de ſtatu nobil. c. 22. nu. 128 et omnia alia priuilegia perdunt Gigaſ. de Crim. Læſ. Maieſt. tit. de rebel. nu. 7. Sixtinus 2. de regal. cap. 20. nu. 49. ita quod etiam eorum filios perpetua infamia comitetur, et ipſi ad nullos honores, et ſacramenta admittantur d. l. quisquis §. 1. C. ad l. Iuliam, et hoc crimine conuicti poſt eorum memoriam damnatam ædificia ipſorum ſolo adequantur, et gentilitia inſignia, ſiuè familiæ arma generis ſplendore paſſim ſuſpenſa perpetuo ignominiæ ſtudio tolluntur, et deijciuntur l. eorum 24. PP. de pœnis, Farinac. in pract. crim. p. 5. de crim. Laeſ. Maieſt. q. 16. nu. 6. Sixtinus d. loc. nu. 48. Carpzou. d. q. 41. nu. 12.*

x *Reg. Rouit. in com. ad pragm. Regn. Neap. tit. de abolit. prag. 1. nu. 23.*

z *Rudinger. ex cap. vnico in princ. an ille, qui interf. frat. iuncto cap. vnico de contr. feud apud parter. etc. poſt alios d. cap. 8. num. 14. Bocer. de inueſt. feud. cap. 3. num. 142. Schultzen. d. cap. 6. nu. 27. in fin. Sueu. d. loc. nec in feudum tales ſuccedant, vt Molin. ſcribit de Hiſp. Prim. c. 13. nu. 10. et 18. et ſeq.*

Digitized by Google

 A

# DE REBVS

## Quæ in ſeudum dari poſſunt, ſiuè in quibus feudum conſtitui poſſit.

## Rub. 4.

### VISIO QVARTA. B

PRæterea ſecundum, quod ad feudi conſtitutionem attinet (poſtea quam de perſonis feudum conferentibus, & acquirentibus propoſuimus) nempè ad res, quæ in feudum dari poſſunt, generaliter ſciendum eſt, feudum non niſi in rebus immobilibus, ſiuè naturalitèr immobiles, ſiuè ciuilitèr ſint conſtitui, nàm in mobilibus nullatenùs feudum conſtitui poteſt; cùm autem conſtituatur, improprium feudum dicendum eſt, etenim vt C feudiſta loquitur a (*ſciendum eſt autem feudum, ſiuè beneficium, non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur (veluti cum de Camera, aut de Cauena feudum detur) poſſe conſiſtere*) ex quibus verbis tria rerum genera eruuntur, in quibus feuda conſtitui poſſunt, res ſcilicèt immobiles, quas tales naturaliter dicimus, res immobilibus cohærentes, & tandem res ciuiliter immobiles, tum corporales, tum etiã incorporales, quę immobilibus annumerãtur, & ex his omnibus rebus, tam ſcilicèt immobilibus, ſiuè naturaliter, ſiuè ciuiliter, quam mobilibus, in quibus feudum conſtitui legitimo iure D poſſit, vel nõ, vt conſtet, præcallere non omittendũ eſt, quod quemadmodum ex rebus, quædam in hominum commercijs ſunt, & quædam licèt communi hominum in commercijs ſint, ſpeciali tamen ratione eas alienari, quia iure prohibetur, nec in illis feudum conſtitui poſſe, fit; cumque feu-

a *Feudiſta uid. in cap. 1. §. ult. de feud. cognit. et in c. 1. §. huius autem ex quibus cauſis, etc.*

Digitized by Google

A feudum omnibus in rebus immobilibus cõſtitui poſſe dixerimus, id tamen limitandũ eſt in rebus, quæ hominũ in cõmercio nõ ſunt ob ſingularẽ .s. earũ qualitatem Iure quidẽ gentium, puta res Sanctæ, ſacræ, & religioſæ, Iure ciuili, res communes publicæ, & vniuerſitatis, & Iure canonico Eccleſiarum res ſacræ, ſiuè ſanctæ eodem Iure pontificio quoque dictæ, quæ in dominio, & patrimonio Eccleſiæ Monaſterij, aliorumque piorum locorum ſunt, nam, & ſi illæ res Deo conſecratæ non ſint, nec immediatè ad diuinum cultum adhi-

B beantur, ad diuerſos tamen Eccleſiarum, ſiuè aliorum priorum locorum, & perſonarum ad ea pertinentium vſus inſeruire videntur, ità quod quemadmodum, & aliæ res ſacrę ab hominum cõmercijs eximuntur, ità, & res iſte Eccleſiarum, ſiuè Piorum locorũ, vndè nec alienari, nec in feudum dari poſſunt, niſi aliquarum ſolemnitatum interuentu ſuppoſito, nempè, requiſitis quæ ad rerũ Eccleſiarũ alienationẽ requirũtur ſuppoſitis, legitimè illæ in feudum de nouo dari poterunt, abſque tamen

C ſolennitatibus ſi infeudari ſolitæ ſint, legitimo iure in feudũ iterum cõcedantur; limitãdam quoq; dictam generalem concluſionẽ eſſe dicimus in immobilibus rebus, quando earũ commercium iure interdictũ nõ eſt, verùm ſpeciali ratione alienari prohibentur, vt ſunt ob cõditionem, qualitatem, & naturam iuris in re conſtituti, vt ſunt res immobilis ineſtimata in dotem data, res minoris, & bona filijfam. in quibus patri vſusfructus cõpetit, & res litigioſa; Similitèr ob hominũ voluntatẽ inter viuos contrahentium, vel teſtatãtium, vt res

D pacto alienari prohibitę, & res quę fideicommiſſo ſubijciuntur ſunt, quæ in feudum dari nequęunt.

## ELVCIDATIO.

1 Qualiter feudum in rebus immobilibus, vel ſolo cohęrentibus conſtitui poſſit latè exponitur.

FEudum (quod in rebus immobilibus conſtituatur, dubium planè nullum habet, vt ex citato *Feudiſta* patet, & vna voce *DD.* atteſtantur *b*, rationes autem cur feudum in immobilibus tantùm rebus conſtitui poſſit, ſupra latè

b *DD. ſunt poſt alios Schrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 1. Schneid. in epit ſeu. p. 2. nu. 29. Vueſenbec. feud. c. 3. n. 2. Moz. rub. de reb. quæ in feud. etc. n. 2. Borch. de feud. c. 6. n. 1. et ſeqq. Roſenth in ſynopſ. feu. c. 4. concl. 1. nu. 1. Obrecht. in tract. feud. lib. 2. cap. 3. nu. 66. Vult. lib. 1. de feud. cap. 5. num. 4.*



Digitized by Google

A

latè propoſuimus, cùm de ſubſtantialibus feudi peregimus, diximuſque de feudi aſſentia, ſiuè eiuſdem ſubſtantiale eſſe, vt in re immobili, nec aliter conſtituatur, eaſque;etiam rationes *Sueuus*, latè recenſet *c*, res namque mobiles, & ſi vſu non conſumantur, tum propter exiguum, tamen, quem præſtant vſum, tum etiam, vtpotè conſumptioni, corruptioni, ablationi, & translationi, magis obnoxiæ, non congruant, tam graui obligationi, quæ inter dominum, & vaſallum ratione rei in feudum conceſſæ intercedit, vt *Georg. Adamus* ſcribit *d*, vnde quoque rectè dicitur materiam feudi rem mobilem eſſe, vt poſt alios, quos ſupra adduximus *Hunnus*, *& alij* exponunt *e*.

B

Res autē naturalitèr immobiles, ſcil. quę natura ſua moueri non poſſunt, quarum commercium interdictum non eſt omnes infeudum dari poſſunt, dummodo tamen in re propria conſtituatur feudum, licet tamen aliquando in re aliena feudum conſtitui poſſit; vt infra proponamus. In rebus proprijs immobilibus ſcilicèt, etiam ſi ſingulæ ſint, puta manſus, in ijs feudum conſtitui poteſt, vt in *Iure feudali* legitur *f*, fundus, hortus, area, aruum, vt in *Iure longobardico* notatur *g*, ſimilitèr terra, vt in eodem *Iure feudali* legitur *h*, quemadmodum ſi vniuerſæ ſint, vt puta Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, feudum in ijs conſtitui poteſt, vt in vſibus feudorum patet *i*, ſimiliter idem in territorio alicuius plebis eſt, vt ex *feudiſta* habemus k.

C

Generaliter autem dicendum eſt, quod feudum in rebus naturaliter immobilibus conſtituatur aliud non ſignificet, quàm, vt res corporalis, quæ ſua natura moueri nequit infeudum detur, puta ipſum ſolum, qui ſuapte natura moueri nequit; In rebus quoque, quæ ſolo cohærent, ſiuè in immobilibus rebus cohærentibus, feudum conſtitui poſſe in *Iure feudali* per *DD.* notatur *l*, dicimus autem eas res ſolo cohærere, quæ rei fixæ, vel immobili, ità accedunt, vt niſi illarum rerum omninò poſita extinctione, aut ſaltim non vtiliter, neque bonę fidei intuitu ab eis, ſeparari nequeant, vt poſt alios *Schrad.* exponit *m*.

D

Huius autē generis dari poſſunt, nempè rerum immobilium, quibus res accedunt, quæ in feudum ſunt datæ; Primò eſt caſtrum, in quo feudum conſtitui poſſe *Iure feudali* conſtat *n*, quo quidem caſtro, ſiuè alio oppido, ſiuè territorio infeudum ſimpliciter dato, an iuriſdictio quoque, quæ caſtro oppido, vel territorio inhæret transfuſa in feudatarium cenſeatur, ſicque feudum in rebus ſolo cohærentibus, cùm ipſum territorium, cui ſcilicèt iuriſdictio acceditur, ſiuè cohæret in feudum datur, conſtituatur.

Ad

c *Sueuus exercit. feud. 4. aſſer. 1. vbi contrarijs argumentis quoque reſpondit.*

d *Georg. Adam. in ſyntagm. iuris feud. cap. 6. Aphoriſm. 1.*

e *Hun. in tract. feu. c. 9. pag. mihi 157. Arum. diſp. feud. 4. th. 3. Gothofr. Anton. diſput. feud. 3. th. 1. lit. A. Carpzou. diſput. feud. 4. th. 9. Liborius Hattyler. in analijs iur. feud. c. 8. lit. A. fol. mihi 97.*

f *Ius feud. vid. in c. vnico §. ſi quis ſi de feud. controu. fuerit.*

g *Ius longobard. vid. in c. vnico de conſuet. rect. feud.*

h *Ius feud. vid. in cap. vnico de vſ. Mediolan.*

i *Ius feu. vid. in c. vnico in princ. de feud. March. etc. in c. vnico quis dicatur Dux, etc. et in cap. vnico §. firmiter verſ. præterea de probib. feud. alien.*

k *Feudiſt. vid. in d. cap. vnico verſ. ſi vero quis dicatur Dux, quæ omnia Schrad. de feud. c. 2. n. 4. poſt alios enumerat.*

l *Ius feud. vid. in d. cap. vnico §. finali de feudi cognit. DD. ſunt poſt alios Schrad. de feud. d. loc. nu. 54. Schneid. in epit. feud. par. 2. nu. 30. Vveſenbec. de feud. c. 7. nu. 6. Moz. in rubr. de reb. quæ in feud. dar. poſ. n. 2. Borch. de feud. c. 6. Roſenthal. in ſynop. feu. c. 4. concl. 1. n. 1. Obrech. tract. def. lib. 2. c. 3. n. 71 et ſeq. Vult. poſt alios lib. 1. def c. 5. n. 5.*

m *Schrad. loc. n. 55. iunctis Obrecht. d. c. 3. n. 72. et Vult. d. loc.*

n *Ius feud. vid. in cap. vnic. §. ſi vaſallus 3. et ſeq. ſi de inueſt. feu. controu. fuer. Schrad. d. p. 3. c. 2. n. 1. et c. 4. n. 11. Arum. diſp. feud. 4. th. 6. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 4. lit. A.*

Digitized by Google

A Ad quod per ea, quæ in *Iure ciuili Romanorũ* habemus, negatiuè reſpondendum eſt, ſcilicèt, caſtro oppido, vel alio territorio conceſſis, ipſam Iuriſdictionem dictis ſolis cohærentẽ nõ venire, ex eo ſcilicèt quia ſi dictum Ius ciuile in Iuriſdictionum materia attendamus, certum eſt in dubio Iuriſdictionem non intelligi conceſſam, cum ipſa re, nàm in ambiguis non caſtro, ſed perſonæ; ipſa Iuriſdictio cohæret, atque exindè, niſi expreſsè cum ipſo caſtro oppido, vel territorio Iuriſdictio cõcedatur tranſfuſa in feudatarium nõ cenſebitur, atq; proindè, nec in illum ſcilicèt vaſallũ iuriſd. tranſeat, vt ex argumento, eorumque in *Iure ciuili* leguntur fatendum videtur *o*; Etenim, & ſi Iuriſdictionẽ territorio paſſiuè, & materialitèr veluti in re inanimata ineſſe dicatur, in Magiſtratus verò perſona formalitèr, & actiuè tãquã ſubiecto animato eſſe cõſideramus, ex quo magis in dubio Iuriſdictionẽ territorio cohærere, quàm perſonæ *Vveſenbec.* inquit *p*, vnde colligi poſſe videretur caſtro, aut præcipuè territorio in feudum dato, ipſam quoque Iuriſdictionem conceſſam intelligi, & eo magis, quia territorij vocabulum Iuriſdictionem ſua natura reſpiciat, & ad illam referri videatur, & indè appellatum ſit, quod magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi, ideſt ſummouendi ius habeat, vt in *Iure ciuili* legitur *q*, & exindè intra Vrbem tantùm præfectus Vrbis Iuriſdictionem, ex eodem *Iure ciuili* habere dicatur *r*, imò extrà territorium ius dicenti, impunè non parere, *Iuris conſultus* reſpondit *s*.

B

C

Nihilò tamen minus, ex eo, quod Iuriſdictio magiſtratui, ſaltem ipſo quidem iure competit, caſtro verò, ſiuè alio territorio, nõ niſi cùm à ſuperiore cõſtituitur, vel quod eadem ſingulari lege, vel ſpeciali conſuetudine transfuſa cum ipſo caſtro ſtatuatur, vt in *Iure ciuili* notatur *t*, conſequitur exindè, eum, qui caſtrum, vel territorium habet, non continuò, & magiſtratum eſſe, niſi id aliundè hoc legitimè habeat, & exindè inueſtitum de caſtro, vel territorio, non etiam de Iuriſdictione inueſtitus cenſebitur, cùm hæc duo inſeparabiliter ſibi inuicem annexa dicenda non ſint, aliud enim eſt territorium ipſum, aliud verò ipſa Iuriſdictio, quæ in tantum territorio accedit in quantum concedentis poteſtas, & voluntas adeſt, imò ità ſeparari ipſum caſtrum à Iuriſdictione poteſt, vt vni territorium, alteri iuriſdictio concedi poſſet, nec indiuiduum ipſum territorium à Iuriſdictione dicitur; Quod fermè apud Rectores Academiarum notare licèt, ex *Sueuo* atteſtante *v*, & licèt iuriſdictio in territorio, exercenda ſit, atque territorium cum eius limitibus obiectum iuriſdictionis dicatur, attamen territorium ipſum vaſallo poſſeſſori Iuriſdictionem non tribuere, citatus *Sueuus* ſcribit.

D

Ex quibus omnibus concludendum eſt, quod niſi Iuriſdi-

o *Ius ciu. vid. in l. fin. de off. præfecti Vrbis in l. eum qui* 13. §. *magiſtratus* 1. *PP. de iuriſdict. in l. ſi quis* 3. *PP. ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſ. in l. poteſtatis* 215, *et in l.* 239. *PP. de verb. ſignific.*

p *Vveſenbec. in paratl. PP. de iuriſdict. n.* 10.

q *Ius ciu. vid. in d. l. pupillus* 239. *in* §. *territorium PP. de verb ſignif.*

r *Ius ciu. vid. in l.* 1. §. 4 *PP. de offic. præfecti Vrbis.*

s *Ius ciu. vid. in l. vlt. PP. de iuriſdict.*

t *Ius ciu. uid. in l.* 6. *PP. de iuriſdict.*

v *Sueuus exercit. feu.* 4. *aſſer.* 6. *ubi reſpondit prope fin. ad tex. in d. l.* 229 *de uerb. ſignif. l.* 1. §. 4. *de off. præfecti Vrbis, et l. ult. PP. de iuriſdict.*



Digitized by Google

ctio expreſsè infeudum vnà cum caſtro cõcedatur, ipſam Iuriſdictionem in dubio non venire, in ſimplici ſcilicèt caſtri generali conceſſione, vt *Schrader. & alij* adſtipulantur *x*.

Quod autem de caſtro diximus, de territorio quoque intelligas, ſcilicèt in generali, cuiſlibet territorij infeudum conceſſione, nec iuriſdictionem venire, prout in caſtro probatum eſt, idemque poſt multos Authores adductos *Iacob. Menoch.* confirmat *z*.

Feudum autem in caſtri Iuriſdictione conſtitui poteſt vnà ſimul, ſcilicet cum caſtro, nempè cùm caſtrum, ſiuè aliquod aliud territorium conceditur, & nominatim, ſiuè expreſsè cum Iuriſdictione infeudum datur, feudum iſto caſu, & in ipſo caſtro, ſiuè alio territorio in rebus quidem immobilibus, & in Iuriſdictione, quæ caſtro, ſiuè territorio, rebus immobilibus, cohæret, conſtitutum dicatur. B

Caſtrum autem, ſiuè caſtellum, nomen eſt Vniuerſitatis, vt *Baldus* expoſuit *z*, denotat autem nomen iſtud locum propriè arctum, & conſtrictum, ſiuè pontificatum, ſeù fortalitium, vt per ea, quæ in *Iure ciu.* habentur *Boer. & alij* ſcripſerunt *z*.

Dubitandum præterea ex hoc quoque inſurgit, an conceſſo caſtro, ſiuè territorio cum iuriſdictionis expreſſa tranſfuſione, ſiuè communicatione, an Imperium miſtum, & merum, cum ipſa Iuriſdictionis conceſſione veniant.

Circà quod, conceſſa tali modo, vt ſupra Iuriſdictione, Imperium miſtum quoque conceſſum intelligi, nullam quidem dubietatem habere, cùm, & ipſum mixtum Imperium Iuriſdictioni cohæreat, & aliàs mandata Iuriſdictione tranſeat, vt in titulis *PP.* legitur *a*, omnem namque Iuriſdictionem, ſine modica coercitione eſſe non poſſe *Iur. conſ.* reſpondit *b*. C

Non idem de mero Imperio dicendum eſt, cùm alia eiuſmodi meri Imperij ratio militet, nempè quia Iuriſdictioni cohereri non videatur, imò ab ipſa Iuriſdictione ſeparatam, ſiuè diſtinctam qualitatem merum Imperium habet, nec alicui competat, niſi ſpecialitèr communicatum ſit, & nominatim illud alicui datum fuerit, vt ex *I. C. reſponſo* patet *c*, nec in Iuriſdictionis generali conceſſione compræhenditur, vt in *Iure canonico* notatur *d*, cumque ipſius meri Imperij natura ſit, vt ad hoc, quod dicatur conceſſum, ſpecialiter, & nominatim mentionem de eo fie- D

*x Schrad. de feud. d. p. 3. c. 4. n. 17. et ſeq. Obrecht. tract. de f. lib. 2. c. 3. n. 76 Gothofr. Ant. diſp. feud. 3. th. 4. lit. B. verſ. caſtro tamen, et lit. D. Ic. Zabel. exer. feud. 4. th. 2. lit. B. FincKelthauſ. diſp. f. 3. th. 11. Hunn. tract. de feu. c. 9. pag. 163. et ſeq. Carpzou. diſp. feu. 4. th. 21. et ſeq. Sueuus d. loc. Georg. Schultzen. in ſynopſ. feu. c. 6. n. 7. Bocer. de iuriſd. cap. 8. nu. 24. et ſeq. Geor. Adam. in ſyntag. iur. feu. c. 6. Aph. x. n. 4. et 5.*

*z Iacob. Menoch. lib. 3. præſumpt. c. 93. n. 6. et 7 iunct. Vult. in com. ad l. 1. n. x. et ſeq. C. de iuriſdic. dicens non ſemper territorio iuriſdictionem annexam dicendam eſſe, imò aliquando vnum ſine altero repetendũ euenit, et quod de caſtro dictũ eſt, in quolibet territorio procedat, ex traditis per ſupra allegatos DD. qui dum probant caſtro conceſſo in dubio iuriſdictionem non venire in territorio, idem eſſe dicunt, vt ex illorum lectura liquet.*

*z Bald. in c. vn. col. 4. in fin. de cap. qui cur. vend. Loſæus de iur. Vniuerſit p. 2. c. 2. n. 1. et 35.*

*z Boer. dec. 320. nu. 3. Gæden. conſ. 109. n. 52. Kyllinger. de Ganerb. caſtr. diſc. 2. n. 2 et ſeq.*

*a PP. tit. not. in rub. de off. eius, cui mandata eſt iuriſdictio in l. 1. iunctis text. in l. quæcumque 1. §. qui mandatum 1. in fin. l. fin. §. mandata eod. tit. l. Imperium 3. PP. de Iuriſd. Matth. Steph. de iuriſd. lib. 1. c. 29. nu. 9. et 10. poſt alios Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 4 lit. D. verſ. et conceſſo quidem Ruding. in Meth. iuris feud. lib. 1. cap. 9. nu 13. Sueuus d. exerc. feud. 4. aſſer. 7.*

b *I. C. vid. in d. l. fin. eod. tit. PP. de off. eius.*

c *I. C. vid. in d. l. 1. in princ. d. tit. PP. de off. eius, etc. iunct. l. fin. §. mandata 1. d. tit. de offic. eius, et quæ arguuntur ex cap. generali 18. de regul. iur. in 6. et cap. fin. de offic. Vicar. in 6.*

d *Ius Canc. vid. in cap. 2. de offic. Vicar. in 6.*

Digitized by Google

fieri expreſſa conceſſione requirat, idcircò indubio etiam in generali Iuriſdictionis conceſſione non veniat, niſi nominatim de eo dictum ſit, etiam ſi tale beneficium conceſſum à Principe ſit, nam non obſtante generali Iuris regula, nempè quod beneficia conceſſa à Principe latiſſimam interpetrationem admittant, cùm de ipſius meri Imperij natura ſit, vt non in generali conceſſione Iuriſdictionis, verùm in ſpeciali eiuſdem Imperij conceſſione veniat, vt *Matth.Steph.& alij* exponunt *e*.

Meri Imperij autem conceſſionem, cùm omnimoda, ſiuè pleniſſima Iuriſdictio à Principe conceditur, *Georg. Schultzen.* probat, per ea, quæ ſecundùm communem B *DD.*opinionem in *Iure ciuili*, ad hunc ſenſum notantur, *f*, etenim ſi merum Imperium ex his verbis conceſſum non induceretur, ſcilicèt (omnimoda, & pleniſſima) dictorum verborum adiectio nihil operaretur, quod iure admittendum non eſt, ne ſc ilicèt aliquid otioſè, atque inutiliter expreſſum, poſitum, ſiuè ſcriptum dicatur, vt idem *Schultzen.*inquit *g*.

Iuriſdictio autem, quæ vaſallo conceditur, haud cumulatiuè penès eum reſidere, ità quod, tum ab ipſo, tum à concedente expediri poſſit, ſed priuatiuè, itaùt accipiens ſolus eam exerceat, *Sueuus* dixit *h*.

Eiuſdem generis rerum immobilium, quæ infeudum dantur, quibus aliæ res accedunt, ſiuè cohęrent, ſecundò do- C mus, ſiuè ędificium eſt, in quibus feudum conſtitui poſſe *Iure feudali* probatur *i*.

Caſtro tandem conceſſo munitiones omnes, quæ, & ſi pro mobilibus reputentur, vt *Gloſſ.*tradit *i*, tamen quatenus cum caſtro conſiderantur, pro immobilibus habentur, ità quod conceſſo caſtro in feudum, munitiones omnes quoque pro perpetua caſtri cuſtodia ibidem poſitæ, conceſſæ cenſeantur, vt *Iure ciu.*probatur *i*.

Domus autem, vel ædificium, cùm infeudum conceditur, an etiam omnia, quæ domui, ſiuè ædificio cohærent, & an-

*e Matth. Steph. d. loc. c.38. nu.9. Bocer.de iuriſd. cap.8. n.4. Suen. d. exer.4. aſſer. 6. dicens quod, et ſi caſtrum cum omnibus pertinentijs, (de quibus agit Vult. lib.1. feu.c.5.n.4.) cōcedatur, non tamen Imperium, nec merum, nec mixtum, aut iuriſdictionem conceſſam eſſe dicatur, cum iuriſdictio, ſiuè quodque Imperium, nec caſtro, nec pertinentijs caſtri cohæreant.*

*f Georg. Schultz. in ſynopſ. feud.c.4.n.9.verſ. niſi iuriſdictio per ea, quæ notantur à DD. in l.7. §. final. et l. ſeq.de offic. proconſulis, et ex arg. legis quæcumque in princ.PP.de off.eius,etc.*

*g Schultz. d. loc. dicens huius ſententiæ fuiſſe Io. Schneid. in epit. feud.p. 2.n.91.et Matth.Steph. de iuriſd. d. lib.1. c.38. num.11.*

*h Sueu. d.loc.verſ.cæterum dicens in vaſallum transferri feudum cum omni cauſa, commodis, et emolumentis, et ſic etiam cum iuriſdictione priuatiuè exercenda, vndè ipſe ſolus vtiliter agendi, et excipiendi poteſtatem habere dicatur ex c. unico quid iuris ſi poſt alien. feud. uaſ. id recup. et in uindicat. præd. feudal.domino uaſallum præferri ex cap. unico §.rei autem tit.de inueſt.de re alien.etc.et ex Gothofr.ibi in not.lit.L.et quemadmodum in alijs* D *rebus in feudum datis, earumque in uſibus dominus feudi cum feudatario non conuenit, ità nec in iuriſdictione ex Moller. lib.4.ſemeſtr.c.46 in fin.et exinde etiam dicit dominum feudi teſtes iuriſdictioni uaſalli ſubiecti, non niſi per eiuſdem ſubſidium citare poſſe, niſi ex conſuetudine loci, uel Curiæ aliud inductum ſit d loc.d uerſ.transfertur uſque ad finem d.aſſer.6*

*Ius feud. uid. in c.1. quib. modis feud.amitt.et in c.ſi uaſallus tit.hic finitur lex Io.Schneid.d.p. 2.nu.37.Vueſenbec.de feud.cap.7.nu.6.*

*i Gloſ.in l.fund.in princ.PP.de fund.inſtruct.*

*i Ius ciu. vid. in l. malum 242.§ fin.PP.de uerb.ſignif.l.fund.17.§.labeo 7.PP de action empt. Cotta in memorabil.uerſ.caſtro mihi conceſſo, Tiraquel de retract.lignag.§.1.gloſ.7 num 96. Gaill. de pace pub.c.6. nu.28 Petr.PecK.de teſtam.cogniug.lib.5.c.30 n.3.etiam ſi loco, ſiuè caſtro affixæ non ſint, Decius conſ.516. nu. 26. quemadmodum ueniunt Molendina, agri, fructus, etc. de quib.uid.Philip.Knip.de fideicom.famil.cap.5.nu.52.et idem dicens de arcibus, ein burgo, cùm conceduntur nu.54.et 55.*

Digitized by Google

annexa ſunt, vel ad eiuſdem vtilitatem, & vſum conferunt, in eadem conceſſione veniant, itâ quod quemadmodum domus, vel ædificium in feudum datum dicatur, ex eadem inueſtitura, omnia, quæ domui, vel ædificio cohærent, in feudum conceſſa dicantur, ſicque rebus immobilibus, ſiuè ſolo cohærentibus, quoque feudum conſtituatur.

Affirmatiuè reſpondendum ex *Iure ciu.*, nempè domo, vel ædificio infeudum conceſſis, quæ illis cohærent, vel ad eorum vtilitatem, & vſum conferunt, vnà ſimul cum ipſius domus, vel ædificii cõceſſione venire, vt *DD.* notarunt k.

Molendina ſimiliter (quæ ſolo cohærent infeudum dari poſſunt, & hoc tum cum ipſo fundo, tum etiam ſeorſim, ſiuè diuiſim infeudum dari poſſunt, cum ipſo namque fundo, quia illi inhærent, & affixa ſunt, ſeorſim, quia pro immobilibus ipſa Molendina habentur, vt in *Iure ciuili* notatur *l*, quod intelligas, ſcilicèt pro immobilibus haberi, cùm de vno loco ad alium moueri nequeunt, vt *DD.* interpetrantur *m*. Tria autem molendinorum genera exinde dicunt eſſe, quædam namque in ſolo, ac fluminum ripis ædificata ſunt, quæ quidem cùm ad immobilia refereda ſint, idcircò feudũ propriũ in ijs poſſe conſtitui ambigendum non eſt, vt *Roſenthal.* voluit *n*; Secundò quædam molendina naualia ſunt, quæ communiter ad res mobiles referri ſolent, naualia autem dicta, quæ in aquis natantibus inſtaurata ſunt, vt ex argumento eorum, quæ in *Iure ciuili* habentur *DD.* exponunt *o*, in quibus quidem feudum conſtitui non poſſe, ex eo quod mobilibus conueniunt cõmuniter *DD.* ſectantur *p*, quod tamen limitant cit. *DD.* in molendino bannali, de quo vid. *Schultz. q*. 2 (Molendina, & Sylua & fundorũ fructus pẽdẽtes qualitèr in feudum dari poſſint.) B

Tertiò, molendina quædam alia pneumatica ſunt, in quibus venti ad molendum, veluti operarij conducti ſunt, vt ex *Bacon. de Veralamio Georg. Adam.* exponit *r*, quæ quidem etiam inter mobiles res annumerari *Borch.*, & *Carpzou. poſt alios* dixerunt, ac proindè in his feudum proprium non conſtitui *s*, quidquid in contrarium *Georg. Adam.* dixe- C

k *Ex Iur. ciu. vid. in l. Iulianus* 13. §. *fin. cum legibus ſeq. PP. de act. empt. et l. cætera* 41. § 8 *PP. de legat. 2. DD. notarunt, vt poſt alios ſunt Schrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 55. et c. 4. n. 2. et ſeq. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 4. lit. E. Zabell. exerc. feud. 4. th. 2. lit. B. verſ. porro pertinet huc Georg. Schultz. in ſynopſ. feud. c. 4. n. 11 et poſt alios Philip. Knipſch. d. c. 5. n. 56. et 57. idem dicens eſſe in prædijs, et alijs fundis, quibus conceſſis, legatis, vel venditis etiam arbores innatæ, et cæteras alias venire ex l. ergo* 30. §. 1. *et l. ſed etſi mei,* §. 2. *PP. de acquir. rer. domin. ibid. n. 58. et 59.*

l *Ius ciu. vid. in l. cum fundus* 21. *verſ. de Moliſ. PP. de inſtr. vel inſtr. l. prætor ait* 1. §. *plane* 8 *PP. de vi, et vi armata Curt. iun. p. 1. q. 6. n. 11. Schrad. de f. p. 3. c. 2. n. 2. et ſeq. Schneid. p. 2. n. 42 et ſeq. Vveſenbec. de feu. cap. 7. nu. 1. et 6.*

m *DD. ex dictis iuribus ſunt Roſenth. poſt alios in ſynopſ. feu. c. 4. concl. 4. n. 1. Ioannes Zabell. d. exercit 4. th. 2. lit. B. verſ. non quidem molendina omnia Gothofr. Anton. diſp. feu. 3. tho. 4 lit. F. FincKelthaus diſput. feud. 3. th. 29. Sueuus exerc. feud. 4. aſſer. 9. Georg. Schultz. in ſynopſ. feud cap. 4. n. 9. et poſt alios Philip. Knip. d. c. 5. de fideicom. famil. n. 42. et alij.*

n *Roſenthal. d. concluſ. 4. iunct. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. c. 4. Aphoriſm. 11. nu. 5. Knip. ſup. cit d. c. 5. nu. 43. poſt alios allegatos.* D

o *Ius ciu. vid. in l. fundi* 17. *et in l. granaria* 18. *PP. de act. empt. DD. ſunt poſt alios Borch. de feud. c. 6. n. 11. verſ. quod tamen Roſenth. d. concluſ. 4. n. 2. Dom. Arum. diſp. feud. 4. th. verſ. verum contra hanc Arnold. de Reyger diſp. feud. 2. th. 41. Schultz. d. c. 4. n. 14.*

p *DD. ſunt Roſenth. d loc. Reyger d l. Arum. d. l. vlt. c. 5. n. 5. Knichen. de inueſt. pact. p. 1. c. 4. n. 51. et ſeq. Dom. Carpzou. p. 3. c. 24. def. 8. Schultz. d. l. Sueuus d. aſſer. 9. licet Georg. Adam. d. l. n. 6. in feudum dari illa poſſe dicat etiam diuiſim à fundo cum rebus immobilibus conuenire dicatur.*

q *Schultz. d. l. verſ. quod ſit tamen.*

r *Adam. d. l. nu. 7. iuncto Sueuo d. aſſer. 9. verſ. de molendinis Pneumatica iuncto poſt alios Knip. d. l. num. 44.*

s *Borch. d. feud. cap. 6. n. 11. Carpzou. d. p. 3. conſt. 24. nu. 5.*

Digitized by Google

A dixerit *v*, cùm autem molendina hæc in fundo feudali reperiantur, quia omne ædificium ſolo cedit, potiùs pro feudi augmento, quàm pro allodialibus habenda eſſe *Sueuus* dixit *x*, cuius dictis, conferunt, quæ *Dom. Reg. Rouit.* generaliter rem hanc circa ſcripſit, ſcilicèt circa feudi augmentum, quod augmentum ſcilicet omne, tanquã acceſſorium, ſiuè fiat per cõtractũ, ſiuè per teſtamentũ, vel legatũ ſemper eodẽ modo regulari, quo res principalis, cui additũ eſt regulatur, ea ratione, quia augmẽtum rei accedens, dicitur eadem res non noua, per ea, quæ in *Iure ciuili* expreſsè leguntur *z*, ità quod ſcribit ipſe *Rouit.* augumentum feudi etiam ſuperueniens non faciat illud feudum ſeparatum à primo, ſed idem feudum inſeparabile cum primo feudo conceſſo, eſſe, per ea, quæ *Petrus Gregor.* ex notat in *Iure ciu.* tradit *a*.

B Sylua quoque infeudum conceſſa, fructus etiam eiuſdem veniunt, itaut feudatarius, & arbores etiam grandiores lucretur, cùm vſusfructus in Sylua generalitèr, & principalitèr cõſtitutus in eiuſdem feudatarij beneficium dicatur, ità quod ipſa Sylua infeudum cõceſſa, pleniſſimus eius vſus, qui vtili dominio congruit conceſſus videatur, ciuilitèr tamen ipſam ſyluam cùm tractare debeat, arbores fructiferas incidere nequibit, vt probatur ex argumento eorum, quæ in *Iure ciu.* habentur *b*, quæ tamen, fructus non faciunt rectè incidere poterit, modo ipſa ſylua cædua ſit, vt ex *I. C. reſponſo* liquet *c*, in ſylua namque non cædua

C vaſalli vſum, atque poteſtatem ſtrictiorem eſſe *Iure ciu.* cauetur *d*, nam, & ipſe vaſallus ſyluam excindere, vel deuaſtare non poteſt, ex quo eiuſdem proprietas imminuatur, vt *Knichen.* exponit *e*, ex eo autem, quod vaſallus, ne ſylua deuaſtetur curare debeat, fit, tunc eum poſſe arbores excindere, poſt ſcil. plurimorũ annorũ curſum, in quibus arbores excreſcere poſſint, nè damnum, quod non niſi longo tempore reparari poteſt, ſyluarumq; deuaſtatio afferat, quod publicè vtilitati, quàm maximè nocere *Georg. Adam.* ſcribit *f*, cùm autem quis de ſylua inueſtiuerit, cùm ſub nomine fructuum, etiam ferę contineantur, conceſſa ſylua ipſas feras conceſſiſſe videbitur ex argumento eorum, quæ *Iure ciu.* traduntur *g*, quod

D quidem intelligas, dummodo perpetuitatis, & non cuſtodię ſolùm, vel quotidiani vſus cauſa, ibi exiſtant, vt *Vult.* ſcribit *h*, vel ſpeciali ratione, aut conſuetudine ipſam ſyluam à venatione diſtincta ſit, nam eo caſu venationum iura, vti diſtincta omninò abſque ipſa ſylua concedi poſſunt, nam tunc in rei conſequentiam non veniant, vt moribus Germaniæ, venationum ſcilicèt iura non inutilis rationibus arbitrio ſuo Principes tranſcripſere, vt *FincKelth.*, & *Sueuus* ſcribunt *i*, & ità intelligas *Schrad.* dicentem, quod conceſſa ſylua, ius venandi in dicta conceſſione non veniat k, nempè in venationibus maiorum fera-

v *Adam. d. l. n. 7. in med.*
x *Sueuus d. l. d. uerſ. de molendinis.*
z *Ius ciu. vid. in l. ſi proprietati PP. de iur. dotiũ.*
a *Petr. Greg. in tract. de conceſ. feua. p. 8. q. 8. n. 7. per text. in l. 3. C. de alluuionib. et in l. inter §. cum inter PP. de pact. dotal. D. R. Rou. in comment. ad prag. Reg. Neap prag. 1. de iurib. et exact. fiſcal. n. 47. et 48. et ſeq.*
b *Ius ciu. vid in l. 13. §. 4. PP. de vſ. fruct.*
c *Iur. conſ. vid. in l. ſylua 30. PP. de verb. ſign.*
d *Ius ciu. vid. in l. x. et in l. 12. PP. de vſufruct. et in l. 7. §. ſi fundũ 12. PP. ſoluto matrim.*
e *Knichen. de veſt. pact. p. 2. c. 2. nu. 6. iunct. late Scheffer p. 2. q. 11. Fina Kelthaus diſp. feu. 3. th. 16. Gothofr. Ant. diſp. feu. 3. th. 4. lit. G. Schrader. de feud. p. 3. c. 2. nu. 55. verſ. arbores quoque, atque ſylua. et n. 60. c. 4. n. 12. et ſeq. Sueu. exerc. feud. 4. aſſer. 8.*
f *Geor. Adam. in ſyntag. iur. feu. c. 4. Aphoriſ. 11.*
g *Ius ciu. vid. in d. l. vſufructus 7. et in l. item ſi fundi 9. PP. de vſufru. Zaſ. in tract. de f. p. 4. n. 2. Vveſenb. de f. c. 7. n. 3.*
h *Vult. lib. 1. c. 5. nu. 5. iunct. Arnold. de Reiger. diſp. feu. 2. th. 43. lit. B. FincKel. d. diſp. 3. th. 17*
i *Sueuus d. aſſert. 8. in fin. iunct. Schultzen. in ſynopſ. feud. c. 6. n. 16. in fine.*
k *Schrad. de f. p. 3. c. 4. n. 47. quem ſequ. Georg. Adam. d. c. 4. Aphoriſm. 11. n. 3. et Gothofr. diſp. 3. th. 4. lit. G. verſ. vel in uenationibus.*

Digitized by Google

ferarum ex Principum conſuetudine, quia illud venandi ius aliquid peculiare, ſiuè regale eſt, dictamq; concluſionem limitandam eſſe, ità quod conceſſa ſylua tale venandi maiorum ferarum ius conceſſum non intelligatur. A

In caſu autem, quo venandi ius à ſylua diſtinctum conceditur, ſcilicèt ſi quis in aliena ſylua venari licitum eſſe concedatur, eidem etiam ſyluæ venatoriæ fructus, quibus ferę paſcuntur, tribuunt, ità quod nemo fructus illos percipere, exempli gratia, glandem legere, vel ad paſcendum adhibere poſſit, abſque eiuſdem conceſſione, qui venandi ius habet, vt *Gaill.* poſt alios probat *l*.

De ſtagno, & piſcina quoque, & vna ſimul cum ſolo, ſiuè fundo, & ſeorſim à fundo concedi poſſe dicimus ex argumento, eorum, quę iure cæſareo habemus *Schrad.* probat *m*, conceſſo verò ſtagno, aut piſcina, piſces quoque tanquam fructus in feudum dati intelliguntur, vt *Zaſ. &* *Vveſenbec.* poſt alios ſcribunt *n*, & omnia quæ circa venationem in ſyluæ conceſſione diximus, in ſtagni, vel piſcinæ conceſſione repetita intelligas, vt ex *Sueuo* patet *o*, niſi cuſtodię tantùm cauſa ſtagnum, vel piſcina habeatur, vt *Philippus Knipſchilt.* poſt alios probat. B

Similiter agro, alioue fundo infeudum dato, quia eiuſdem fructus pendentes, ſeù à ſolo nõ ſeparati in feudum quoque conceſſi cenſentur, pendentes fructus in feudum dari poſſe, vna ſcilicèt ſimul cum ſolo non ambigimus, ſecundum ea, quæ communiter *DD.* tradũt *p*, ratio autem cur agro, vel alio fundo conceſſo fructus pendentes infeudum dati, quoque cenſentur, eſt, quia dum ipſi fructus ſolo cohærent partes fundi, ſiuè ſoli eſſe intelliguntur, per ea, quæ *Iure ciuili* cauentur *q*, quod quidem ità procedit, vt etiam vendito feudo fructus pendentes quoque vendidiſſe intelligi debeat, vt per ea, quæ *Iure PP.* habemus, *DD.* tradunt *r*, nec diſtinguendum eſſe, an fructus illi naturales ſint, an verò induſtriales, cùm tàm naturales, quàm induſtriales fundi partes dicantur, cùm pendẽtes, ideſt à ſolo ſeparati nõ ſunt, vt *Georg. Schultz.* ex communi *DD.* ſententia atteſtatur *s*. C

Non ſolùm autem fructus iſti pendentes cum ipſo ſolo, cui inhærent infeudum dari poſſunt, verùm etiam ſeparatim, ideſt à ſolo diuiſim, vt ex veriori ſententia citat, *Georg.* D

*Schultz.*

l *Gaill. 2. obſer. 68 iun. cto Ioh. Oettinger. de iur. et controu. lim. l. 1. c. 11. nu. 41. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 11. n. 3. verſ. cui autem ius venandi.*

m *Schrad. d. f. p. 3. c. 2. n. 3. ex arg. tex. in l. quid tamen 10. §. agri 1. et ſeq. quibus mod. vſufr. amitt.*

n *Zaſ. in epit. f. p. 4. n. 2 Vveſenbec. c. 2. n. 1. Hattyl. in analyſ. iur. feud c. 8. lit. A. fol. mihi 101.*

o *Sueuus d. aſſer. 9. iunctis Arumæ diſp. feud. 4 th. 6. ſub fin. et Schultz. d. c. 5. n. 18. et 19. Knipſchilt. d. c. 5. n. 41.*

p *DD. vid. in c. vnico §. fin. de feud. cognit.*

q *Ius ciu. vid. in l. fructus pendentes 44. PP. de rei vindic. Roſenth. in ſynopſ. feud. c. 4. concl. 2. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feu. d. c. 5. Aphoriſm. 11. nu. 1. Petr. Trid. Mindan. de proceſſ. lib. 3. c. 5. nu. 11. et poſt alios Philip. Knip. d. c. 5. n. 60.*

r *Ius PP. vid. in l. Iulianus 13. §. ſi fructibus x. de act. empt. iunct. Imp. in l. fructus 13. C. eodem DD. ſunt Zaſ. in epit. feud. p. 4. n. 4. Schrad. de feud. p. 3. c. 2. n. 55. verſ. qualia ſunt Schneid. p. 2. nu. 31. et ſeq. Mozz. de reb. quæ in feud. etc. n. 3. Borcholt. de feud. cap. 6. nu. 11. Roſenth. d. cap. 4. concluſ. 2. nu. 1. et ſeq. Ruding. in meth. iur. feud. lib. 1. c. 9. nu. 6. et alij.*

*Georg. Schultz. in ſynopſ. iur. feud. cap. 5. nu. 22.*

Digitized by Google

A

*Schultz.* ſcribit *t*, itaut vaſallus fructus percipiens, debeat domino fidelitatem, & ſeruitia præſtare, vt *Borcholt.* & alij atteſtantur *v*.

Res præterea ciuilitèr immobiles, ſiuè quę immobilibus annumerantur, túm corporales, tùm etiam incorporales, in quibus feudum conſtitui poſſe, *Schrad.* & alij tradunt, ità autem exponendas eſſe fatemur; Nempè, res, quæ ciuiliter immobilis dicitur, vel res corporalis, quæ mobilis eſt, vel res incorporalis.

3 ( Similiter qualitèr res mobiles, quæ pro immobilibus habentur in feudari poſſint.

Corporales (res mobiles, quę pro immobilibus habētur, ſunt illę quidem, quæ rei immobili accedunt, & ab ea ciuiliter loquendo ſeparari nequęunt, adeoque, vt non niſi cum ipſa re immobili coniunctim in feudum dari poſſint, ſicque cùm fundus aliquis in feudum datur, etiam animalia, inſtrumenta, & alia omnia, quæ ad eiuſdem fundi, ſiuè prædij inſtructionem ſpectant, in feudum data rectè dicantur, vt poſt alios *Roſenthal.* explicat *x*, quemadmodum cum caſtro, ſiuè alio fortalitio machinæ, & tormenta bellica in feudum conceduntur, vt *Knichen.* exponit *z*, quæ quidem res cùm in feudum ſimul conceſſæ fuerint, & ad hęredes feudales ſpectare, & ad earũ reſtitutionem, vaſalli hæredes teneri *Georg. Adam.* ſcribit *a*, dicens quoque, quod cùm dictæ res vaſallus ipſe poſtea quam in feudum acceperit, comparauerit, ad hæredes allodiales quoque illas tranſire, per ea, quæ citatus *Knichen.* ſcribit *b*.

B

C

4 (Et qualiter incorporales res in feudum concedantur, & quę nam illę ſint exponitur.)

Incorporalis (verò res ſcilicèt, quæ tangi, nec videri poteſt, vt in *Iure ciuil.* exponitur *c*, cumque corpus habere non dicatur, neque rei mobilis, neque immobilis naturam retinet, pro re immobili, tamen cenſetur, & inter immobilia annumeratur, quando rei immobili accedit, vt ſunt omnia iura in immobilibus rebus competentia.

Bb Cuius

D

*t Georg. Schultz. d. c. 6. n. 23. vbi veriorem, atque communem DD. ſententiam eſſe, eamque Domin. Arum diſp. feu. 4. th. 7. ſecutam fuiſſe atteſtatur, quid quid Niel. diſp. feud. 3. th. 1. poſt alios dubitauerit, quem recenſet, non tamen ſequitur Sueuus exercit. feud. 4. aſſert. 5. vbi ad dictæ ſententiæ probationem dicit, dicta Niell. non obſtare, et ſi ex eodem Niell. quæratur, quid nam loco proprietatis, eo caſu penès infeudantem remaneat, vt naturæ feudi ſatisfiat, reſpondit ius ipſum concedendi perceptionem annuorũ fructuum, quod loco proprietatis eſt, et penès dominũ manet, qui fructus eoſdem iure dominij percipere poterat; effectum autem dominij, et emolumenti, quod in fructuum perceptione conſiſtit ad vaſallum tranſire, et ſemper durare, quandiu feudum aliud durare poteſt, neque ſeparatione fructuum, aut ius ipſum cōcedendi abſumi, aut anuua perceptione ius ipſum percipiendi extingui, proùt in feudo de camera, vel cauena eſt, in quibus quot annis quid percipitur ſaluo tamen ſemper percipiendi iure, Sueuus ibidem citatus dicit, per ea, quæ teſtan. Hunn. in tract. feud. c. 9. Arum. d. th. 7. FincKelth. diſp f. 3. q. 19. Carpzou. diſp. feu. 4. th. 13. et ſeq. Gothofr Ant. diſp. feud. 3. th. 4. lit. I. Schrad. de feud d. p. 3. c. 2. nu. 86. et ſeq. imò vt cit. Sueuus dicit, cum in iure venandi, piſcandi annuorum introituum, alijſque in corporalibus feudum conſtitui poſſit, vt ipſe Nielliuſmet d. diſp. 3. th. 2. atteſtatur, rectè etiam in dictis fructibus feudum conſtitui poterit, nec aliqua dubitandi in contrarium ratio aſſignari poterit, vt cit. Sueuus ſcribit, ibid. in fin. quidquid quoque in contrarium Claud. Seyſel. de feud. ſubſt. rubric. quæ in feud. dar. poſſ. ſenſerit quem confutat Vult. 1. de feud. c. 5. n. 5.*

v *Borchol. de feud. c. 6. n. 11. Vveſenbec. c. 7. Vult. d. c. 5. n. 5. Roſenth. de feud. c. 4. concl. 8. Schrad. d. feud. p. 3. c. 2. n. 1. Mozz. de reb. etc. n. 5. Obrecht. in tract. feud. l. 2. c. 3. n. 84. Vult. d feud. c. 5. nu. 6. verſ. tertio.*

x *Roſenthal. ſynopſ. iur. feud. d. c. 4. concluſ. 4. in fin.*

z *Knichen. de veſtit. paction. p. 2. cap. 4. nu. 8.*

a *Georg. Adam. in ſyntagm iuris feud. c. 6. Aphoriſm. 12. n. 1.*

b *Knichen. d. loc. n. 12. Georg. Adam. d. loc. n. 2. et Aphoriſm. 10 eiuſdem c. 6. in fin.*

c *Ius ciu. vid. in §. 2. element. iur. de reb. corporalib. et in corporalib. nec tradi, vt in l. 45. PP. de acquir. rer. domin. nec poſſideri, vt in l. 4. §. 27. PP. de vſu capion. nec vſucapi, vt in l. 14. PP. de ſeruitutibus.*

Digitized by Google

 A

Cuius autem generis, primò eſt ius pecuniæ annuatim exigendi, quod à Principe alicui ex ære ſuo nominatim in feudum confertur, quod quidem feudum vulgò de Camera appellatur, ſiuè cùm ius percipiendi oleum, vinum frumentũ ex pęnuario, horreo, vel cellario ſuo, annuatim Princeps ſub fidei, & ſeruitiorum præſtandorum conditione, in feudum concedit, quæ quidem feuda de Cauena appellantur, & in domini curte conſiſtunt, vt in *Iure feud.* habetur *d*, nec feuda iſta propria ſunt, quoniam morte dantis, vel accipientis finiuntur, vt in *vſib. feud.* legitur *e*, vel etiam peremptione cellarij, vel ærario exhauſto, ſine domini culpa caducantur, vt ex *Conſ. feud.* cauetur *f*.

Quod autem rectè feudum ex his conceſſionibus de Camera, vel de Cauena conſtituatur (licèt quia non perpetua ſunt, impropria dicantur) vno voto *DD.* atteſtantur *g*, quæ autem omnia, quia in iure exigendi, à Principe conceſſo conſiſtunt, indè incorporalia ſunt r B

Eiuſdem etiam generis ſunt annui redditus, quos in feudum dari quoq; poſſe, *Iure feudali* conſtat *h*, & hoc eo magis quando ex rebus immobilibus præſtantur, nam eo caſu inter immobilia, tantò magis connumerari, per ea, quæ in *Iure canonico* notantur, *DD.* ſcribunt *i*, licèt etiam ſi in rebus mobilibus conſiſtant, ſecundum communiorem *DD.* ſententiam poſſe feudum conſtitui recenſeat, & ſequatur *Arnold. de Reyger.* k, modò tamen dictæ res non modico tempore ſint duraturæ, nec ad modicum tempus C
ipſi annui redditus ſint conſtituti, vt *Schrad.* & alij exponunt *l*, neque ex turpi, vel illicito quæſtu percipiantur, vt idem *Schrad.*, & alij tradunt *m*: vocantur autem redditus iſti perpetui, panes ciuiles in *Iure ciuili*, & annonę ciuiles, vt apud *Imp.* videndum eſt *n*, ſimilitèr, & ſportulæ appel-

d *Ius feud. vid. in l. 1. §. fin. qualiter iur. debeat vaſal. dom. fid. et in c. 1. §. fin. de feud. cognit. ſiuè penſiones de camera, et cauena, quæ pro immobilibus habentur Knipſchilt. de fid. fam. nob. cap. 5. n. 24.*

e *Vſ. feud. vid. in cap. 1. quis dicatur Dux.*

f *Conſ. feud. vid. in c. 1. de notis feud. Hattyl. in analyſ feu. cap. 8. lit. A. fol. mihi* 100.

g *DD. ſunt Schneid. in epit. feud. par. 2. nu. 24. Mozz. d. tit. de reb. etc. n. 5. Borch. de f. c. 6. n. 13. Obrecht. tr. feud. lib. 2. c. 3. nu. 84. Arum. diſp. f. 4. th. 9. Geor. Schultz. in ſyn. iur. feu. c. 6. n. 37. 38. et ſeq.*

h *Ius feu. in c. vn. in pr. verſ. quaſitum eſt de contron. inter Epiſc. et vaſall. quoniam inter immobilia annumerantur Knipſchilt. d. c. 5. n. 28. et quid ſi perſonales ſint, num. 30.*

i *Ius can. vid. in clem. exiui 1. verſ. cumq; annui redditus de verb. ſig. Schneid. d. p. 2. n. 38. Borch. c. 6. n. 15. Mozz. d. tit. n. 7. Sonsbec. p. 8. n. 24. et in annuis redditibus quibuſcunq; dixerunt Zaſ. p. 4. n. 9. Mozz. d. tit. n. 9. Schrad. d. feu. p. 3. n. 6. ita ſimiliter in nominibus debitorum, et inſtrumentis modo tamen illa annuam perceptionem concernant, ſcribunt Zaſ. d. p. 4. n. 11. Vveſenbec. c. 7. nu. 6. Mozz. d. tit. nu. 10. vbi dicit ſi penſio eſſet mera perſonalis, in ea feudum conſtitui non poſſe Vult. 1. cap. 5. n. 9. allegans ad hoc, nempe in annuis redditibus feuda conſtitui poſſe Afflict. Aluar. Præp. Bald. et alios de quib. eum vid.* D

k *Arnold. de Reyger. diſp. feud. 2. th. 44.*

l *Schrad. d. par. 3. cap. 3. nu. 2. et ſeq. Mozz. d. feud. d. tit. nu. 2. Borch. d. feud. cap. 6. nu. 15. Obrech. tract. feud. l. 2. cap. 3. nu. 86. et ſeqq. Roſenth. in ſynopſ. feud. c. 4. concluſ. 5. nu. 1. et ſeq. Ruding. in meth. iur. feud. l. 1. cap. 9. nu. 7.*

m *Schrad. d. p. 3. nu: 6. Schneid. d. p. 2. nn. 26. et ſeq. Rebuff. de feud. in prin. Zaſ. p. 4. nu. 12 et 13. Mozz. d. tit. n. 12. Vult. d. c. 5. n. 9. Ruding. d. l. 1. c. 9. n. 7.*

n *Ius ciu. vid. in l. fin. §. preterea C. de iure dot. Imp. vid. in l. iubemus 14. C. de Sac. Eccleſ. Nou. 7. cap. nos igitur verſ. neque ciuilem annonam.*

Digitized by Google

A pellari ſolitæ ſunt, vt *Zaſ.* ſcribit *o*, ſimilitèr in eodem genere conuenit ius, quo vicini in molendinis molere obligati ſunt, vt *Sixtinus* tradit *p*.

Actiones quoque in immobilibus rebus competentes, rectè in feudum dari poſſe conſtat, & in incorporalium rerum genere conuenire non ambigitur, vt communiter *DD.* tradunt, de quibus *Vult.* adeundus eſt *q*, ſiuè autem reales, ſiuè perſonales actiones in dictis rebus ſint, ſemper vt res immobiles habendæ ſunt, vt *Borch.* ſcribit *r*, dixi in rebus immobilibus competentes, nam ſi actiones ſint, quæ in mobilibus rebus competunt, in feudum dari non poterunt, vt *DD.* communiter ſcribunt *s*.

B Seruitutes etiam prædiales, tam ſcilicèt, quæ ruſticæ ſunt, quam illæ, quæ Vrbanæ dicendæ ſunt, in feudum vna ſimul cum prędijs dari poſſe, non verò à prędijs diuiſim in feudũ cõcedi licere cõmunitèr *DD.* ſtatuunt *t*, & ità prædio conceſſo ſeruitutes, quę in illo cohęrent, in feudũ conceſſæ cenſentur, vt *Bart.* probat *v*, dominus tamen de nouo in re ſua alias ſeruitutes feudi nomine conſtituere poterit, vt ex argumento eorum, quæ *Iure ciuili* traduntur, patet *x*.

Ad eandem vlterius rerum ſeriem, regalia etiam referuntur, de quibus in *Iure feud.* agitur *z*, & ſeq. in viſione latè peragemus.

C Ex hucuſque igitur præpoſitis liquet, qualitèr in rebus naturalitèr immobilibus, in rebus immobilibus, ſiuè ſolo cohærentibus, & in rebus, quæ ciuilitèr immobiles ſunt, ſiuè corporalibus mobilibus, ſiuè incorporalibus, feudum conſtitui poſſit; Verùm quia ex his omnibus rebus, quæ generalitèr poſſidentur, vel abſolutè in commercijs hominum ſunt, & hæc quidem in feudum dari poſſunt; Vel enim in hominum commercijs non ſunt, quæ quidem in feudum, dari prohibentur.

5 (Res, quæ in feudum dari nequeunt.) Igitur, quod res (in hominum commercijs non ſint, ac proindè alienari, nec in feudum dari, ſiuè in contractum deduci nequęant, & quidem *Iure gentium*, *Iure ciuili*, & *Iure canonico* ſortiri poteſt.

D *Iure gentium* ab hominum commercio excluduntur, & proindè alienari, ſiuè in feudum dari vetantur, res ſacræ

Bb 2 ſan-

o *Zaſ. d. p. 4. n. 14. cum ſeq. iunctis Sonsbec. p. 8 num. 25. et Mozz. d. l. n 13. Schultz. in ſynopſ. feud. c. 6. nu. 28. dicens res ciuiles redditus iſti dici poſſe ex l. fin. verſ. pari forma, et ibi Gloſ. et DD. in verb. ciuiles C. de petit. bonor. ſub. et Vult. dicens paſſus ciuiles in feudum dari poſſe, quem ſequntur Sonsbec. et Mozz. ſup. cit. in loc. ſup. cit.*

p *Sixtin. 2. de regal. 3. n. 59. et ſeq. iuncto Vult. d. c. 5. n. 9. in fin.*

q *Vult. d. c. 5. nu. 8. poſt Borch. c. 6. n. 16. Mozz. d. tit. nu. 11. Schrad. d. p. 3. cap. 3. n. 10. vſque ad fin. latè hoc eleganter exponens, Gail. 2. obſ. pract. 11.*

r *Borch. poſt alios d. c. 6 n. 10. iuncto Schultz. d. cap. 6. nu. 29.*

s *DD. ſunt Schrad. d. p. 3. c. 3. nu. 10. et ſeqq. Moz. d. tit. n. 10. Obrec. d. l. 2. c. 3. n. 100. Roſenthal. in ſyn. feud. cap. 4. concluſ. 6. nu. 2. Gail. d. obſ. 11. nu. 10. vbi hanç ſententiam Camerã Imperialem ſecutam fuiſſe tradit, quia immobilia inter admittuntur Knipſchilt. d. c. 5. n. 33. poſt alios.*

t *DD. ſunt poſt alios Schrad. d. p. 3 cap. 2 n. 55. et cap. 4. nu. 3. Schneid. in epit. feud. par. 2. n. 37. ſub fin. Borch. d. cap. 6. n. 11. Roſenth. d. cap. 4. concluſ. 2. nu 3. ex arg. cap. vn. §. fin. de feud. cognit. Georg. Schultz. d. c. 6. n. 31.*

v *Bart. in l. inter PP. de acquirendo rer. domin. adde Hattyl. in analyſ. feu. c. 6. lit. A. fol. mihi* 101.

x *Ius ciuil. vid. in l. tenetur 6. §. ſi tibi inter 5 PP. de action. empti, et ita apud DD. communiter tradi ſcribit Schultz. d. cap. 6. nu. 35. et in feudum dari poſſe ruſtic. ſeruitutes, dixit Knipſchilt c. 5. nu. 34.*

z *Ius feud. vid. in l. 1. quæ ſint regalia Arum. poſt alios diſp. feud. 4. th. 10. Gothofr. Anton. diſp. feu. 3. th. 6. Georg. Schultz. d. c. 5. n. 36. Georg. Adam. in ſynt feu. c. 6. Aph. 13. dicens inter incorporalia, quæ immobilibus annumerantur, et in feudum rectè dantur regalia excellere.*

Digitized by Google

ſanctæ, & religioſæ, vt ex arg. *Iuris ciuilis* eruitur *a*; A
ideò autem res iſtæ in feudum dari prohibentur, ſcilicèt, quia alienari non poſſunt, vt *Imp. Iuſtinianus* ſtatuit *b*, nec alicuius fieri poſſunt, cùm in bonis nullius ſint, vt ex *I. C.* reſponſo liquet *c*, in feudo autem dominium ex parte dantis *Iure feudali* requiritur *d*, vſusfructus verò penès accipientem, vt ſit, idem *feudorum ius* exquirit *e*, & quod res, quæ in feudum datur, ſiuè in qua feudum conſtituitur, alienari poſſit, ex eodem *feudorum iure* requiri patet *f*, quæ quidem omnia in dictis rebus abeſſe dicuntur, cùm in bonis nullius ſint, & ab hominum commercijs exempta, vt diximus; Cùm verò Ciuitas, in qua res ſacræ adſunt, in feudum datur, etiam res iſtas ſacras tranſire, non quidem, vt earum vtile dominium nanciſcatur vaſallus, veruntamen, vt in eadem Ciuitate permaneant, per ea, quæ in *Iure ciuili* habentur *Georgius Adam.* ſcribit *g*, Religioſas res, quod ſpectat ſciendum eſt, hodie eas *Iure canonico* aboletas eſſe, cùm hodie mortuorum illatione locus religioſus non efficiatur, veruntamen publicis locis in Eccleſijs conſtitutis pro hominum ſepultura vtuntur, quęquidem etiam cæmiteria vocantur; Sanctas tandem res, vt muri, & portę Ciuitatis ſunt, quod attinet, eas, ad res Vniuerſitatis ſpectare, cum *Georgio Adam.* dicimus *h*. B

*Iure ciuili*, ſiuè lege aliquarũ rerũ alienatio, ſiuè infeudatio ſpecialiter prohibetur, cuius generis, primò ſunt res cõmunes, quæ cùm iure naturali in bonis nullius ſint, vſus verò earum omnibus, ac ſingulis hominibus patet, prout in *Iure ciuili* legitur *i*, vt ſunt, Aer, de quo *Iuris conſulti* loquuntur k, Ventus, de quo *I. C.* mentionem agit *l*, lumen de quo etiam *I. C.* ſermonem egit *m*, Mare, & per hoc littora Maris, vt *Iuſtin.* loquitur *n*, cuius vſus communis, in piſcando, & nauigando conſiſtit, vt in *Iure ciuili* legitur *o*, Aqua, ſimilitèr profluens, ſiuè maritima ea C

a *Ius ciu. vid. in §. ſed aliquando 1. elem. iur. de vſucapionib. in §. idẽ iuris 2. elem. iur. de inutilibus ſtipulat. in l. hanc legem 22. in l. qui officij 62 ff. qui ſciens PP. de contrah. empt. et in l. inter 83. §. ſacram 5 PP. de verb. obligat. Schrad. de feud. p. 3. cap. 1. nu. 1. Schneid. in epit. feud. p. 3. nu. 12. Moz. d. tit. de reb. etc. n. 1. Borch. d. c. 6 n. 3. Roſenth d. c. 4. concluſ. 13. Obrecht. d. lib. 2. c. 3. nu. 30. Zaſ. p. 4. per tex. in §. ſed etiam res iunct. §. nullius, et ſeq. elem. iur. de rer. diuiſ. Herm. Vult d. c. 5. n. 11. Arum. diſp. feu. 4. th. 27. iunctis arg. l. 21. C. de ſacroſanct. Eccleſ. nou. 46. Nou. 47. cap. 4. auth. præterea C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

b *Imp. Iuſtin. vid. in §. nullius elem. de rer. diuiſ. et in § ſacræ eodem tit.*

c *I. C. vid. in l. quod nullius PP. de reg. iur.*

d *Ius feud. vid. in c. 1. §. fin. de inueſt. de re alien. fact.*

e *Ius feud. vid. in c. 1. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt.*

f *Ius feud. vid. in c. 1. per quos fiat inueſt.* D

g *Ius ciu. vid. in l. 22. 23. et 24. PP. de contrah. empt. et in l. 62. de acquir. rer. domin. Geor. Adam. in ſyntagm. iur. feud. c. 6. Aphoriſm. 3.*

h *Georg. Adam. d. loc. nu. 1. in fin.*

i *Ius ciu. vid. in §. 1. elem. iur. de rer. diuiſ. in l. 51. de contrah. empt.*

k *I. C. vid. in l. 3. §. 1. ne quid in loco publico in l. 13. §. vlt. de iniur. in l. penul. §. 1. quod vi, aut clam.*

l *I. C. vid in l. vlt. §. fin. de ſeruit.*

m *I. C. vid in l. 30. PP. de vſufruct.*

n *Iuſtin. vid. in d. §. 1. de rer. diuiſ.*

o *I. C. vid. in l. 4. et 5. PP. de rer. diuiſ. in l. 14. de acquir. rer. domin. in l. 13. §. 7. de iniur. et in l. 2. §. 9. ne quid in loco publico, vt gemmas occupando, et eiuſmodi res alias in littore maris adinuentas l. 3. de rer. diuiſ. atque inſulas in mari natas, §. 22. elem. de rer. diuiſ.*

Digitized by Google

A ea ſit, ſiuè fluens eiuſdem generis eſt, cuius vſus communis eſt, & conſiſtit ad hominum victum, ad lauandum, & ad pecora adaquãda, ſiuè lauanda, vt ex *Iuſtin.* ſcribere fas eſt *p*, volucres, piſces, feræ item, & beſtiæ referendæ huc quoq; non ab re videntur, de quibus in *Iure ciu.* mentio fit *q*, quoniam omnium captura communis eſt, in bonis tamen nullius, ante quam capiantur, eſſe dicuntur, ſtatim autem iure gentium capientis fiunt, & ità, quod ante nullius eſt, naturali ratione occupanti conceditur, vt *Iuſtin.* proloquitur *r*.

Eiuſdem generis res publicæ ſunt, quæ in nullius priuati dominio ſunt, ad certum populum, gentem, vel rempubli-
B camtamen ſpectant, vſum autem naturali, ſiuè iure gentium omnibus hominibus communem præbent, vt in *Iure ciuili* legitur *s*, & præcipuè eis, qui eiuſdem reipublicę, in qua res iſta publica ſita eſt, viuunt, vt ex argumento eorum, quæ in *Iure ciu.* traduntur *Georg. Adam.* ſcribit *t*, iſtius generis, vt ſunt primò flumina, & portus, vt *Iuſtin.* loquitur *v*, eorum autem communis vſus in nauigandi piſcandi iure conſiſtit, vt idem *Iuſtin.* inquit *x*, ſimilitèr viæ publicæ, de quibus in *Iure ciu.* ſermo agitur *z*, quæ ad ambulandum, & iter faciendum omnibus patent, vt ex *Molin. Georg. Adam.* ſcribit *a*, quemadmodum riparum, & littorum quoque vſus publicus eſt, & in quibus vſus iſte conſiſtat *Imp. Iuſtin.* exponit *b*.

C Res tandem Vniuerſitatis quoque eiuſdem generis ſunt, quæquidem vſum ſpecialem præbent, ad quem publicæ deſtinatæ ſunt illis, qui in illa Vniuerſitate viuunt, vt in *Iure ciuili* legitur *c*, huiuſmodi autem ſunt theatrum, forum, paſcua, nemora, &c. de quibus in *Romanorum iure* mentio fit *d*.

Omnes autem res iſtæ, in feudum dari nequæunt, quia alienari non poſſunt, nec in contractum aliquem deduci, vt *Iure ciuili* cauetur *e*.

Georg. Schultz. tamen concluſionem iſtam limitat, in caſu, quo à Principe quatenus Imperij in grauem læſionem, iſtiuſmodi largitio non cedat, res iſtas in feudum dari poſſe, ex *Vult.* & alijs *f*; & in rebus Vniuerſitatis *Georg.*
D *Adam.*

p *Iuſtin. in d. §. 1. de rer. diuiſ. ibi naturali iure communia ſunt omnium hæc, aer, aqua, profluens mare, et per hoc littora maris.*

q *I. C. vid. in §. 12. de rer. diuiſ.*

r *Iuſtin. vid. in §. feræ igitur de rerum diuiſ. de quib. vid. latè Adam. ſynt. iur. feud. c. 6. Aph. 7. ſcilicet qualiter bona communia, ad Principum bona, ſiuè Imperij, quæ regalia dicuntur referenda ſint, n. 1. et 2.*

s *I. C. vid. in §. 2. in verb. omnibus commune eſt elem. iur. de rer. diuiſ. in l. 5. verbo ciuiliter liberum eſt PP eodem tit. et l. 2. eod. tit.*

t *Georg. Adam. d. c. 6. Aphoriſm. 5. n. 2.*

v *Iuſtin. vid. in §. flumina 2. elem. iur. de rer. diuiſ. iunct. l. 4. §. 1. et l. 5. PP. de rer. diuiſ.*

x *Iuſtin. vid. in d. §. flumina iunct. d. l. 5. d. tit. l. 1. §. 17. de flumin. et l. vnica §. 1. vt in flumin. publ. nauigare liceat.*

z *I. C. vid. in l. 51. de contrah. empt. et tot. tit. de via public. et in tit. via public. et itinere public. refic.*

a *Molina de iuſt. et iure diſp. 104. et 707. Geor. Adam. d. Aphoriſm. 5. nu. 2. in fin.*

b *Iuſtin. vid in §. riparum, et §. littorum elem. iur. de rer. diuiſ. de quib. latè Georg. Adam. in ſynt. d. feu. c. 6. Aph. 7. n. 3. et ſeqq. ſcilicet qualiter ad publica Imperij, et Principum bona, quæ regalia dicuntur, referenda ſint.*

c *Ius ciu. vid. in l. 1. circa fin. de rer. diuiſ. in §. 6. elem. iur. eod. tit. in §. 2. elem. iur. de inutil. ſtipul. in §. fin. de empt. vendit. in l. 6. de contrah. empt. in l. 13. §. vlt. de iniur.*

d *Ius Rom. vid. in l. 1. §. 9. ne quid in loc. publ. et in §. vniuerſit. elem. iur. de rer. diuiſ. Harprecht. in tit. de rer. diuiſ. n. 3. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 5. nu. 3.*

e *Ius ciu. vid. in l. inter 83. §. ſacram. 5. PP. de verb. obligil. ſed, et Celſus 6. in princ. verſ. aut quorum commercium, PP. de contrah. empt. Mozz. rubr. de rebus, etc. nu. 1. Borcholt. d. cap. 6. nu. 3. et 8. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 1. lit. A. verſ. et publicè, Georg. Schultz. in ſynopſ. iur. feud. d. c. 6. n. 88. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 5. nu. 3.*

f *Georg. Schultz. d. nu. 48. in fin. Vult. lib. 1. cap. 1. nu. 15. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 3. lit. C. verſ. hac tamen Io. Zabbell. exercit. feud. 4. th. 2. lit. O. verſ. ſed tertij.*

Digitized by Google

*Adam.* quoque limitat *g*, ſi tamen res eiuſmodi Vniuerſitatis, & alijs, quæ de Vniuerſitatis corpore non ſunt, ſufficientem vſum præbere queat, extraneis quoque illas concedi ſolitum eſſe, vndè idem *Adam.* dicit, non rarò ius paſcendi in publicis paſcuis, ligna cedendi in ſyluis publicis, aliis etiam competere, qualiter autem à rebus iſtis iure gentium publicis, & Vniuerſitatis, bona Imperij, & Ciuitatum differant, quas poſſe in feudum dari neceſſitate publica exigente, vel cùm infeudari ſolitæ ſunt, *Georg. Adam.* latè tradit *g*.

*Iure canonico* res Eccleſiaſticæ alienari, abſque ſolitis ſolennitatibus à *Iure tam ciuile*, *quàm canonico* requiſitis, quia nequeunt, nec infeudum dari poſſunt (ſi infeudari non ſolitæ ſint) ſcilicèt ſine capituli conſenſu, vt *Iure Pontificio* cauetur *h*. B

Eccleſiaſticas autem res, à rebus Eccleſiarum ſacris (quas in feudum dari non poſſe non dubitamus) differre dicimus, cùm non immediatè Dei ſeruitio dedicatæ ſint, veruntamen mediatè, ſcilicèt in patrimonio, vel dominio Eccleſiæ, monaſterij, aliorumque piorum locorum, nempè Collegiorum, ad pios vſus inſtitutorum, cùm ſint, & ſi Deo conſecratæ non ſint, nec ad cultum diuinum immediatè adhibeantur, ad Eccleſiarum, aliorumque piorum locorum, & perſonarum ad ea pertinentium vſus inſeruire videntur, ſicque mediatè ſcilicèt per perſonarum, quibus inſeruiunt medium, diuino cultui inſeruire videntur, adeoque prout res ſacræ, ſcilicèt quæ Dei ad ſeruitium dicatæ ſunt, à commercijs hominum exemptæ dicantur, vtilitate tamen Eccleſiæ, ſiuè Monaſterij ſuadente, nonnullarum ſolemnitatum poſito interuentu, quemadmodum alienari, ità, & in feudum de nouo dari poſſunt, vndè dicitur, quod quando res eccleſiaſtica, ideſt quæ ad vſum Eccleſiæ, ſiuè Monaſterij dedicata fuit, vtilitate eiuſdem Eccleſiæ, & neceſſitate exigente alienatur, vel infeudũ conceditur legitimè fit; In rebus verò iſtis Eccleſiarum, vt legitimo Iure feudum conſtitutum de nouo dicatur, *Iure canonico*, primò requiritur antecedens deliberatio vnà ſimul cum cauſæ cognitione, an ſcilicèt iuſta alienandi, ſiuè infeudum dandi cauſa ſit, iuſtam autem infeudandi cauſam illam dicimus, ſcilicèt ſi Eccleſia ære alieno grauata ſit, nec habeat pecuniam, vel res mobiles, vndè ſoluat, idemque ſi defenſari ſe indigeat, vel quouis alio modo ipſa infeudatio Eccleſiæ patrimonio proficua ſit, vt in *Iure canonico* cauſæ iſtæ approbatæ leguntur *i*, ſecundò Capituli conſenſus, & tertiò Epiſcopi, vel alterius Prælati authoritas requirũtur, vt ex eodẽ *Iure canonico* probatur k, nec in ipſa rerũ Eccleſiarũ, ſiuè Monaſteriorũ infeudatione Capituli, & Abbatis, conſenſus tantùm ſufficit, cùm, & Epiſcopi, cui Ec-

(Margin letters C and D stand beside the lines "videntur, adeoque prout res ſacræ…" and "ſa ſit, iuſtam autem infeudandi…".)

g *Adam. d. Aphoriſm. 5 nu. 4., et ſi latè qualiter plurima feuda in vniuerſitat. conſtituantur, idem Adam. d. l. Aphor. x. proponat.*

g *Georg. Adam. in ſynt. feud. c. 6. Aph. 6. per tot.*

h *Ius Pontif. vid. in c. vnico extrauag. de reb. Eccleſ. non alien. c. vlt. de feud. in c. hæc conſultiſſimo 2. et tot. tit decretal. de rebus Eccleſ. non alien. in c. ſine except. 52 cauſ. 12. q. 2. Nou. 7 c. 2 Nou. 109. c. 10. Nou. 2. cap. nos igitur 1. et Nou. 120. c. ſancimus . per tot. et l. 7. § 1. C. de ſacroſan. Eccleſ. Schneid. in epit. feu. p. 2. n. 3. et ſeq. Vveſenbec. de feud. c. 6. n. 18 et ſeqq. et n. 34. Obrecht. de feud. lib. 2. c. 3. n. 41. et ſeq. et probatur in iur. feud. in c. vnico de clerico, qui inueſtit etc. Gudelin. de iure nouiſſ. lib. 6. c. 13. et 14.*

i *Ius can. vid. in clemen. 1. de reb. Eccl. non alie. et in d. c. 52. q. 2. cauſ. 12.*

k *Ius can. vid. in d. c. 52 q. 2. cauſ. 12. et in c. vnic. extrauag. de reb. Eccleſ. non alie. Iohan. Honor. in decretal. d. tit. de reb. Eccleſ. non alien. num. 14. et ſeq. Petrus Rebuff. comp. alien. rer. Eccleſ. Alphonſus Villaleg. de reb. Eccleſ. non alien. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. c. 30. KlocK. tom. 1. conſ. 35. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 6. Aphoriſm. 8. et 9.*

Digitized by Google

A Eccleſiæ regimen commiſſum eſt authoritate opus ſit, vt ex eodem *Iure Pontificio* habemus *l*.

Res verò, quæ pro Clericor. titulis aſſignata, ſiuè ad neceſſariam clericorũ ſubſtentationem deſtinata eſt, ex alienãdi prohibitione Vrbani II. in feu. dari nequit; tituli autẽ ideo dicebãtur, ex eo, quia cùm clerici in clerum nõ admitterẽtur, niſi in certa Eccleſia adſcripti eſſent, in qua tantum vnicuique inſtituebatur, quantum ad illos nutriendos ſufficiens eſſet, vt in *Iure canonico* habetur *m*, exindè ab Eccleſia, in cuius albo clerici adſcripti erant, illæ deſcriptiones tituli dicebantur, & ità intelligendum eſt, quod in ſacris canonibus legimus, neminem ſine titulo, ex quo vitæ neceſſaria percipiat, ordinandum *n*, & hinc bona ratione

B tituli aſſignata, tituli vocantur, vt cit. *Georg. Adam.* ſcribit *o*, idque ſcilicet, dictos titulos in feudum dari non poſſe *Iure feudali*, ex Papæ Vrbani Sancta Synodo, cauetur *p*, ibi (*Item ſi Epiſcopus, vel Abbas, vel Abbatiſſa, vel Dominus plebis feudum dederit, de rebus Eccleſiarum, quæ eis ſubiecta ſunt, & tituli vocantur, nullum habere vigorem ſecundum hoc, quod conſtitutum eſt à Papa Vrbano in ſacra ſynodo, hoc eſt illud, quod poſt eius decretum fuerit datum, quod autem ante datum fuerit firmiter permanere debet.*)

Ex *Sacri Concilij Lateranenſis* decreto habito ſub Alexandro III. rurſus, decimas laicis infeudum dari poſſe prohibetur *q*, ante concilium verò decimas conceſſas,

C laicos rectè retinere poſſe, & licet Eccleſiæ aperiantur, ità tamen iam ante affectas eſſe, vt iterum infeudum dari poſſint, vt per ea, quæ in *Iure canonico* notantur *Roſenthal. & Couarruuias* probant *r*, rectius tamen hanc controuerſiam circà, pro negatiua *Auguſtinum Barboſam* dixiſſe *Georg. Adam.* ſcribit, de qua quæſt. latè ipſe adeundus eſt *s*.

Res tandem Eccleſiarum, quæ infeudari ſolitæ ſunt, in feudum rurſùs illas concedi poſſe *Iure can.* conſtat *t*, ratio verò, quia feudum in rebus Eccleſiæ, infeudari non ſolitis, abſqueſupradictis requiſitis, conſtitui nequeat, eſt quia infeudatio, alienatio dicitur, vt in *Iure feudali* legitur *v*, alienari enim res eccleſiaſticæ, ſine dictis requi-

D ſitis nequeunt, vt in *Iure can.* habetur *x*, in rebus autem infeudari ſolitis, feudum, ideò facilius conſtituitur, quia antiqui feudi inueſtitura, non tam alienatio, quam prioris feudi renouatio dicitur, vt *Duarenus* exponit *z*; Eccle-

l *Ius Pontif. vid. in cap. 41. 2. q. 12. cap. 40. 4. q. 14. Geor. Adam. in ſyntag. iur. feud. c. 6. Aphoriſm. 4. n. 1. in fin.*

m *Ius can. vid. in c. 14. de inſtit. et in cap. fin. de verb. ſignif.*

n *Sacri can. vid. in c. 4. 16. 23. de preben. c. 1. et 2. diſtin. 70.*

o *Adam. poſt alios d. Aphoriſm. 4. n. 2.*

p *Ius feu. vid. in c. vnic. Epiſcopum, vel Abbatem Sueuus exercit. feu. 4. aſſert. 10.*

q *Vt in c. 15. 17. et 19. x. de decimis FincKelt. diſp. feud. 3. th. 1. et 6. Carpzou. diſp feud. 4. th. 2. et ſeq. Couarr. lib. 2. reſol. c. 17. n. 5. Vult. lib. 1. de f. c. 5. n. 14. Io. Zabel. exercit feud. 4. th. 2. lit. B. ſub fine, licet hodie paſſim decimæ à laicis poſſideantur, non ſolùm iure feudi. ſed etiã iure allodij, ſiue proprio vt Leopold. HacKelm. in annot. ad Schneid. d. p. 2. lit. B. et Ruding. in method. iur. feud. lib. 1. cap. 18. n. 3. ſub fin. tradunt, quos refert Georg. Schultz. d. c. 6. n. 52.*

r *Ius can. vid. in c. 2. §. ſanè de decimis in 6. c. 7 circa fin. de his quæ fiunt à Prælatis, et in c. 17. de decim. Roſenth. d. cap. 1. concl. 27. Couarru. d. l.*

s *Auguſt. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 3. c. 26. §. 3. nu. 61. Georg. Adam. d. Aph. 4. n. 3.*

t *Ius can. vid. in cap. 2. de feud. et in cap. vnico extrauag. de reb. Eccleſ. non alien. iuncto cap. vnico Epiſcopum, vel Abbatem, Georg. Adam. d. Aphoriſmi. 4. nu. 4. Sueuus d. exercit. 4. aſſert. x. Vveſenbec. def. c. 7. n. 5. Borcholt. de f. d. c. 6. nu. 18. et ſeq. Obrech. de feud. lib. 2. d. cap. 3. nu. 41. et ſeq. Georg. Schultz. d. c. 6. n. 49.*

v *Ius feud. vid. in c. vnic. de feud. cognit.*

x *Ius can. vid. in c. nulli extra de reb. Eccleſ. non alien.*

z *Duaren. cap. 5. nu. 6.*

Digitized by Google

cleſiaſticæ res infeudari ſolitæ, tunc dicantur, cùm duo A
requiſita adfuerint, nempè lõgum tempus, & actuum frequentiam, quorum vtrunq; cùm nullibi in iure determinatũ reperiatur, arbitrio Iudicis rectè committi, ſecũdum *DD.* communem opinionem *Georg. Schultzen.* tradit *a*, diſtinguendum tamen eſſe alij dixerunt, ſcilicèt quando quæritur, an res eccleſiaſticæ infeudari ſolitæ dicantur, vtrum eccleſiaſticæ perſonæ conſuetudinem infeudandi bona Eccleſiæ habuerint, nec ne per ea, quæ in *Iure feudorum* leguntur *b*.

Ratione vlterius conditionis, & naturæ iuris in re conſtituti, primò res in dotem ineſtimatè data, quæ in feudum dari nequit, vt patet ex arg. eorum, quæ in *Iure Rom.* traduntur *c*, ſecũdò res minoris, ſine iudicis decreto B
quia alienari prohibetur, itá & conſequenter infeudatio fieri debeat, cum decreto, & cauſæ cognitione, vt ſupra dixi, & in *Iure ciuili* probatur *d*, tertiò bona liberorum aduentitia, in quibus pater vſumfructum habet, quæ quidem cùm alienari in patris præiudicium nequeant, nec infeudum dari poſſe liquet, vt *Iure ciuili* probatur *e*, quartò res litigioſa, vt ex argumento eorum, quæ in *Iure ciu.* habentur *f*, in feudum dari non poſſe, probatur.

Ratione tandem voluntatis per actus inter viuos, expreſsè res, quæ ex pactione aliqua contrahentium alienari prohibitæ ſunt, de quibus in *Iure Romanorum* ſermo agitur *g*, nec infeudari illas poſſe conſequens ſit, vt ex argumento eorum, quæ in *Iure feudali* notantur, probatur *h*. C

Ob prohibitiuam rerum alienandarum voluntatem, etiam per actum vltimæ voluntatis habitam, puta ſi à teſtatore; hæredi certa res, vel totum aſſe ex iuſta cauſa alienare prohibeatur; Certã ſcilicèt rem, ſi dicat, nolo talem fundum alienari, quia fuit mihi ab Imperatore donatus, vel quia meorum maiorum fuit, vt in *Iure ciuili* legitur *i*, quæ res cùm alienari ex dicta diſpoſitione prohibita ſit, nec infeudari poterit, vt *Schneid.* poſt alios probat k; Totum aſſe, cùm teſtator hæreditatem ſuam fideicommiſſi oneri ſubdit, quò caſu, niſi fideicommiſſum extinguatur, bona dictæ hæreditatis alienari, nec in- D
feu-

a *Georg. Schultz. d.c.6. num. 50.*

b *Ius feud. vid. in c. vnico, §. feudum de his, qui feu. dar. poſſ. in d.c. vnic. in fin. Epiſcopum, vel Abbatem, et in cap. extraord in princ. verſ. hæc autem de inueſt. veteris, et noui benef. Obrecht. d.c.3.n.36 et ſeq. Vvlt. 1. de feu. c.5 n.14. verſ. verum enim vero quæro confert dominus Arum. diſp. feud. 4. th. vlt. verſ. quod tamẽ Geor. Schultzen. d. loc. nu. 50. in fin. Hattyl. in analyſ. iur. feud. c.8. lit. F. fol. mihi* 106.

c *Ius Rom. vid. in §. 1. inſt. quib. alien. licet, vel non, et tot. tit. PP. de fund. dotal. Dom. R. de Ponte de his, qui feud. dar. poſſ. lect. 4. et 5. l. remp. §. et cum hæc lex 15. C. de rei iux. act. Borch. d. feu. d.c.6.n.10 Sonsbec. d. feud. p 8. nu. 11. Reyger. diſp. feud. 2. th. 38. lit. B. Georg. Adam. in ſynt. iur. feu. c.6. Aph. 8. Sueuus exerc. 4. aſſer. x.*

d *Ius ciu. vid in tot. tit. PP. de reb. eor. etc. et in tot. tit. de præd. minorum Reyger. d. diſp. 2. th. 38. Sueu. d exerc. 4. aſſer. x.*

e *Ius ciu. vid. in §. igitur elem. per quas perſo. in l. res, quæ ex matris 1. in l. cum oportet 6. §. non autem 1. et tot. tit. C. de bonis, quæ liberis Borcholt. d. loc. verſ. ſimiliter, et ſeq. Sonsbec. p. 8. n. 15. Reyger. d. diſp. 2. th. 38. lit. D. Sueuus d. aſſer. x.*

f *Ius ciuil. vid. in l. 2. C. de litigioſis, etc. Sueuus d. aſſer. x.*

g *Ius Rom. vid. in l. vlt. C. de reb. alien. non alien.*

h *Ius feud. vid. in c. vnic. §. ſed etiam in princ per quos fiat inueſt. Bocer. claſ. 3. diſp. 15. Io. Niel. diſp. feud. 3. th. 4. lit. D. Suueuus d. aſſer. x. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 8.*

i *Ius ciuil. vid. in l. filiusfam. 114. §. diui 14. et ſeq. de leg. 1. et in l. cum pater 77. §. libertis 27. de lagat. 2.*

k *Schneid. in epit. feud. p. 2. n. 15. verſ. vel ſi* per *teſtatorem iunct. Io. Niel. diſp, 3. feud. th. 4. lit. D. Sueu. d. aſſer. x. Adam. d. Aphoriſm. 8.*

Digitized by Google

feudari ab hærede nequæant, niſi extincto fideicom-
miſſo, vel ſi fuerit perpetua alienandi prohibitio in per-
petuum, in feudum dari res dictæ hæreditatis non pote-
runt, vt *Molina* latè exponit *l*.

Prohibita autem eſt quoque feudi alienatio, vt in *Iure feu-
dali* expreſſum eſt *m*, non tamen ex illa prohibitione fit,
quominus vaſallus ſubfeudum in re ſibi in feudum data
conſtituere poſſit, vt ex *Iure feudali* cauetur *n*, nam ſub-
feudum conſtituens, feudum retinere dicitur, neque
omnis feudi alienatio prohibita eſt, ſed ea tantùm, quæ
abſque domini conſenſu fit, & agnatorum, qui quidem
B conſenſus, nec in ſubinfeudatione requiritur, cùm nec
domino, nec agnatis per ſub infeudationem præiudicium
inducatur, nam dominus eo caſu, potius videbitur pro
vno vaſallo duos habere, vt in *Iure feud.* probatur *o*; tria
autem, vt ſubinfeudatio perpetua reddatur, requiri
*Georg. Schultz.* tradit; Primò, ſcilicèt, vt remota frau-
de, & ſinceriter fiat, hoc eſt, non per occultam ven-
ditionem in fraudem domini, vel aliquid aliud; Secun-
dò, vt is, cui confertur, paris, aut etiam melioris con-
ditionis, & qualitatis, ſiuè æque idoneus ſit, atque ad
ſeruitia feudalia præſtanda ſufficiens; Tertiò, vt ſub eiſ-
dem pactionibus, & conditionibus ſubuaſallo cōcedatur,
quibus primo vaſallo feud. collatum fuit *p*. In Regno no-

C Cc ſtro

l *Molina de iuſt. et iur. tract.2. diſp.426. nu.2. et ſeq. et de his rebus ſub fideicommiſſo ad familiarum præcipuè perpetuam nobilem memoriã conſtitutis latiſſimè vid. peritiſſimus Philippus KnipſcKilt. in aureo tract. de fideic. familiarum nobilium.*

m *Ius feud. vid in cap. vnic. de prohib. feu. alien. per Frid. et in c.1. de eo qui contra. conſtit. Lothar. etc.*

n *Ius feud. vid. in c.1. §.1. et 2. de leg. Conrad.*

o *Ius feu. vid. in d. cap. vnic. de leg. Conradi in §. ſimiliter, nec vaſallus in c. vnic. verſ. ſi vero, qualiter olim feudum etc. et in c. vnic. §. beneficium ſi de feu. defunct. etc. Schrad. d. p.3. c.2. n.5. Gothofrid. Ant. diſp. feud.3. th.3. lit. D. verſ et quidem, et ſeq. Io. Niel. exerc. feud.3. th.2. lit. E. verſ. rei feu. Geor. Adam. d. Aphoriſm.8.*

p *Geor. Schultz. in ſyn. iur. feu. c.6. n.62. et ſeq. dicens iſto caſu ſubinfeudationem locum habere tam reſpectu ſubinfeudantis, quàm etiam hæredum, et quorumcunque ſucceſſorum, ſi feudum fuerit nouum, et dominum etiam inuitum cogi nouum illum vaſallum recipere, nec reſolui ius datoris per acceptoris mortem, modo tamen ſubuaſallus inueſtituram à priore domino agnoſcere, et operas, ſiuè ſeruitia preſtare non detrectet, per cap. vnicum verſ. ſi vero qualiter olim, etc. et per ea, quæ tradit Mynſing. cent.1. obſer.62. nu.6. iuncto Sueu. d. aſſer. x. in fine, idem Georg. quoque ſubſequitur, ibidem dicens, dictum verſ. ſi vero, d. cap. vnic. aliàs interpetraſſe, ſi dominus illum tanquam vaſallum recipere velit, ſecus ſi illum recipere recuſet, quo caſu reſoluto iure dantis, ius acceptoris reſolui, et feudum domino aperiri ſentiſſe per tex. in cap vnico in princ. verſ. rurſus quib. modis feud. amitt., vbi diſſerta oratione dicitur, defuncto vaſallo, totum, quod factum eſt, reuocandum eſſe, et illum, qui ab eo feudum accepit, nullo iure aduerſum dominum ſe tueri poſſe, idemque probari per tex. in cap. vnico verſ. et ſi clyentulus de alienat. feud. et per text. in cap. ſi aliquis apud quem, vel quos controuerſ. feudi definiatur, et hanc ſen-*
D *tentiam poſt alios ſecutum fuiſſe Hartm. Piſt. lib.2. q.44. nu.8. et ſeq. vbi pluribus deducit, quatenus iure nouiſſimo feudum ſine domino conſenſu ſubinfeudare liceat, et eleganter dictam quæſtionem tractat, quem quoque recenſet, et ſequitur Sueuus d. aſſer. x. prope finem, et Georg. Schultz. d. loc. dicens quoque, quod ſi vaſallus feud. antiquum, vel paternum ſubinfeudauerit, ſubinfeudationem iſtam agnatis, ad quos feudum iure ſucceſſionis reuertatur, ſubinfeudante mortuo, minimè illis præiudicare, ità quod d. ſubinfeudationem illi, ratam habere non teneantur, ſed eandem, datoris iure reſoluto reuocare poſſe ex arg. cap. vnic. verſ. rurſus quib. mod. feud. amitt. ex eo quia in feudo paterno, vel antiquo nulla alienatio, vel diſpoſitio valet in agnatorum præiudicium facta, vt in cap. vnic. §. hoc quoque 1. de ſucceſſ. feud. etiam ſi domini conſenſus acceſſerit, vt in c. 1. de alien. pat. feud. et ità DD. ferè communiter, quod ſcilicet talis infeudatio nonniſi infeudante adhuc viuente, valeat, eo autem defuncto proximus agnatus iure proprio, et ſi ſine fraude ea facta ſit, reuocare poſſit ex Mynſing. centur 1. obſer.62. num.6. Georg. Schultz. d. loc. in fin. ſcribit.*

Digitized by Google

A

ſtro citerioris Siciliæ circà ſubinfeudationem, à vaſallo faciendam, ſine domini conſenſu, omnis dubitandi ratio ceſſat, cùm ex eiuſdem *Regni conſtitut.* abſque domini conſenſu omnis feudi alienatio, & ſubinfeudatio prohibita ſit *q*, quam cõſtitutionem, cùm de feudi alienationibus infra ſermo agatur, latè interpetrare ex Regnicolarum ſententijs, adſtipulor.

Hæç ergo, de proprijs rebus immobilibus, quæ in feudum dari poſſunt, vel non, quæ diximus, ad exuberantiam ſint.

6 (Res alienæ qualiter in feud. dari poſſint, vel non?)

Præterea (ſciendum eſt, quod, & ſi feudum regularitèr in re propria conſtituendum ſit, cùm ipſum feudum quaſi propriam rem, tam domini, quàm vaſalli reſpectu, vocandum ſit: Domini, propter proprietatem, quam retinet, vt in *Iure feudorum* legitur *r*, vaſalli, propter vſumfructum, quem in feudo conſequitur, vt in *Vſibus feudorum* notatur *s*, vſufructuarius namque domini appellatione continetur, vt in *Iure ciuili* legimus *t*, & vſumfructum dominij partem *I. C.* dixit *v*; Ità quod cùm de re propria feudum datur, poſſit quodcunque pactum in eo per dominum apponi, vt *Hattyler.* ſcribit *x*. Res tamen aliena infeudum dari ex accidenti aliquando fit, & illa in feudum data, ſi quidem ignoranti, tunc ſi res illa fuerit ab ipſo euicta, et ſi ſcilicèt cõceſſa fuerit, rectè aduerſus inueſtientem agat, ad hoc vt aliud eiuſdem bonitatis, ſeù quantitatis ſibi præſtetur, quod latè explicat, & inſimul probat *Adamus z*.

B

C

Si verò ſcienti feudum in re aliena concedatur, tunc niſi ſpeciali pacto vaſallus de inueſtitura ſibi proſpexerit, dominus de euictione non tenebitur, per ea, quæ expreſsè in *Iure feudali* habentur *a*, ratio autem diſparitatis, cur ſcilicèt, ſi alienã eſſe ſciuerit, euictionis actione vaſallus priuabitur, eſt, quia in acquirendo vaſallus habuit malam fidem, & delinquit accipiendo rem alienam, quam alienam eſſe ſciuit, inuito dom. ex argumento, eorum quę in *Iure Cæſareo* notantur *b*.

Res verò communes cùm in feudum dantur, validam eſſe omnimodò infeudationem ex parte dantis, *Iure feudali* probatur *c*, & ſi is, cum quo rem communem habet, qui ſponte inueſtitus diuidere noluerit, ille qui inueſtitus eſt, ſiue vaſallus, iudicis cohercitione eum cogere poteſt, ſicque familiæ herciſcundæ, & communis diuidundo actiones

D

q *Regn. Conſt. Conſtit. Diu. mem.*
r *Ius feud vid. in c. vnico de inueſt. de re alien. eic. in fine.*
s *Vſ feud. vid. in c. vnic. in fin. in quib. cauſ. etc.*
t *Ius ciu. vid. in l. 8. in princ. PP. de reb. auth. iudic. poſſ.*
v *I. C. vid. in l. 4. PP. de vſufructu, et in l. qui vſumfruct. PP. de verb. obl. ex eo quod omnis fructus rei ad fructuarium pertineat, vt in l. 6. de vſufructu.*
x *Hatthyler. in analyſ. iur. feud. c. 8. lit. C fol. mihi* 102. *et* 103. *Geor. Adam. d. c. 6 Aphor. 9.*
z *Adam. d. Aphor. 9. n.* 3. *et* 4. *iuncto Schultz. d. c. 6. n. 56. et Hattyler. d. cap. 8. lit. D. fol. mihi* 104.

a *Ius feud. vid. in c. 1. de inueſt. de re alien. facta, vbi Matth. de Affl. poſt Iſer. et Bald. etc. et in c. vnic. ſi de feud. vaſall. ab aliquo interpell. fuer: iuncto arg. legis 27. C. de euict. Vveſenbec. de feud. c. 7. n. 7. Niel. diſp. feud. 3. th. 4. lit. B. verſ re euicta Hattyl. d. loc. Georg. Adam. d Aphor. 9. n. 6. et quid obtineat ſi quis rem alienam allodialem in feudum ab aliquo recognoſcat, idem ibid. num. 7. Schultz. d. l. n. 56. vbi n. 57. quid de re propria vaſalli dicendum, an etiam in eadem feudum rectè conſtituatur iunct. n. 58.*

b *Ius Cæſ. vid. in l. 26. PP. de contrab. empt.*

c *Ius feud. vid. in cap. vnic. § item ſciendum de not. feud.*

Digitized by Google

A nes vaſallo competant, vt *Hattyl.* probat *d*, nam, & aliæ actiones in vaſallum tranſeant omnes, ſiuè actiuè, ſiue paſſiuè, ſiuè enim agat, ſiuè conueniatur, firmum eſt iudicium, quoniam agendi, & excipiendi poteſtatem habet, vt in *Iure feudali* notatur *e*, & rem à quolibet poteſt quaſi vindicare, & ſi ab alio conueniatur, exceptionem legitimè opponere poterit, vt per ea, quæ in *Vſ. feud.* habentur *Hattyl.* ſcribit *f*.

7 (Res mobiles in feud. dari non poſſe exponitur.)

Res mobiles (ex his omnibus, quæ hactenus dictæ ſunt, in feudum dari non poſſe indubitantèr dicendum eſſe, ex rationibus, quas ſupra adduximus, patet.

Et licèt quædam res, quæ non fungibiles ſunt, & earum vſus ſalua ſubſtantia eſſe poſſit, nihilòtamen minus, cùm B earum ſubſtantia, paulatim deteriorari videatur, ex argumento eorum, quæ in *Iure ciuili* notantur *g*, idcircò ipſę etiam infeudari non poſſunt, quia ſcilicèt perpetuitatem non habent, & exindè ad infeudationem non idoneæ ſunt, vt poſt alios *Ioannes Zabell.* exponit *h*, quod quidem ità verum eſſe intelligas, ſecundum communem feudiſtarum opinionem, vt nec ſub cautione, qua vſusfructus earum rerum, quæ vſu conſumuntur, conſtitui ſolet, in mobilibus, quæ vſu conſumuntur feud. cōſiſtere poſſit, vt poſt alios *Schrad.* ſcribit *i*, repugnat enim feudi naturæ, vt proprietas inſimul cum vſufructu (prout in propoſito eſſe patet, quod rerum C mobilium nullus vſusfructus ſit, qui proprietatis interim ſecum non tradit, vt *Imp. Iuſtin* loquitur k,) ad vaſallum ſiuè fidelem tranſeat, vt *Iure feudale* cauetur *l*, quidquid in contrarium, ſcilicèt de cautione *Afflict.* & alij atteſtati fuerint *m*, ex eo ſcilicèt, quod ſicut vſusfructus illarum rerum, quæ vſu conſumuntur, per ſe quidem non eſt, obſtante ſcilicèt veri vſusfructus natura, quæ in eo conſiſtit, vt ius vtendi, & fruendi ſalua rerū ſubſtantia alter habeat, vt citatus *Iuſtin.* inquit, ſed per cautionem ab vſufructuario præſtitam, quaſi vſusfructus conſtituitur, vt idem *Iuſtin.* loquitur *n*, ità etiam in rebus mobilibus, in quibus feudum propriè conſiſtere non dicitur, vt in *Iure feudali* legitur *o*, iſta igitur cautione acD cedente, qua vaſallus in caſum deuolutionis feudi, Domino caueat de reſtituenda integra rei mobilis in feudum conceſſæ æſtimatione, feudum exindè rectè conſtitui tali modo, cum dicta cautione, poſſe aiunt; *Sueuus* attamen his argumentis non obſtantibus, à regula in

Cc 2 iure

d *Hattyler. d.c.8. lit. E fol. mihi* 105. *iuncto d. §. item ſciendum, et poſt alios Sonsbec. p.8. de f. n.5. Borcholt. c.6. n.10. Obrecht. de f. lib.2. c.3. nu.11. et ſeq. Arnold. de Reyger. diſp. feud. 2. th. 38. lit. D. et E. Io. Niel. d. diſp.3. th.4. lit. B. in prin. Gothofr. Ant. diſp. feud. 3. th.3. lit. D. ſub fine.*

e *Ius feud. vid. in c. vnico §. ſi vaſal. benef. ſi de feud. defunct. etc. et in c. vnic. de contr. inter vaſallum, et alium de beneficio.*

f *Hattyl. d. loc. per c. vnicum de inueſt. de re alie. fact.*

g *Ius ciu. vid. in l. ſi rem mobilem* 47. *PP. de acquir. vel amit. poſſ.*

h *Io. Zabel. poſt alios diſp. feud. 4. th.2. lit. B. verſ. res enim mobiles iunctis Arum. diſp. feud. 4. th.3. iunct. th. præced. Sueu. exerc feud. 4. aſſer. 1. Georg. Schultz. in ſynopſ. iur. feud. c.6. n.36.*

i *Schrad de feud. p.3. c.1 n.15. iunct. Vveſenbec. de f. c.5. nu.8. verſ. nam cautio, et huius ſententiæ rationibus luculentis ad confirmationē propoſitis ab Hotomano in diſp. feud. c.16. Zaſ. p.4. n.2. Ferr. lib.2. de feud. c.3. Sonsbec. de feud. p.8. nu. 27. idem Vveſenbec. in c.7. de f. Borcholt. c.6. n. 32. et ſeq. iunct. nu.34. Obrech de f. lib.2. c.3. n. 113. Ruding. in method. iur. feud. lib.1. c.9. n.22. Ritherſhuſ. par. feud. lib. 1. c.7. q.3.*

k *Imperator Iuſtin. in §. conſtit. elem. de vſufruct.*

l *Ius feud. vid. in cap. vnic. verſ. huius autem generis, in quibus cauſis feudum amittatur Georg. Schultz. c.6. ſynopſ. iur feud. n.37. prope fin.*

m *Afflict. in cap.1. §. ſciendum de feud. cognit. nu.8. Blanchus 1. de feud. 6. nu.8. Mozz. de reb. etc. nu.17. verſ. tertio fallit.*

n *Iuſtin. in §.2. elem. iur. d. tit. de uſufruct.*

o *Ius feud. uid. in c. unic. de feud. cognit.*

Digitized by Google

*Iure feudali* tradita non diſcedit *p*, nempè regularitèr & generalitèr feudum in rebus immobilibus tantùm conſtituendum eſſe, vndè dictam limitationem, quàm *Afflict.*, *Mozz.*, *& alij* ſequntur, non amplectitur, vtpotè *Iuri feudali* nõ conſentaneam; etenim quod rerũ mobilium allodialium cautione interueniente, quaſi vſusfructus eſſe poſſit, non tam cautionem, quam ſenatus conſultum efficere inquit, per ea, quæ in *Iure ciuili* habentur *q*, ibi (*Vtilitatis cauſa Senatus cenſuit*) iterum (*Senatus earum rerum, quaſi vſumfructum conſtituit*) in iure namque feudorum, vt feudum rectè in rebus mobilibus cum cautione conſtitutus dicatur, nullibi legitur, neque ipſa cautio, quæ interponitur id cauſare poterit, vt proprietatis loco eadem cautio ſit, vel, vt proprietas quædam rei mobilis in feudum conceſſæ penès dantem permanere cenſeatur, quod de feudi natura eſt, nec ex aliqua fictione haberi poteſt, vt *Arum.* poſt alios ſcribit *r*, & quod feudum in rebus mobilibus conſtitui non poſſit, facilè pleroſque ex *Neotericis* affirmaſſe, *Georg. Schultz.* dixit *s*. A B

Cùm ergò (feudum in re mobili conſtituatur, improprium dicendum erit, improprietate quidem ratione eſſentiæ, cùm de feudi ſubſtãtia eſſe, vt in re immobili conſtituatur ſupra dixerimus? Vtrũ verò idem ſit in feudo conſt. in pecunia ex venditione feudi redacta, nempe an feudum in illa rectè conſtitui poſſit, quæ dubitatio ex eo inſurgit, quia pecunia ex alicuius feudi venditione redacta, feudalis dicitur, ſicque in ea aliud feudum conſtitui poſſe *Aluarot.*, *Gaden.* & alij cõtenderunt, & quod tale pretium in rei locum ſuccedat, eiuſdemque naturam ſapiat, expreſſo *Textu t*, hanc aſſertionem iuuari eos credidiſſe *Sueuus* recenſet *v*, dicens de tali pecunia, nec negari poſſe, quin mobilis omninò res dicatur, & in ea quoque tranſitura proprietas, vna cum vſufructu ad accipientem contra feudi naturam ſit, vt ex notatis in *Iure feud.* patet *x*, ideoq; idem, quod de cæteris rebus mobilibus dixit, hic dicendum eſſe ſcribit, feudum ſcilicèt non cõſtitui in pretio, ex feudo redacto, cùm nulla ratio dictitet, ſingularem rei venditæ qualitatem inhærentem, etiam pretio, ex illa re vendita comparato, communicari, per ea, quæ in *Iure feudal* leguntur, *Georg. Adam.* quoq; ſequitur *z*, eamq; ſententiam communiter *DD.* ſequi patet idem-

8 (Feudum in re mobili conſtitutũ improprium dici & qualiter feud. in pecunia conſtitui poſſit.) C

D

p *Ius feud. vid. in d. c. 1. de feud. cognit.*

q *Ius ciu. vid. in d. §. 2. element. iur. de vſufruct. Sueuus d. exercit. 4. aſſert. 2.*

r *Arum. diſp. feud. 4. th. 3. iunct. Hunn. in tract. de feud. c. 9. pag. 159. et Carpzou. diſp. feu. 4. th. x. poſt alios ab ipſo allegat. Sueuus d. exercit. 2. in fine.*

s *Georg. Schultz. in ſynopſ. feud. c. 6. n. 38.*

t *Exp. Tex. in cap. ſi de feud. vaſallus ab aliquo, etc.*

v *Sueuus d. exercit 4. aſſer. 3.*

x *Ius feud. vid. in cap. vnic. in quib. cauſ. etc.*

z *Georg. Adam in ſyntagm. iur. feud. cap. 4. Aphoriſm. 4. per text. in cap. vnico §. ſi vaſallus ſi de feud. defuncti, etc. et text. in l. 6. C. de rei vindic. et l. 48. §. vlt. de furtis, Roſenthal. cap. 4. concluſ. 3. Carpzou. par. 3. conſtit. 30. def. 1. diſſentientes allegant iuncto Sueuo d. aſſert. 3. ubi non ſemper pretium in locum rei ſuccedere dicit, neque ſubrogatum ſemper naturam ſapere eius, in cuius locum ſubrogatum eſt, cum ſcilicet diuerſa utriuſque ratio ſit, uel res non ſit eiuſdem naturæ, cuius eſt pretium, prout in re noſtra, de qua latè idem Sueuus, ibidem adeundus, ubi contrariorum argumentis reſpondet.*

Digitized by Google

A *a*, idemque dicendum etiam eſt, ſi illa pecunia ex feudo redacta, allodiale prædium comparetur, quod eandem, quam ante habuit, retineat naturam, vt *Roſenthal.* dixit, neque teneri pecunia, pro feudo agnatorum conſenſu vendito accepta, aliud feudū emere, ex *Iac. Schult. Georg. Adam.* ſcribit *b*, ſimilitèr eſſe dicens in pecunia, ad feudum emendum deſtinata, ſcilicèt eam allodialem eſſe nō verò feudalem habendam, & nudā iſtā deſtinationem hoc caſu nullū operari poſſe effectū *c*, imò ſcribit, ex dictis ſequi, quod licèt expreſsè inter agnatos conuentū fuerit, vt pecunia, ex feudo vendito redacta, vel etiam alia, pro feudo habeatur, eam tamen feudalem non eſſe, nec dictam conuentionem vllum vigorem habere, cùm hoc in B poteſtate contrahentium non ſit, vt citatus *Adamus* poſt alios allegatos ſcribit *d*, quemadmodum nec eo caſu pecuniam eſſe feudalem conſtare dicit, quando pacto, vel teſtamento cauetur, vt pecunia ex feudo vēdito redacta, aut alia, in emptionem prædij feudalis collocetur, oriri tamen inde actionem, vt promiſſor eiuſuè hæredes cōuentā conditionem impleant, aut intereſſe pręſtent: idemque dicendum, ſi quis alicui promiſerit ſe pecuniam ſuam ab illo in feudum accepturam, operari tamen dictum pactum obligationem, & actionem, idem *Georg. Adam.* ſcribit *e*, & dictum pactum de recognoſcendo pecuniam, vt feudum, obligationem tantùm parere, idem *Adam.* dicit *f*.

C Pecuniam autem pro feudo haberi dicunt, eo caſu, quo duo concurrunt, nimirum expreſſa paciſcentium conuentio, & conſenſus domini, & eius confirmatio, ita vt is in ſpecie pecuniæ allodij naturam adimat, eamque in feudum conuertat, quæ copulatiuè requiri *DD.* dicunt *f*; copulatiuè adeò vt, nec ſola deſtinatio ad feudum emendum ſufficiens ſit, nec pactum agnatorum, aut contrahentium per ſe, ne ignoratum quidem ſufficiat, cùm, nec ex eo pecunia protinus feudalis efficiatur, quamquam hæredes hoc caſu ex promittentis pacto ad intereſſe teneantur.

a *DD. ſunt Schrad. d. p. 3. c. 1. n. 8. et ſeq. Schneid. in epit. feud p. 2. n. 18 uerſ. contrarium tamen, et ſeq. Vueſenbec. de feu. cap. 7. nu. 8. Borcholt. de feud. c. 6. n. 14. uerſ. hinc in pecunia Obrecht. d. lib. 2. c. 3. n. 108. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 9. lit. B. Zabel. exerc. feud. 4. th. 2. et ita communiter DD. ſequi, plures, hoc dicentes allegans Vult. de feud. c. 5. n. 10. in med. Georg. Schultz. d. cap. 6. n. 38. ubi dixit, quod ſi alicui certæ pecuniæ ſumma, aut alia res mobilis data, et pro ea fidelitatis iuramentum preſtitum ſit, contractum hunc in innominatum tranſire, puta do, ut facias, idem Schultzen. ex nonnullis ſcribit, et de conſuetudine non nullorum Germaniæ locorum feuda in pecunia conſtitui poſſunt, idem ibid n. 39.*

b *Roſentha. d. loc. iunct. Berlich. p. 3. concl. 41. n. 5. Iacob. Schultz. p. 1. q. 49. Georg. Adam. d. Aphoriſm. 4. in fin.*

c *Georg. Adam. d. c. 4. Aphoriſm. 5. ex Roſent. d. loc. lit. E. FincKelth. diſp. feud. 3. Gaill. 2. obſer. 11. et alijs Koppen. q. 18. PrucKm. conſ. 9. uol. 1. nu. 2.*

d *Adam. d. c. 4. Aphoriſm. 6. n. 1. ualere tamen conuentionem, uel ultimam uoluntatem, qua pecunia ex feudo redacta, hæredibus feudalibus defertur, ex pluribus dicit ibidem n. 2. et an eo caſu ob deficientiam maſculorum domino obueniet, idem ibidem nu. 3. et ſeq.*

e *Georg. Adam. d. c. 4. Aphoriſm. 7. n. 1. idem dicens eſſe, ſi in teſtamento idem diſpoſitum ſit n. 2. et quid ſi alia pecunia feudum promiſſor comparauerit, ibid. nu. 3. et idem militare in pecunia, quæ loco feudi euicti uaſalo data eſt, feudalem non eſſe dixerunt Zaſ. p. 4. n. 22. Ferr. 2. feud. 3. licet contrarium uoluerint Affl. in §. ſciendum de feud. cognit. n. 28. et Mozz. de reb. etc nu. 17. uerſ. 2. fallit, quos reprobat Schrad. de feud. p. 3. c. 1. n. 8.*

f *Adam. d. loc n. 4 et quomodo pecunia feudalis allodialis fiat, idem ibid. n. 5.*

D f *DD. ſunt Schultz. c. 6. nu. 40 et ſeq. Sueuus d. exer. 4. aſſert. 4. Adam. d. c. 4. Aphoriſm. 3. dicens uoluntatem in conuentione exprimendam eſſe ab ijs, qui ita feudum conſtitutum uolunt, et quod tranſmutatio qualitatis allodialis in feudalem conſenſu Domini facienda ſit, ibidem nu. 2. et cui competat poteſtas iſta nu. 3. et qua ratione cautione opus non ſit, ut feudum in pecunia conſtituatur, ibid. nu. 4.*

Digitized by Google

g *Georg. Adam. d. c.4. Aphoriſm.6.et 7 iunctis Sueuo d.exerc.4.aſſer.4 et latè Schultz. d.c.6.n. 40. 41. 42. 43. 44. et ſeq.*

h *Koppen.q.18.nu.9 et ſimiliter hanc ſententiam in aliquot Conciſtorijs pronunciatam fuiſſe ſe ſcire ſcribit, Borcholt. d. c.6.n.14.quem refert, et ſequitur Vult.1.de feud. c.5.n.10.propè fin.*

neantur, vt ex *Georg. Adam.* patet g.
Valere tamen feudi conſtitutionem in pecunia ex diſtractione feudi redacta, dummodò illa in alterius feudi emptionem collocetur, & hæredes eius, qui diſtraxerit, ſi ante emptionem feudi alius deceſſerit, ex illa conuentione ad aliud feudum emendum cogi poſſe *Koppen* probauit *h*.

A

# DE REGALIBVS

B

## Rub. 4.

### VISIO QVARTA.

SVperioribus de rebus, quæ legitimo iure ſuadente in feudum dari poſſunt, quia peregimus; Cùmque in earum rerum numero incorporalia quoque compræhendi expoſuerimus, atque eiſdem rebus incorporalibus, quæ pro immobilibus lege habentur, iura omnia regalia, quia excellere videntur, quæ cùm non breui orationum compendio indigeant, vt eorum natura pateat; poſtea tandem diuiſim, & quò magis ſummatim fieri poterit, proponere erit; Locum tamen diuiſum eiſdem tribuere, ea rationis methodo viſum fuit, vt peculiaribus quaſi ſententijs, de his ſubijcere fuerit, & hoc quidem ob eorum prolixam interpetrationem, qua indigent; Itaque, primò ipſa regalia à Rege dici conſtat, qui in feudorum iure, frequentis vocabuli ſignificatione Imperatorem denotat.

C

D

### ELVCIDATIO.

POſt communis noſtri feudalium iurium præceptoris *Andreæ*, aliorumque interpretum theoricam in *comment.ad cap.vnic.de regal.* & ſi conſcius ſim, multos peritos

Digitized by Google

A ritos viros de regalibus ſcripſiſſe, & regalium materiam ex noſtratibus Regnicolis, *Horatium Montanum* præcipuè per ea, quæ iure huius Regni conſtituta habemus, etiam per gratias, Regnicolis à Catholico Rege largitas, ſatis latè peritiſſimè tractaſſe, nihilò tamen minùs iam peragitam rem hanc iſtic ſcribere haud conabor; veruntamen ſolùm regalium materiæ terminos exponere, proùt nobis ingenij virium ius datum eſt, libellus iſte noſter feſtinat, breui ſcilicèt verborum compendio, proùt res noſtra expetit, de regalibus methodo aſſociante ſcribam.

1 (Regalia qualia ità dicta ſint.)

B Itaque (igitur iure regalia, & ſi à Rege dicantur, per ea tamẽ quę in *Iure feudali* notantur *a*, quia ſcilicèt frequentiùs orationis ſignificatu Regis verbum Imperatorem etiam denotat, ab Imperatore quoque dici, fatendum eſt, non tamen Imperialia dicenda ſunt, verùm Regalia quaſi Regia iura dicimus, & quamuis Imperatori, & ſũmo Principi propriè competant, nec alijs, niſi quibus illi expreſsè, tacitè conceſſerint, vt *Vulterius* ſcribit *b*, tamen regalia dicuntur, non verò Imperialia, & retenta vocabuli vſurpatione, ſecundùm Longobardorũ mores; qui Magiſtratum Reges habuerunt, quod nominis ad Imperatores quoque Romuleos, vna cum Italiæ Regno delatum eſt, vti rectiſſimè olim *Maximilianus* ſecundus dixerit (*Italia non habet Regem, niſi Cęſarem*) eiuſdem tamen Regis appellatione Imperatorem venire communis feudiſtarum omnium propoſitio eſt, vt *Borcholt.* poſt alios, &

C alij atteſtantur *c*, quemadmodum, & in *Iure communi*, per *Iuſtinianum*, Imperialis ſenſus, regalis vocatur *d*.

a *Ius feud. vid. in cap. vnic. §. ibi, vel Regis de his, qui feud. dar. poſſ. in c. vnic. in princ. verſ. ſi vero ad Regem ſi de inueſt. inter Dominum, & vaſallum lis oriatur in c. 1. in princ. ibi Regiæ Maieſt. ſub fine eiuſdem prin. ibi à Rege de pace tenenda, & eius violat. in c. vnico in princ. ibi coram Rege de l. Conradi in cap. vn. §. item ſi cleric. ibi à Rege de c. Conradi, et in cap. vn. ibi Rege, aut ſub Rege de allodijs.*

b *Vult. poſt alios lib. 1 cap. 5. n. 7.*

c *Borcholt. poſt alios in c. vn. quæ ſint regalia, Roſenthal. in ſynopſ. feud. c. 5. concl. 1. nu. 3. & in notat. lit. C. Vult. d. c. 5. nu. 6. §. inter hæc autem iura, verſ. dicta ſunt, Bocer. in tract. de regal. c. 1. nu. 17. et ſeq. & claß. 5. diſp. 11. th. 1. lit. B. Io. Niel. diſp. feud. 11. lib. 1. lit. A. Gothofr. Ant. diſp. feu. 3. th. 6. lit. B. Arum. diſp. feud. 4. th. 10. Arnold. de Reyger. diſp. feu. 8. th. 1. lit. A. FincKelthauſ. diſp. feud. 4. th. 1. lit. C. vbi ex pluribus legibus, tum iuris Ciu. tum etiam Iur. can. dictam aſſertionem probat, Sueuus exer. feud. 5. aſſer. 1.*

## VISIO QVINTA.

D RVrsùs regalia, ſiuè Maieſtatis iura, quidam DD. ità deſcribunt, nempè eſſe iura, ſoli Imperatori, cuiuè ipſe Imperator ea expreſsè, vel tacitè

d *Ius comm. vid. in l. fin. §. in pr. poſt med. C. de legib. et idem ſonat nomen Imperiale, ac regale vt in l. fin. verſ. ſi quis, C. de aſſeſſoribus, nec non à Zenone in l. bene 3. verſ. hoc enim, C. de quadrien. præſcript. atque hinc lex illa, qua Romanus populus omne ſuum Imperium, & poteſtatem in Imperatorem contulit, lex Regia appellatur, §. ſed, & quod Principi inſtit. de iur. nat. gen. & C. l. 1. PP. de conſt. princ. atque à Pontifice Innoc. II. ſceptrum Cæſaris ſceptrum regale dicitur inter dilectos, verſ. 3. e. de fid. inſt. & poteſtas imperial. poteſtas regalis dicitur, c. ſollicitè 6. verſ. præterea de maiorit. & obed. Georg. Schultz. in ſyn. feud. c. 7. n. 3. & 4. Sueuus exer. feud. 5. aßer. 1. & qualiter regal. ſint iura Imper. cimpet. expl. latè Horat. Montan. de reg. q. 1. & qual. em. Regibus ea compet. explic. in q. 2. ibidem latè.*

Digitized by Google

 A

citè habenda dedit, in ſignum præheminentię ad Imperij dignitatem, & vtilitatem eius conſeruandam, competentia, vel quod ſint iura Imperatoris Romani propria, vt ſignum ſupremæ eminentiæ, & Imperij dignitatis, vt *Bocerus* ſcribit *b*, vel Regalia eſſe dicas iura Maieſtatis, quæ ſunt poteſtates variæ, quibus veluti partibus Maieſtas, tanquam totum poteſtatiuum conſtat, vt *Georg. Adamus* ſcribit *d*.

a DD. *poſt alios Vult. 1. feud. 5. n. 7. Arum. diſp. feud. 4. th. 11. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 6. lit. B. verſ. definimus Iohan. Zabel. exer. feud. 4. th. 4. lit. B.*

b *Bocerus in tract. de regal. c. 1. n. 1.*

d *Georg. Adam. in ſynt. iur. feud. c. 6. Aphoriſm. 13. nu. 1.*

B

## ELVCIDATIO.

1 (Regalia qualiter, ita dicta ſint.)

Regalia (ſiuè ſint deſcribenda, iura ſoli Imperatori, cuiuè ipſe Imperator ea expreſsè, vel tacitè habenda dederit in ſignum præheminentiæ, ad Imperij dignitatē, & vtilitatem eius conſeruandam, competentia, ſiue iura Imperatoris Romani propria, vt ſignum ſupremæ eminentiæ, & Imperij dignitatis, dicenda ſint, ſiuè tandem iura Maieſtatis, quæ ſunt poteſtates variæ, quibus veluti partibus maieſtas, tanquam totum poteſtatiuum conſtare videmus, exponenda veniant: Certum eſt, regalia iura ſoli Imperatori competere, & eius propria eſſe, vt ex *Friderici Imperatoris* conſt. patet *e*, ibi (*& quæ ſpecialiter ad noſtram Excellentiam ſpectant.*) C

Ad exemplum tamen Imperatoris, regalia competunt quibuſuis Regibus, atque ſupremis principibus, vt ex *Rol. à Valle*, & *Peregr. Vult.* ſcribit *f*, cuius Regum generis ſunt *Aug. Hiſpaniarum Monarcha*, *Rex Galliæ*, *Poloniæ*, *& alij Principes Italiæ ſupremi*, Imperio non ſubiecti, vt *Georg. Schultz.* memorat *g*, eiuſdemque generis eſſe dicens, populos omnes liberos, & eos apud quos in alijs Rerum publicarum formis ſumma poteſtas eſt, licet tamen, quia regalia deſcribēdo, de *Iure comm.* nō verò ſpeciali gentiū, loquimur, idcircò principalitèr rectè ſoli Imperatori Romano attribuiſſe dicit, & licèt Imperij Electores quoque regalia quædam retineant, tamen ab Imperatore illa eos recognoſcere, ſcribit *Bocerus h*. D

Ex eo autem, quod in traditis deſcriptionibus regalia eſſe iura, quędā Imperatori cōpetentia: diximus, eruitur quàm longè ipſa regalia, quæ in ſolo iure cōſiſtunt, à regalibus feudis, quæ in corpore etiam conſiſtere dicuntur, nec in eorum definione nulla iuris, ſiuè incorporalis mentio fit, differant, vt *Borch.* & alij notarunt *i*.

2 (Et Regalium conceſſio quotuplex ſit.)

Regalium (porrò conceſſionem duplicem eſſe, expræſſam, ſcilicèt, & tacitam, nempè, quę ex pręſcriptione inducitur, vt ex pluribus *Schultz.* ſcribit k: expræſſa conceſſio illa eſt, quæ

e *Imp. Frid. vid. §. volumus de pace conſtantia.*

f *Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 14. vol. 1. Pereg. de iure & priuil. fiſc. c. 1. n. 25. Vult. 1. c. 5. n. 7.*

g *Georg. Schultz. in ſyn. feud. c. 7. n. 14.*

h *Bocer. d. c. 1. n. 5. Vult. 1. de feud. c. 5. n. 7.*

i *Borch. de feud. c. 4. nu. 12. Roſenth. in ſynt. feu. c. 2. concl. 2. n. 3. Vult. 1. feud. c. 8. n. 20. Schultz. d. c. 6. n. 10.*

k *Geor. Schultz. d. c. 7. n. 16. ex dictis Borch. in c. vn. quæ ſint reg. nu. 6. Roſenth. in ſyn. feud. c. 5. concl. 10. Bocer. de reg. c. 1. n. 5. & cap. 4. nu. 1. Vult. 1. feu. 5. n. 7. Niel. diſp. feud. th. 1. lit. D. Arnold. de Reyg. diſp. feud. 8. th. 33. Arumæ diſp. feud. 4. th. 21. iuncto Sueuo exer. feud. 5. aſſert. x.*

Digitized by Google

quæ priuilegio, vel inueſtitura inducitur, qua non ſolùm regalia fiſci, verùm etiam Maieſtatis, ſiuè maiora regalia inferioribus, & ſibi ſubiectis deferri poſſe, neminẽ eſſe, qui dubitet certũ eſt, adeò quod de omnibus regalibus, etiam Maieſtatis affirmaſſe *DD.* quos ſequuntur *Borch.* & alij, *Schultz.* fatetur *l.* In dubio autem regalium conceſſio facta, ità non præſumitur, vt conceſſo alicui caſtro, vel alio loco cum iuriſdictione, mero, & mixto Imperio, cum omni iure, & pertinentijs, regalia conceſſa non cenſeantur, vt *Schneid.* & alij atteſtantur *m*; imò in inueſtitura, de feudo regali facta, aut Regij tituli collatione, regalia, vt ab illis ſeparata, conceſſa non intelliguntur, vt *Bocerus, & alij* volunt *n*, quemadmodum nec in generali regalium conceſſione, maiora regalia venire, dicit *Sueuus o.*

Quid autem, ſi Imperator Regem creauerit, an ei regalia conceſſiſſe intelligatur, & licèt *Roſenthal.* affirmatiuè reſponderit, communi tamen *DD.* calculo negatiuam receptam eſſe opin. *Schultz.* tradit, de qua ipſe adeundus eſt *q.*

Et quando ſi quis inueſtitus fuit de pago, cum iure vectigalis, monetæ, piſcandi, & quibuſcunque alijs, non omnia regalia venire *Bocerus* ſcribit, quem cit. *Sueuus* ſequitur *r.*

Conceſſionem verò regalium, nec per teſtes probari poſſe dicimus, veruntamen ſcripturam pro documento requiri, vt *Gloſſ.* probat *s*, vndè dicitur per priuilegium tantùm, regalium conceſſionem probari poſſe, vt etiam *Gloſſ.* loquitur *t.*

Tacita conceſſio illa eſt, quæ regalium præſcriptione facta dicitur; præſcribuntur autem regalia, non tantum minora, verum etiam maiora, cumulatiuè tamen, non verò priuatiuè, vt *Roſenth.* exponit *v*, dummodo præſcriptio temporis immemorabilis ſit, vt *Schultz.* probat,



l *Borch. d. cap. vn. nu. 7. et ſeqq. Roſenth. d. c. 5. concl. 10. et 11. Niell. diſp. feud. vlt. th. 1. lit. D. Georg. Schultz. d. c. 7 nu. 17. dicens quoque, rectè quoſdam dictam concluſionẽ limitaſſe in quibuſdã regalibus, puta in iuribus indicendi bellum publicum, condemni leges vniuerſales, tribuẽdi alijs poteſtatem inſtituendi noua vectigalia, ex Bocer. de reg. c. 4. nu. 2. idem Schultz. d. l. nu. 18., et an ſi Imperator dicat, concedo tibi in hac vrbe regalia, an maiora regalia conceſſa intelligantur, eundẽ vid. ibid. n. 19. et ſeqq. eſſe arbitror.*

m *Schneid. in epit. feu. p. 2. nu. 96. et ibi addit lit. K. Bocer. d. tract. de Reg. c. 4. n. 13. Ruding. in meth. iur. feud. lib 1. c. 9. nu. 14. Ioan. Schoner. diſp. feud. 4. th. 2. Sueu. d. exerc. 5. aſſer. x. non tamen cũ ſunt regalia de feudo, et feudo annexa, quia tunc veniunt D. R. de Ponte conſ. 74. tom. 2. n. 5. aliàs ſecus n. 6. nam regalia non tranſeunt ſine priuilegio, vt D. R. de Marin. lib. 1. reſ. iur. c. 107. n. 19. atteſtatur, quando antẽ in generali conceſſione veniant, vid. D. R. Rou. dec. Neap. 6. n. 6. et qualiter regal. conceſſione, conſuet. et præſcrip. acquir. latè expl. Horat. Mont. de regal. quæſt. prælud. 5. præſcrip. ideſt immemorabili cit. Mont. d f. ex c. ſup. quibuſdam de v. f.*

n *Bocerus d. c. 4. n. 7. Sueuus d. l. Schultz. d. c. 7. nu. 24. vbi quærunt: quid ſi Imperator aliquem de Ducatu, vel Marchionatu inueſtiuerit an tacitè regalia conceſſiſſe videatur.*

o *Sueuus d. l. iuncto Freccia de ſubf. lib. 3. in 2. form. inueſt. fol. mihi 401. nu. 28. D. R. de Ponte d. conſ. 74. t. 2. nu. 3. et quid ſi conceſſio eſt de Apoſtolica plenitudine, vid. eundem ibid. nu. 4. nunquam tamen cenſentur ea conceſſa, quamuis conceſſio generalis ſit, idem ibid. n. 12.*

p *Roſenth. d. c. 5. concluſ. 13. n. 1.*

q *Schultz. d. c. 7. n. 26.*

r *Bocer. d. c. 4. Sueuus d. l. et an poſſit Rex concedere regal. Regn. ſui exp. Horat. Mont. de reg. q. 4.*

s *Gloſ. in Regni Conſt. ſi dubitatio de probatione per inſtr. per tex. in l. expreſſam PP. de excuſ. tutorum in lit. d. fol mihi 211. lin. 41. 1. col.*

t *Gloſſ. in d. Regni Conſt. ſi dubitatio fol. mihi 210. linea 63. et an regal. conceſſa retineant natur. regalium pœnes ceſſionar. poſt Andr. in d. c. vn. de reg. verb. angar. explic. Horat. Mont. ſup. cit. in quæſt. 6. et 7.*

v *Roſenth. d. c. 5. concl. 18.*

Digitized by Google

*x*, præſcribi autem illa regalia, quæ in ſignum ſubiectionis, & dominij vniuerſalis reſeruata ſunt, nullo tempore, nec immemorabili poſſe, ſcripſerunt, poſt alios *Sueuus*, & *Schultz. z.*

Et quod regalia immemorabili tempore præſcribantur, ex *Gloſſ.* in *Regni conſtit.* etiam probatur *a*.

Ex quo verò ſup. in dictis deſcriptionibus, diximus Imper. & Regi regalia in ſignum ſupremæ eorum eminentiæ, & pro Imperij vtilitate competere, ex regalibus, vt quædam Imperatoris ad dignitatem, eiuſque ſupremam authoritatem, & præheminentiam magis, quàm vtilitatum concernantia ſint, quædam alia, magis ad vtilitatem Imperatoris, eiuſque fiſcum, quàm perſonam ipſius, atq; præheminentiam ſpectent, inducitur, vt *Vult.* & *Bocer.* poſt alios, exponunt *b*.

Vndè eſt, quod *DD.* regalia diſtinguant, nempè, vt ex ijs quædam maiora, alia verò minora ſint *c*, vel vt *Bocer.* diſtinguit, in regalia Maieſtatis, & fiſci *d*.

Maiora (ſiuè potentiora, vt *Mozz.* dixit, ſiuè Maieſtatis regalia, illa dicuntur, quæ perſonæ Principis adherentia, ſiuè coronę annexa ſunt, vt Author damnatę mem. explicat, & *PrucKm.* ſcribunt; Merè regalia, vt *Zaſius* loquitur, oſſibus Principis inhærentia, vt *Vveſenbec.* exponit *e*, perſonaliſſima, & ſacra ſacrorum à *Sixtin.* dicta item ſunt *f*, ad Imperatoris immediatam poteſtatem, dignitatem 3 (Maiora regalia, quę nam ſint latè expon. & minor. expl.)

*x Schultz. d.c.7.nu.29. nec in ea ſcientiam, et Imperatoris patientiam requiri ſcribit ex DD. communi opinione, idem ibid. n 29. et quid in foro Saxonico, nu 30. an etiam tempus immemorabile requiratur, dicens quod ſic iunct. Sueu. d.l.*

*z Sueuus d.l. Schultz. d.l n.31.*

*a Gloſ. in d. Conſtit. Regni ſi dubitatio d. col. d. fol. 75. et ſeqq. et licet ob Regis noſtri abſentiam, præſcriptionem in bonis Regis non currere dicatur, tamen dicta propoſitio loquitur de præſcriptione triginta annorum, de qua in § ſi quis per 30. ſi de feu def. etc. mentio fit, vt ex Conſiliario de Georg. Dom. Reg. de Marin. lib. 1. V. R. I. c. 214 nu. 13. ſcribit, non verò de præſcriptione centenaria, ſiuè immemorabili, ita, vt, et ſi Regalia in Regno, abſque titulo, et conceſſione expreſſa retineri et poſſideri non poſſint, vt latè Afflict. in c. vn. quæ ſint regalia, et patet in Regni Conſtit. quia frequenter vbi Andr. et latè Affl et licet idem Andr. in d. conſt. ſi dubitatio col. 3. dicat, quod ſcilicet ſine expreſſo priuilegio regalia non tranſeant, tamen dicta præſcriptione centenaria, ſiuè immemorabili rectè dicta cōceſſio probatur, dixi centenaria, ſiuè immemorabili, quia idē quaſi, reſpectu effectus, eſt dicere centenariā præſcriptionē, ac præſcriptionē cuius initiū in hominū memoria non eſt, ſecundū D. R. de Marin. ad hunc ſenſum propriè loquentē d.l. 1. reſ. I. c. 107. n. 19. in fin. dicens quoq; hanc cētenariā vim priuilegij habere ex l. hoc iure §. praterea de priuilegijs et ideo ex dicta cētenaria, cōceſſionē regaliū rectè probari ſcribit, ac in terminis allegat Affl. in d. tit. quæ ſint regalia in verbo angaria, et in d. conſt. quia frequenter col 2. et gloſ. quam communiter approbatam refert in c. peruenit de cenſibus, et Andr. in d. Conſt ſi dubitatio col. 3. fol. 159. vbi Gloſ. ſup cit. quomodo autem centenaria iſta probetur idem D. Reg. ibid. nu. 23. docet, ſe remittendo ad dicta Gloſ. in cap. 1. de præſcriptionibus, iuncto latè Io. Omot. de vſucap. §. 1. de ſpec. præſc. nu. 30 et ſeqq. et nu. 33.*

b *Vult. 1. feud. 5 n. 7. Bocer. poſt alios de reg. c. 1. n. 10. et ſeq.*

c *DD. ſunt Borch. in cap. vn. quæ ſint regalia nu. 3. Roſenth. in ſynopſ. feud. c. 5. concl. 2. Obrecht. de feud. lib. 2. c. 3. n. 95. Vult. 1. feud c. 5. n. 7. Niell. diſp. feud vlt. th. 1. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 6. et ſeq. Zabell exerc. feud. 3. th. 4. Georg. Adam. in ſynt. feud. cap. 6. Aph. 13. nu. 4. Sueuus exercit. feud. 5. aſſert. 1.*

d *Bocer. d. reg. 22. nu. 4. et ſeqq. et claſſ. 5. diſp. 11. th. 2. Ioan. Schoner. lib. 1. diſp. feud. 4. th. 4. Arnold. de Reyger. diſp. feud. 8. th. 3.*

e *Mozz. de feud. tit. de natural feud. num. 25. verſ. quartò ſi illuſtri, Author damnatæ memoriæ ad conſuet. Pariſ tit. 1. §. 1. PrucKm. ad rub. quæ ſint reg. c. 5. n 98. Zaſ. conſ. 16. nu. 46. lib. 2. Vveſenbec. conſ. 60. nu. 31. de quibus ſcil. regalibus, Principis oſſibus in fixis, loquitur D. Reg. Rouit. dec. Neap. 72. n. 23. et quæ nam ſint regalia reſeruata ſupremæ dignitatis coronæ, ſiuè maiora reg. expon. Horat. Mont. d.l. q. 3.*

f *Sixtin. de regal. l. 1. cap. 2.*

Digitized by Google

A tum, & præeminentiam attinent, vt *Borch.* & alij diſplicant *g*, & ſecundùm veriorem explicationem, regalia maiora dici illa iura, quæ regimen, & ſtatum ipſum Reipublicæ concernunt, vt *Georg. Adam.* teſtatur *h*.

Minora, ſiuè fiſci autem regalia, ſunt propria fiſci iura, quæ ad eiuſdem augumentum ſpectant, vt *Borch.* & alij ſcripſerunt *i*, vel dicas, eſſe commoda, & emolumenta, quæ ex bonis publicis, vel aliàs ratione Imperij, aut territorij ab Imperatore, aut Principibus percipiuntur, vt *Adam.* dixit k, ſiuè, vt *Sueu.* ſcribit, regalia eſſe iura ſubſidiaria, ſaltem Supremę Maieſtati ad eandem ſplendidius conſeruandam, ſiuè iura fiſci, de quibus mentio in *Iure feudali* fit *l*, ſiuè minora regalia dicas eſſe, omnia fiſcalia, & Regis patrimonialia, vt *Andreas in conſt. Regni* inquit *m*.

B Prioris ſc. generis, quæ ſupremam Imperatoris eminentiam concernunt ſunt ea, quæ Imperator, vel alius ſupremus Princeps exercet, quæ vel circa perſonas, vel etiam circa res, eſſe videntur.

4 (Maiora regalia, quę ſumm. Princeps circa perſonas exercet exponuntur)

C Circa perſonas regalia, quæ Imperator exercet ea videntur, quæ ſcilicèt ex iure conferendi dignitates ſoli Imperatori competunt, nempè Reges, Principes, Duces, Comites, Barones, & nobiles creandi, quorum exempla tradit latè *Sueuus* in Regibus *Poloniæ*, *Vngariæ*, *Daniæ*, *Bohemiæ*, *Ducibus*, & *Principibus*, *Cliuiæ*, *Sabaudiæ*, & in pluribus alijs, de quibus illum latè adeundum eſſe exiſtimo *n*, ipſe namque Imperator omnium dignitatũ nobiliſſimus fons dicitur, vt in *Iure ciu.* legitur *o*, nobilitatis riuulos, in totum orbem diffundere, ad eundem per conſequens attinebit, imò ab eius Cæſarei throni fulgore, veluti ex ſole radij, cæteræ ſiquidem dignitates prodeunt, vt primæ lucis integritas, memorati luminis non ſenſiat decrementa, vt ex ore *Imperatoris Friderici Secundi*, *Dn. Reinhing.* ſcribit *p*.

g *Borcholt. in c. vn. quæ ſint regal. n. 3. Roſenth. in ſyn. feud. c. 5. concl. 2. n. 2. Obrecht. de feu. l. 2. cap. 3. num. 96. Bocer. d. reg. d. c. 2. n. 6. et d. claſſ. 5. diſp. 11. num. 3. Niel. diſp. feud. vlt. th. 2. Sueuus d. exerc. 5. aſſert. 1. circa med.*

h *Georg. Adam. in ſynt. iur. feud. Aph. 13. n. 4.*

i *Borch. in d. c. vn. n. 5. Obrecht. d. l. 2. c. 3. n. 98. Vult. 1. feud. 5. nu. 7. §. minora regalia Bocer. d. tract. de reg. c. 3. nu 6. et claſſ. 5. diſp. 11. th. 21. Niell. diſp. feud. vlt. th. 3. Hinc dicitur omnia iura fiſcalia de regalib. cenſeri, vt probant Petr. Greg. Geor. Bouadill. et alij relati ab Amaya in com. ad tit. C. lib. 10. de iur. fiſci ad rub. nu. 24.*

k *Georg. Adam. d. cap. 6. Aph. 13. n. 5.*

l *Ius feu. vid. in c. vn. quæ ſint reg. Sueuus d. aſſert. 1. Vult d. c. 5. n. 7. §. minora regalia.*

m *Andreas in conſt. Regni ſcire volumus de iuribus rerum regalium.*

 Ius

D n *Sueuus exerc. feud. 5. aſſert. 2. iunctis Borcholt. in d. cap. vn. quæ ſint regalia nu. 4. Matth. Stephan. in tract. iuriſdict. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 70. et ſeq. Roſenth. in ſynopſ feu. c. 5. concluſ. 2. n. 3. lit. B. poſt alios Vult. lib. 1. feud. c. 5. n. 7. §. hæc ſunt verſ. ſunt illa Bocer. de regal. c. 2. n. 57. et ſeq. et d. claſſ. 5. diſp. 11. th. 3. lit. B. et C. Schoner. diſp. feud. lib. 1 diſp. 4. th. 19. lit. D. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. th. 6. lit. D. Zabel. exercit feud. 4. th. 4. lit. C. idque in iure feud. probatur in toto tit. de feud. March. etc. et in c. vn. quis dicatur Dux, etc. in quibus quidem, et ſi de Baronibus nulla mentio fiat, nihilò tamen minus, cum ibi de cæteris dignitatibus, quæ cum feudis conferuntur, diſponatur, idem quoque de Baronia, et Baroniæ feudo intelligi debebit, per ea, quæ Iacobin. de S. Georg. ſcribit de feud. in verb. Carolus Dux, verſ. quid ſi Rex n. 10. iunctis Zaſ. in epit. feud. p. 5. nu. 29. Schenc. Baro à Tautenberg. ad d. tit, quis dicatur Dux, et in c. 2. feudor. x, imò conſimilĕ cum Comitibus, ipſos Barones dignitatem habere ex communi feudiſtarum opinione Georg. Schultz. teſtatur in ſynopſ. feud. c. 7. n. 59. iuncto Beſoldo Colleg. politic. claſſ. 1. diſp. 3. cap. 13.*

o *Ius ciu. vid. in l. 3. PP. de natalib. reſtit. Georg. Adam. in ſynt. iur. feud. c. 6. Aph. 14. n. 3.*

p *Dn. Reinhing. de reg. ſecul. et Eccl. l. 1. cl. 5. c. 6. nu. 64. quem refert, et ſequitur cit. Vult. d. loc. vbi de principibus quibuſdam nouiter in Imperij conſilium aſſumptis in receſſu de anno 1654. Ratis bonæ ſancita ſunt, de quibus ipſe latè vid.*

Digitized by Google

Ius creandi Comites Palatinos etiam ad hæc regalia maiora, circà perſonas competere dicimus, cum ſcilicèt ipſe Imperator iura quædam Regia, dictorum Comitum creatione exercere videatur, vt *Sueuus* ſcribit *q*.

Nobiles creandi quoque ius regale dicimus, & quod ipſi Imperatori, ſiuè alio ſupremo Principi tantùm competat, per ea, quæ in *Iure ciuili* notantur, patet *r*.

Tantò magis, quia Reipublicæ non nocet, ſed potius intereſt, plures in ordinem nobilium cooptari, ſiuè aggregari dignos, vt ſcilicèt præclara ingenia ad bene merendum excitentur; honor namque artem alit, fouet, excitat, roborat, atque conſeruat, vt poſt *PrucKman.* tradit *Matth.Stephan. s*.

Ad maiora regalia, quæ circà perſonas Imperator, ſiuè alius Princeps exercet, ius eſt creandi Notarios, Doctores, pronunciandi Licentiatos, Magiſtros, Baccalaureos, & Poetas Laurea coronandi, vt poſt alios *Vulteius* tradit *t*

Si-

*q Sueuus d. loc. iuncto Schultz poſt alios in ſynopſ.feud.c.7.nu.66.dicens iſtos à Comitibus Palatin. qui Imperij Principes ſunt, multùm differre n.67.et quæ nam ſit eorum poteſtas n. 68. ſcilicet ſpurios legitimãdi Doctores, et Notarios creandi.*

*r Ius ciu. vid. in l.ſacrilegij 5. vbi DD. C. de diuerſ.reſcript.in l.fin §. viri autem illuſtres 2. C.vbi ſenat.vel claris.et l. nemini 3. C.de conſulib.cum alijs concordant. Matth. Steph. d. lib. 2. pag.1.c.1.membr.1.nu.74 et ſeq. Roſenth.d c.5 concl.2.n 4. lit.L Vult poſt alios 1. feud. 5.n.7.§.hæc ſunt verſ.nobilitare Bocer.d.c.2.nu.7.et d.claſſ.5. diſp.11 th 2. lit.B.Niell.diſp.feud.vlt.th.2.lit.B.Schoner.d.diſp.4.th.19.lit.F.Gothof.. Anton.diſp feud.3.th 6.lit.I.Zabel.exercit.feud.4.th.4.lit C.Georg.Adam.d.c.6. Aphor. 14.Peter.Frize de nobilit.concl.20.lit.A.*

*s Matth.Steph.d.lib.2 pag.1.membr.2.n.89.et ſeq.iuncto Roſenth.d.c.5.concl.2.n.4.lit.L.*

*t Vult. d. c.5.n.7.§.hæc ſunt generis, verſ.creare DD. Bocer.in tract.de regal c.2.n.246.Niel. diſp feud.vlt.th 2.lit.G.Zabel.d.exerc feu.4.th.4.lit C. Arum.diſp.feu.4.th 13.ſub fin.Matth. Stephan. d l.2.pag.1.c.1.membr.2.n.84. Borcholt.in d.c.vn.quæ ſint regalia, quemadmodum, et Palatinis Comitibus poteſtatem hanc creandi DD. Tabelliones, et coronandi Poetas conferre poteſt, quæ omnia ex tenore inueſtituræ dependere exiſtimatur, vt in c.porro 7.ext.de priuil.vnde tenor priuilegij inſpiciendus arg. legis diligenter PP. mandati, et eo magis, quia poteſtas ſtricti iuris eſt, et latam interpretationem non admittit vt Andr.Gail.ſcribit lib.2.obſer.142.n 3.in fin quem ſequitur Schultz. in ſynopſ. feud c.7.nu.68.et vtrum DD.ſiuè immediatè ab Imperatore, ſiuè à Comite Palatino creati, quos bullatos dicunt, vt Sueuus atteſtatur d.loc.iiſdem priuilegijs gaudeant, quibus gaudent illi, qui in Academijs, et Vniuerſitatibus priuilegiatis ſolenni ritu creantur, vid. Schultz.d.c.7.n.70.affirmatiuam ſententiam aſſequentem, quod ſcilicèt DD.ab Imperatore, vel eius vice, et loco à Comite Palatino creati priuilegijs in Academijs DD. promotorum gaudeant, maximè ſi præmiſſo prius rigoroſo examine candidatus, ipſiuſque ſcientia, et eruditio, quæ de DD. eſſentia eſt, explorata, ita ſummis iſtis honoribus digna fuerit deprehenſa, vt idem Schultzen. ex l magiſtros 5.C.de profeſſoribus, et Medicis ſcribit, et quod DD.priuilegijs nobilium gaudeant, probatur ex l.excuſantur 2.ſub fine, ibi Vlpian. nobilis, et l. diximus 4 ſub fine, nobiliſſimus vocatur PP. de excuſationibus l.prouidendum 7. in princip. ibi quos in foro, aut meritum nobiliſſimos fecerit, aut vetuſtas. C.de poſtulando l.nobiliores 3.C.de commercijs Nou.117.*

*c quia vero 4. l. aduocati 14. C. de aduocat. diuerſ.iudic.auth.habita, C.ne filius pro patre, et in iure canon. nobiles quoque, et litterati pro DD. accipiuntur in cap. de multa 28.verſ.circa ſublimes tamen, et litteratas perſonas x.de præbend.et dignitat.ib.idque confirmat, quod inuictiſſimus Carolus Quintus in Comitijs Auguſtanis de anno 1548. et Rudolphus 2.in Comitijs franco furtanis de anno 1577.leges veſtiarias promulgantes DD.in Nobilium medio, et Comitum collocauerint, et ijs eorumque vxoribus, non ſolum eundem veſtimentorum ſplendorem, quem nobilibus, ſed etiam poteſtatem, aureas catenas, et annulos, aliaque ornamenta ſecundum eorum conditionem geſtandi apertè, et indiſtinctè meritiſſimè largiti fuerint, vt Georg. Schultz.recenſet d.c.7.nu.71. Doctoratus namque dignitas eſt, vt peritiſſimus Dom Conſ.Nicolaus Gizzarell.in dec.Neap.10. n.2.probat vbi Ang.in addit.n.24.et Mele ibid.n.9.et per Doctoratum nobilitatem acquiri, idem Mele ibid.n.15.ſimiliter DD.Illuſtres perſonæ dicuntur, vt idem Mele poſt alios ſcribit, et latè, vid.Thor.in compend.dec.Regn.in uerb Doctor.et de eor.priuilegijs vid.citatum Mele in d.addit. ad d. dec.10 à num.3.uſque ad nu.27.iuncto latiſſimè Mutio Recco in ſpec.tract.de priuil.Doct. Neap.vbi latè comment. priuil. Reginæ Ioannæ ſecundæ almo Collegio Neap.conceſſum, et quod filijs eorum eadẽ priuilegia conferantur, latè Ang.ad d.dec.x.n.4.explicat, et ampliat, ſimiliter, idẽ*

Digitized by Google

A Similiter inter maiora regalia, quæ circá perſonas Summus Princeps exercet, ius, ſiuè poteſtas eſt tribuēdi adoleſcentibus veniam ætatis, ideſt, ius legitimæ ætatis, vt ſcilicèt ipſi adoleſcentes, & ſi minores ſint, liberè tamen abſque curatorum interuentu bona ſua adminiſtrare, & cum alijs legitimè contrahere poſſint, vt in *Iure ciuili* expreſsè habetur x, & iſtam quidem ætatis veniam ab Imperatore tantùm, nec à Senatu, ſiuè Senatoribus, vel Populo

*procedere in filijs legitimis, etiam patre mortuo, nempè priuilegium patris Doctoris ad filios tranſire cit. Mele declarat, et probat ex dictis Barboſæ in l. quia tale n. 37. PP. ſoluto matrimonio fol. 157. nobilem tamen accidentalē dicendum eſſe illū, qui ſola dignitate doctoratus ſplendet, dicit Mari ad d. dec. x. n. 1. per ea, quæ DD. tradunt in l. 1. C. de dignitatibus lib. 12. in Regno autem iſto Neapolis doctorandi, ſiuè ad doctoratus inſignia promouendi poteſtas, ad magnum Regni Cancellarium ſpectat, qui etiam quandoque præter DD. de Collegio opinionem iudicare in doctoribus promouendis poteſt, vt*
B *Marinus Freccia in lib. 1. de ſubfeud. tit. de offic. magni Cancellarij, n. 7. ſcribit, nempè præter Doctorum de Collegio opinionem, qui teſtium loco in dicta doctoris promotione habentur, ut idem Freccia ibidem exponit, ità quod magnus Cancellarius poſſit alibi doctoratum examinare, ipſumque ſi idonenm non adinueniat reprobare, ut idem Freccia ibidem n. 9. 10. et 11. exponit, idque Archiepiſcopus Capuanus cum tempore Caroli magni, Cancellarij inſignia in hoc Regno exerceret, iterum, Doctores per Collegium graduatos, approbatos, atque doctoratos examinabat, et multoties, dicta approbatione non obſtante, doctoratos per Collegium reprobabat, ſecundum ea, quæ recenſet Capyc. dec. 178. nu. 2. ad hoc allegans Bartolum, idemque atteſtatur Freccia d. loc. n. 9. in fin. et alij quos allegat Dom. Reg. Rou. in comment. ad prag. Neap. in rub. de ſcolarib. doctorand. etc. nu. 15. licet Bartolum allegatum à Capyc. hoc non dicere ſcribat. Poteſtatem verò iſtam magno Cancellario à Rege tributam eſſe dicimus, ità quod ex dicta conceſſione in hoc Regno Neap. Doctores creandi, et ad dignitatem promouendi facultatem habeat, vt idem Freccia ibid. n. 13. declarat; Et quod Rex ſolo verbo Doctores creare poſſit, ibid. n. 14. exponit; De requiſitis autem, et de cæteris doctoratus inſignis latè vid. cit D. R. Rou. d. rubr. de ſcolarib. etc. et in prag. 5. et 7. eiuſdē tit. cuius officij munus, hodie in perpetuū cōceſſum*
C *à recolenda memoria Filippi 4. Hiſp. Monarchæ, ob merita obtinuit Excell. Dom. Franciſcus Maria Caracciolus Abellinentium Princeps, tum pacritia nobilitate, qua per tot inclitos Heroes fulget, tum etiam ob animi peritam felicitatem, nominandus, laudanduſq;. Quod diximus Notarios creare Imperatori, vel Summo Principi competere, de regalibus eſſe Andr. de Iſer. ſcripſit in l. Imperialem, §. ſcriba in fin. de prob. feud. alien. per Frid. et in c. 1. verb ad iuſtit. expedien. n. 68. quæ ſint regalia, nec non in Regni Conſtit. incipiente in locis demanij iunct. Luc. de Penn. ad l. 1. C. de tabul. lib. x. n. 2. in Regno autem iſto Neapolis poteſtas iſta, quæ Regi tantùm, nec alijs competit, eius vice, à Prothonotario, vel eius loco, à Vice Prothonotario exercetur, vt latè declarat Dom. Reg. Tappia lib. 2. iur. Regn. rub. 39. de offic. notariorum, eandem notarios creandi poteſtatem, alijs à Rege communicari poſſe, ex doctiſſimo Carauita ſup. rit. M. C. V. huius Regn. Neap. 166. ſub n. 9. cōſtat; vndè nō ab re hæſitauit Capyc. in addit. ad d. §. ſcriba verſ. et quamuis Andreas, ſi illa fuerit Baronibus communicata, dixitque Seſſe dec. 83. nu. 27. quorum propoſitionem de generalibus tabellionibus ad inſtrumenta ſtipulanda intelligendam eſſe Cancer. lib. 1. var. reſol. tom. 2. c. 2. n. 53. exiſtimauit, quod in Regno iſto locum vindicare dicta*
D *ſententia nullatenus poterit; Cum poteſtas iſta ad Reges tantùm, vel eius vice, ad Prothonotarium, cuius nomine hanc exercet authoritatem Regni Viceprothonotarius, vt cit. Tap. d. lib. 2. iur. Regn. rub. 39. n. 3. declarat iuncto Danza tom. 1. de pugn. DD. c. 1. de inſtrum. n. 30. et latè poſt alios de notarijs hoc in Regn. vid. D. Carolum Petra ſup. rit. M. C. V. 188. nu. 3. et ſeqq. et in Rit. 166. n. 5. et ſeqq. poſt D. Reg. Rouit. in com ad Regn. prag tit. de notarijs.*

x *Ius ciu. vid. in l. 1. in prin. ibi à principali Clementia in l. omnes 2. in princ. ibi ſuper hoc Imperiali auxilio, et §. vlt. ibi à principali in l. eos qui 3 in princ. ibi à principali Clementia, et in l. vlt. ibi, quæ ab Imperiali beneficio, C de his qui veniam ætatis impetrauero. Sixtinus de regalib. lib. 1. c. 2 n. 22. Matth. Steph. d. lib. 2. pag. 1. c. 1. membr. 2. n. 137. Roſenth. d. c. 5. concl. 2. n. 4. lit. I. Vult p. feud. 5. n. 7. §. hæc ſunt, verſ. veniam ætatis Sueuus d. exerc. 5. aſſert. 2. Bocer. d. c. 2. n. 131. et d. claſſ. 5. diſp. 11. th. 4. Arum. diſp. feud. 4. th. 13. verſ. veniam ætatis dare, et huius beneficij eam vim, et effectum eſſe, vt minor qui ætatis veniam impetrauit, à curatoris authoritate liberetur, rerumque ſuarum adminiſtrationem liberam acquirat, itaùt in omnibus pro maiore exiſtimandus ſit, vt in l. ſi actor 10. C. de appellat. et in l. vlt. C. ſi maior factus alien. fac. ſine decreto, ità vt nec læſus in integrum reſtituatur, vt in l. 1. et ibi Bart. C. de his, qui veniam ætatis, etc. non tamen ſine Iudicis decreto res ſuas immobiles alienare, neque*

Digitized by Google

pulo concedi poſſe, *Bartolus*, & alij atteſtantur *v*; venia autem iſta cum impetratur, in ijs tantùm contractibus vim habebit, quos poſt dictam impetrationem pupillus geſſit, non verò in illis, quos ante dictam impetrationem minores geſſerunt, ſe extendit, cum in ijs minorum iura, veniæ ætatis nulla habita ratione, poſtea impetratæ, cenſeantur, vt per ea, quæ in *Iure ciuili* notantur *Geor. Schultzen*. tradit *a*.

Nec Imperatoris, ſiuè alterius ſupremi Principis ſecularis regale illud ius abſoluendi à iuramento ad effectum agendi, vel excipiendi eſſe dicimus, cum hoc ſoli Pontifici Romano, atq; Eccleſiaſticis Curijs, ab eodem dependentibus tributum ſit, nec ab alijs, niſi ab Eccleſiaſtico Iudice illam abſolutionem obtineri poſſe, per ea, quæ in *Iure can.* expreſsè habentur *DD. canoniſtæ* probant *b*.

Ius famæ reſtituendæ inter maiora regalia, quæ *Imperator*, ſiuè ſummus Princeps circà perſonas exercet, compræhendimus, quod ius tantùm Imperatori, ſiuè alij ſummo Principi, ſuperiorem non recognoſcenti competere *Iure ciuili* probatur, & ex hac famæ reſtitutione, quam Imperator, vel alius ſummus Princeps indulget, omnis pe-

nitùs

*hypotecare eos poſſe patet per tex. in l. pen. C. qui veniã ætatis, etc. et in l. vl. C. ſi maior factus alien. etc. niſi Princeps etiam alienationem eidem minori, cui veniam ætatis indulget, nominatim promiſerit per tex. in l. requirendum 2. C. quãdo decreto opus non ſit, vel ſi ex partiũ conuentione, contractui vẽditionis adiecta, fundus aliquis venditus retrouẽdendus fuerit, per ea, quæ in l. 1. C. quando decreto, etc. habentur, Bocer. d. cap. n. 134. tradit.*

v *Bart. in l. non ambigitur, & ibi Alex. poſt Bart. circa med. PP. de legib. & in l. omnes populi in 3. q. princip. in verſ. ſi verò fierent in cauſ. maior. PP. de iuſt. & iure, Bald. in l. 1. paulò poſt princ. C. de iur. annulorum.*

a *Schultz. d. c. 7. nu. 80. in fin. per tex. in d. l. 1. C. de his qui veniam, etc. & d. l. fin. C. ſi maior factus etc. quando autem ætatis iſta venia impetrari à minore poſſit, vid. Gloſ. in Regn. Sicil conſtit. minor. iura lin. 29. fol. mihi 166.*

b *DD. Canoniſtæ ſunt Abb. Panormitanus, Felin. & alii in cap. cum ſit 8. nu. 6. & ſeqq. de foro compet. in c. adminiſtrationis 1. nu. 15. 21. & ſeq. de iure iurand. in c. præterea 2. n. 28. & ſeq. de ſponſalib. & alii quos recenſet Berlich. par. 2. concl. practicabilium 44. nu. 4. & 9. quidquid in contrarium, & quidem non rectè dixerint, poſt alios Borcholt. in c. vn. quæ ſint regalia n. 4. Vvlt. 1. de feud. c. 5. n. 7. §. hæc ſunt verſ. abſoluere à iuramento Bocer. in tract. de regal. c. 2. nu. 135. & d. claſ. 5. diſp. 11. th. 6. Mynſing. cent. 6. obſer. 99. nu. 2. & ſeq. & alii, quos recenſet, & ſequitur, & eorum dicta, ex eo, quod magiſtratibus ſecularibus iuramenti abſolutio iure ciu. Rom. competere videatur, probat Georg. Schultz. d. c. 7. n. 83. per tex. in l. Imperatores 38. PP. ad municipalem in l. fi. de remilitari, l. agere 6. in fin. PP. de iur. patronatus l. 1. §. 1. C. qui milit. poſſ. lib. 12. & quidquid in contrarium quoque Sueuus dixerit d. aſſert. 2. nempè hanc poteſtatem relaxandi, ſiuè iuramẽti abſoluendi Imperatori tantùm competere, licet Pontifices Romani cõſentientibus, & indulgẽtibus nimiũ Imperatoribus ſibi attribuerint, haud tamẽ rectè loquutũ fuiſſe patet, cũ eius dictũ, rationũ argumẽto conſentaneum non videatur, etenim non quidẽ Pontifices hoc ius ſibi vſurparũt, verũ quia legitimo iure ad eos tantũ, cõpetit ità, dicimus iuramẽta enim cũ non ſolum ad fidei cuſtodiam, verum ad Dei religionem obſeruandam pertineant, idcircò ipſam Eccleſiam, ſiuè Pontificem, ſiuè Iudicẽ Eccleſiaſticum pro eiuſdem abſolutione obtinenda adeund. eſſe exiſtimo, vt cõmuni voto Canoniſtæ, nec quidẽ ab re teſtãtur in c. nouit x. de iudic. & in c. cum cõtingat x. de iur. iur. atteſtantur, quos poſt alios recenſet, & ſequitur Fach. lib. 3. controu. c. 13. nec à Iure ciuili pro dictæ contrariæ ſententiæ probatione arguendum erit, nempè magiſtratus à iuramento abſoluere poſſe, nam nulla religio chriſtiana, quæ hodiè in iuramento, quo, vt Chriſti fideles ſpopondimus, in Iure ciuili Romanorum aderat, verum quia ſola fides, quæ de iure naturali, & publico cuſtodienda erat, in illo iuramento deducebatur, quæ quidem cum maculabatur, ius naturale, & publicum lædebatur, idcircò nè in caſu controuentionis, fidei maculatio ſequeretur ad Magiſtratũ pro abſolutione adeundum eſſe Iure ciu. ſtatutum fuit, quod quidem ſecus eſt hodie de Iure canonico, cum ipſi iuramento præter fidei cuſtodiendæ obligationem, ipſa ſacramenti, ſeù iuris iurandi per Deum verum addita qualitas ſit, & idcircò ad Iudicem Eccleſiaſticum pro eiuſdem abſolutione adeundum eſſe, rectiùs dicitur.*

Digitized by Google

nitùs præcedentis maculæ abolitio ſequitur, ità quod, etiam ſi condemnatus ſit, qui criminis rursùs ſubditus eſt, ac proindè infamis videatur, dicta reſtitutione impetrata, nomen iuſti, atque boni viri acquirat, vndè nulli liceat eum iniuriare, vel infamia eundem deturpare, abſque eo, quod iniuriarum actione non teneatur, vt ex eodem *Iure ciuili* probatur *c*, quæ quidem poteſtas, ità ſuprema eſt], vt cum immortalis, & recolendæ memoriæ *Inuictiſſimus*, *atque ſemper triunphator Carolus Quintus* omnia iura Senatui Mediolanenſi largiretur, duo reſeruauerit; Primò, ſcilicèt nè delictorum veniam concedere valerent, ſecundò, nè ſalui conducti literas,
B ſiuè pacis publicæ res dare poſſent, proùt ex *Bodin. Matth. Stephanus* recenſet *d*.

Eandem quoque famæ reſtitutionem Principem inferiorem indulgere poſſe, illa tamen reſtitutio in illius Principis tantùm territorij ditione vim habere ex argumento eorum, quæ in *Iure ciuili* notantur, poſt alios *Bocerus* ſcribit *e*.

Huic iuri famæ reſtituendi inter regalia maiora, quæ ſummus Princeps exercet adſcripto delictorum, ſiuè criminum abolitio cohæret, quæ quidem etiam ſummi Principis tantùm eſt, per ea, quæ in *Gloſ.* habentur *f*, nec ad alios inferiores Principes, ſiuè Barones, ſiuè alios, ſuperiorem recognoſcentes iure ſpectabit, vt *DD.* tradunt *g*,
C ex eo ſcilicèt, quia committere crimina, & peccata, eſt contrà legem; ſed Comites, & Barones, alijque ſuperiorem recognoſcentes, non poſſunt legem derogare, ergò nec crimina remittere, vt poſt alios, peritiſſimus *Dom. Reg. Scipio Rouitus* ſcribit *h*.

In Regno tamen hoc Neapolitano, quicquid de *Iure communi* Barones, alijque, ſuperiorem recognoſcentes, delicta abolere nequænnt: ex forma tamen, & tenore inueſtiturarum, etiam Barones delictorum gratias facere, & pœnas commutare poſſunt, dummodò tamen ante latam ſen-

c *Ius ciu. vid. in l. 1. §. de qua autē 10. PP. de poſtulando in l. 1. in fin. PP. de quæſtionib. in l. ſubrogatus 4. ſub fine PP. de pœnis in l. 1. in l. cum indulgentia 10. C. ſentent. paß. & reſt. & in l. 1. C. de natal. reſtit. Borchold. in d. cap. vn. quæ ſint regal. num. 4.*

*Matth. Steph. de iuriſd. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2 n. 123. Sixtin. de regal. lib. 1. c. 2. n. 21. Roſent. in ſyn. feud, c. 5. concl. 2. nu. 4. lit. C. Bocer. de regal. c. 2. nu. 113. iuncto n. 115. & ſeq. & claſ. 5. diſput. 11. th. 3. lit. I. Arum. diſp. feud. th. 3. Sueuus exerc. feud. 5. aſſer. 2. Niell. diſp. feud. vlt. th. 2. lit. D. Gothofr. Anton. diſp. feu. 3. th. 6. lit. I. Zabel. diſp. feud. 4. th. 4. lit. C. Vveſenbec. in parat. PP. ſententiam paß. & reſtit. n. 2. dam. mem. Petr. Heig. p 2. q. 22. n. 21. & ſeq. & alij.*

d *Matth. Steph. d. l. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. n. 128. quem refert, & ſequitur Geor. Schultz. in ſynopſ. iur. feud. c. 7. n. 91. vbi qualiter Imperator in Comitiis ſpirentibus anno 1526. habitis, cuilibet magiſtratui in ſeditione ruſticorum ſpecialitèr indulſerit, etiam proponit.*

D e *Bocer. poſt alios in d. tract. de regal. c. 2. n. 115. vbi ſub fine ſubiicit, quod, & ea fama, quæ à Ciuitatis ſtatuto, vel Collegii imminuitur ab eadem Ciuitate, vel Collegio reſtitui poſſe, ex arg. legis 1. §. de qua autem 10. & ibi DD. PP. de poſtuland.*

f *Gloſ. in l. 2. C. de in ius vocando in l. qui vltro, vbi Bart. PP. de quæſtionib. in l. relegati PP. de pœnis iunct. Tiraquell. de pœn. tempor. in præf. n. 2. Cacher. dec. 101. Iul. Clar. pract. crim. q. 6. nu. 15. cum ſeqq. itaùt Regina, ſiuè Auguſta etiam eadem gaudeat prærogatiua concedendi ſcilicèt abolitionem D. R. Rou. ſup. rub. prag. Regni de abolit. n. 12.*

g *DD. ſunt Bart. in l. non omnes, § qui transfugis PP. de re milit. l. ambitioſa n. 8. PP. de decret. ab ord. facien. Ant. Gomez th. 3. var. reſol. c. 13. n. 38. Azeued. lib. 8. recopil. ll. Hiſp. tit. 25. l. 1. n. 7. quos refert, & ſequitur Dom. Reg. Rouit. in com. ad prag. Regn. Neap. in rubr. de abolition. nu. 9. & 10.*

h *D. Reg. Rouit. d. l. nu. 10. in medio verſ. ratio autem.*

Digitized by Google

ſententiam hoc faciant, vt doctiſſimus Dominus *Præſes Vincentius de Franchis* tradit *i*. A

Naturales, ſiuè ſpurios liberos legitimandi ius, atque poteſtas inter regalia maiora, quæ Imperator, ſiuè Summus Princeps circa perſonas exercet adſcribimus, vt *Imp. Iure* probatur k, vt autem Imperator, ſiuè alius Summus Princeps, ſuperiorem non recognoſcens, naturales legitimare poſſit, primò requiritur, vt cum filij legitimandi matre matrimonium pater non contraxerit, etenim ſi matrimonium contraxerit, per ſubſequens matrimonium cum filius legitimatus dicatur, vt in *Iure canonico* habetur *l*, non indiget Principis legitimatione, quæ remedium extraordinarium dicitur, vt *Andreas Gaill.* ſcribit B quem-

*i Dom. Præſ. Vinc. de Franch. dec.170. quem refert, et ſequitur cit. Dom. R. Rou. ibid. n.11. de cuius abolitionis materia habes latiſſ. apud eundem in comm. ad Regni pragm. de abolit., tum ſcilicet de abolitione generali, tum etiam ſpeciali: et an abolitio generalis à Principe emanans, Baronibus præiudicet, liberando ſci. eorum vaſallos. ſcrib. idem Dom. Reg. in d. rubr. nu. 13. vbi ad ea, quæ Gaſp. Theſ. q. for. 71. lib. 4 explicat, ſe remittit, dicens, in hoc Regno fuiſſe factam declarationem, etiam per viam legis, vt in prag. 2. verſ. declaramus de abolitionibus, eiuſdemque declarationis rationes reaſſumptas fuiſſe à Dom. Reg. Conſtant. ex manuſcriptis Dom. Reg. Moles in l. 1. n. 87. ad 105. C. pœn. fiſcal. cred. præfer. et an cum abolitio iſta à Principe obtinetur, iuſta cauſa, et partis offenſæ conſenſus, ſiuè remiſſio requiratur, eundem Dom. Reg. Rouit. ibid. vid. d. n. 13. et in prag. 7. n. 17. infra de compoſitionib. et hæc abolitio cum generalis ſit, niſi abſolutorium effectum habebit, ſcilicet ad exinguendum delictum, ad guidaticum ſaltim effectum habebit, vt in addit. ad D. Conſ. Nic. Gizz. dec. Neap. 11. nu. 17. Didacus de Mari ſcribit.*

a *Ius Ciuil. vid. in leg. vniuerſi, et l. ex præſtatione, C. de vectigal. et commiſſ. in l. 2. C. de Eunuch. Gloſ. et DD. in l. 1. §. hic titulus de public. Salicet. in l. vectigalia, C. eod. tit. Azo in ſumma eod. tit. Gloſ. in l. eum qui vectigal. PP. de verb. ſignific. licet quandoque pro fundi penſione vectigal ipſum in iure ciuili ſumatur, vt notatur in l. ex vectigali, et ibi Gloſ. in verſ. vectigal. de pignorib. quæ hic not. poſt ea, quæ latè explic. Horat. Montan. in tract. de regal. in verb. vectigal.*

b *Ius Ciuil. vid. in l. fin. C. vectigal. nou.*

c *Cuiac. in paratit l. ad illum tit. quem ſequitur Sixtin. d. cap. 6. nu. 31.*

d *Azo. in ſum. c. illius tituli, quem ſequitur Card. Tuſcus in verb. vectigal. concl. 32. num. 1. et ſeq. quos allegat Amaya d. l. nu. 8.*

e *Ius Ciuil. vid. in l. 1 C. de ſuper indic. vbi gloſ. lib. 10. ead. gloſ. in l. fin. in verſ. idoneos, C. de annonis, et tributis eod. lib. in d. l. vectigal. PP. de public. in l. 1. et tot tit. C. nou. vectigal. inſtitui non poſſe, iunct. cap. innouamus de cenſib. vbi gloſ. Abb. in cap. ſup. quibuſdam de verborū ſignific. et idem declaratur in Bulla Cænæ Domini, et ità declarant plures Theologi, ſcilicèt cauſam legitimam eſſe ſi publica neceſſitas, id exquirat, quos ſequitur Molina de iuſt. et iur. tom. 3. diſp. 667 num. 1. in fin. Guttier. de Gabell. quæſt. 2. num. 25. Bobadill. d. lib. 5. cap. 5. num. 2. et ſeq. Maſtrill. de Magiſtratib. lib. 3. cap. 10. num. 275. Parlador. lib. 1. quotid. cap. 3. nu. 5. Io: Andr. de Georg. in repet feud, 1. p. cap. 57. num. 19. Sixtin. d. cap. 6. num. 43. et ſeq. et alij quos allegat Dominus Amaya d. loc. num. 27. iunct. Dom. Reg. Rouit. ſuper rub. de regal: n. 7. et illis impoſitis pro vna cauſa ad aliam conuertere non poteſt, vt idem Reg. Rouit. ibid. declarat.*

f *Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. num. 1.*

g *Ceuallos 4. tom. commun. quæſt. 906. et numer. 43. et ſeq. Sixtin. d. loc. num. 47. Dominus Reg. de Ponte d. tit. num. 1. et ſeqq Bobadill. d. loc. num. 5.*

h *Amaya d. loc. Molina vbi ſupra, iunct. Andr. de Georg. d. cap. 57. num. 32. et Parlador dict. loc. num. 6.*

Digitized by Google

 A

alij à *Sixtino* relati tenent *i*.

Vt rurſus legitimè Princeps vectigalia, vel alias nouas impoſitiones imponat vltra legitimam cauſam, vt ſcilicet cauſa vrgentis publicæ neceſſitatis, quod Princeps de proprio non habeat, requiri ſcribit *D.R.de Ponte* k.

Vectigal verò ſemel, ſiuè male, ſiuè benè impoſitum, exactorem ſine ſcrupulo exigere poſſe, niſi ipſe ſciret illegitimè impoſitum fuiſſe, vel niſi hoc eſſet notorium, vt dixit *Dom.Reg.Rouit. l.*

Ex cauſa legitima, cum Princeps vectigalia imponit, ſiuè collectam ob publicam neceſſitatem ſcilicet, ex tali impoſitione erga ſubditos, naturalem obligationem oriri *Bald.*dixit *m*.

De iure diuino vectigalium præſtationē fiſco debitam eſſe, ex traditis per *Goffred.de Caieta,D.R.Rouit.*atteſtatur, concluditque ex eiuſdem *Caieta* authoritate, quod ceſſante cauſa, pro qua fuit impoſitum vectigal, eiuſdem exactio ceſſare, tam in foro diuino, quam iudiciali debeat *n*. B

Subditos autem ad vectigalia, ſiuè ad alias collectas ſoluendas, etiam ex cauſa neceſſitatis publicæ impoſitas obligatos in quantum facere poſſunt, itaùt deducto ipſi non egeant, & quod commodè poſſint teneri, poſt alios teſtatur, idem *Dom.Reg.Rouit, o*.

Ex quo ſupra diximus ad ſupremum Principem vectigalia imponendi iura tantum ſpectare, ſequitur, vt illa ità ſupremè Principis poteſtati reſeruata dicantur, vt nec Præſides, neque alij ſupremi Magiſtratus eadem imponere poſſint, neque etiam vaſallorum Domini, nec Ciuitates, C

i *Innoc. in d. c. innouamus x. de cenſib. vbi Butr. poſt Hoſt.Sixtin. d. l.n.44.iunct.D.R.de Ponte d. l. num.1.et 2. Amaya d.l.*

k *D. R.de Ponte d.loc. nu.3.ex auth. Cyni, et Bald. in l. neminem, C. de Sacroſanct. Eccleſ. Innoc. et alij in d. c.innouamus Capyc in §.firmiter de probib. feud. alien. per Frid. et Affl. in dec.261.et ibi adden. refer. eund. Afflict. in rubr. quæ ſint regal. nu. 90. dicentem quod alias belli occaſione in Prouincia hydrunti fuerit impoſita gabella vnius caroleni pro frumenti modio, et omnes impoſitiones factas per Proreges in hoc Regno ex cauſis prædictis eſſe, nempe propter bellum, quo caſu quoties Rex de ſuo nõ habet, poteſt impoſitionibus medijs, quod ad bellorum manutentionem ſufficit recipere, vt latè declarando fundat idem Dom.Reg.de Ponte d.loc.n.3.et ſeqq.*

l *Dom.Reg.Rouit.in comment.ad Regni prag.ſup.rubr.de vectigal.n.12.*

m *Bald. in l.ex hoc iure in fin.PP.de iuſt.et iure, quem ſequitur Iacobin.de homagijs nu.35.idque perpetuò memorabile dictum eſſe ſcribit cit. Dom.Reg.Rouit.d.loc.nu.13.dicens ex hoc in iſto Regno Neapolis maximum effectum reſultare, nempè gratias huic Regno ab inuictiſſimo noſtro Rege, alijſque retro elapſis Regibus largitas intuitu donatiuorum, ſeù ſeruitiorum in pecunia eis per Regnum præſtitorum non poſſe nullo modo reuocari, tanquam ex naturali debito conceſſas, dependente ex obligatione iſta naturali, hunc effectum producentem, vt ſicuti debitum naturaliter tantum in iudicio peti nequit, ità ſi ſponte, et voluntariè ſolutum ſit nullo modo repeti poſſit per tex. in l.1. PP. de nouat. l. naturaliter, et l.ſi non ſortem, §.libertus, verſ.natura enim PP.de condic. indebit.et ea quæ non nulli DD.ab eod.Rouit.allegati tradunt, de quibus apud ipſum videre eſt, et qualiter in exactione vectigalium legitimè impoſitorum, Principes peccant eundem domin. vid. ibid.n.16.et ſeqq.et an fraudare vectigalia in foro conſcientiæ liceat.eund.D.Rouit.ibid.n.1.vid.et quibus pœnis fraudantes afficiantur nu.2. et vectigalium impoſitorum immunitas, quanto tempore præſcribatur, ibid.nu.7. et qualiter intelligatur, quod indubio vectigalia Princeps ex legitima cauſa imponere præſumatur, ibid. nu.9. et de his impoſitionibus latè eund. vid. in d.rubr.et ſup.prag. eiuſdem tit.et ante illum D.R.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de reg.impoſit.* D

n *Dom. Reg.Rouit.d.loc.num.17.et 18.et an mortaliter peccet fraudans vectigalia Regis Add.ad d.Rub.lit.A.*

o *Dom.Reg.Rouit.d.loc.nu.11.*

Digitized by Google

tes, vt poſt alios *Farinac.* docet *p*, ità quod ſi quis contra iuris prohibitionem, ſine Principis luminis authoritate auſus fuerit noua imponere vectigalia, ſiuè tributa, *Iure ciuili* varijs pęnis puniatur; Primò inquam pęna centum aureorum, quæ ambitus pęna fuit, vt ex lege *Iulia ambitus* patet *q*; Secundò ex *l.Iulia* de vi publica, nempè pęna capitali, vt docet *Iodochus r*; Tertiò perpetui exilij pęna, vt ex *Imperatore* habemus *s*; Similiter *Iure canonico* extinctionis pęna plectitur *t*.

A dictis pęnis tamen eos excuſari, qui de conſuetudine poteſtatem vectigalia, & tributa imponendi habent, cum tale ius præſcribi ab inferioribus poſſit, vt *Bart.* docuit
B *v*, conſuetudo autem iſta, vt legitima dicatur, temporis immemorabilis vim priuilegij habentis eſſe debebit, vt poſt alios *Dom. Amaya* probat *x*.

Exigentes quoque vectigalia plus debito, puniendi ſunt, de qua pęna, videndus latè *Nauarra* eſt *z*.

Cumque dixerimus ſummo Principi tantum noua vectigalia imponendi ius competere, an inferiores Principes, qui in temporalibus ſuperiorem recognoſcunt vectigalia imponere poſſint, dubitandum ſequitur, circa quod.

Sciendum eſt inferiores Principes, vt ſunt Duces, Marchiones, Comites, & cæteri Domini vaſallorum, ſiuè Barones vectigalia, ſiuè tributa imponere poſſe, nam cum hoc ſupremę Principis authoritati reſeruatum ſit, non
C debebit ab inferiore vſurpari, vt *Iure canonico* cauetur *a*, & exinde neq; à proprijs vaſallis ea exigere poſſe patet, ſcilicet id quod tributum redoleat, vt hoſpitia ſi iter faciant, donatiua ſi nuptias contrahant, & iumenta, aut alia materialia edificent, vt obſeruant *Bouadilla, Borrell. & Farinacius b*.

Concedi tamen à Principe poteſt ius illud vectigalia, collectas, tributa, aliaſque impoſitiones indicendi, itaùt conceſſo a Rege hoc priuilegio, ſi in formam pacti, vel con-

p *Farinac. d.loc nu.68. et 69. et quid in iure hiſpano ſit, refert Amaya d.loc.nu.9.10.11.12.et 13.nec Præfectus prætorius, vt in l. vn.C.de ſuper indict. de cuius text. interp. poſt Cuiac. et alios vid. eſt latè Amaya d. loc.n.29.et ſeqq.*

q *L. Iulia ambit. vid.in l.vn. verſ. item is PP. de l.Iulia ambit.*

r *L. fin. ad l. Iuliam de vi public. Iodochus in pract. cap. 99. num. 3. et 4.*

s *Imperator vid.in l.fi. C.vectigal.nou.*

t *Ius can. vid. in d. cap. innouamus 10.x.de cenſib.et qualiter pœna amiſſionis bonorum iure Regio, et pœna capitis ſtatuta ſit, poſt alios vid. Sixtin. d. cap.6.num.144.et ſeq.quem refert poſt alios allegatos Amaya d.loc.nu.14.*

D v *Bart.in l.ſi public.§.in omnibus PP.de public.quem ſequuntur Sichard.in rubr.C.vectigal.nou. num. 6. et plures alij, quos refert Sixtin. d. cap. 6. num. 56.et alij quos refert Amaya d. loc. num.15.*

x *Amaya d.loc.n.16.17.18.et ſeq.vbi non nullis argumentis contrarijs reſpondit, de quibus ipſum vide iuncto D.R.Routt.d.l.n.20.*

z *Nauarr. in Manual.confeſſ.c.17.nu.201.et in c.23.n.60.et 61.et in c.25.n.34.iunct.Io.Koppen.q.50. et Heigio damnata mem. q.17. quos allegat Dom.Rouit.d.loc.n.3.vbi nu.4.qualiter vectigalia indebita exigens parti læſæ teneatur, et fiſco ciuiliter, et criminaliter, proponit.*

a *Ius can.vid.in c.cum inferior de maior.et obed.*

b *Bouadill lib.2.polit.c.16.n.116.et ſeq.et 162. Borell.de præſtant. Regis Cath.c.20.n.28.et ſeq. Farinac.d.q.173.n.77.quos allegat Amaya d.loc.n.28.vbi alios allegat, et in l.vn.C.de auro coronario lib.10.*

Digitized by Google

conuentionis illud tranſiuit reuocari non poterit, vt *Dom. Reg. Rouit.* ſcribit *c*.

Vectigalium tandem augmentum publicam vtilitatem reſpicit, cum ad Regni communem ſtatum pertinere dicatur, vt plenè, atque eruditè *Dom. Reg. Capyc. Latr.* probat ex *Tacit.* per *Larream* relatum, dicente tributa Reipublicæ omninò neceſſaria eſſe, nam neque eius quies ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neque ſtipendia ſine tributis eſſe poſſunt *d*; Vndè eſt non eſſe à ſubditis fraudanda, & rectè exinde vectigalis fraudati crimen, pęna confiſcationis bonorum vindicatur, vt *D. R. Rouit.* latè atteſtatur *e*.

Ad rem noſtram, quod attinet, ſcilicèt, an vectigalia, quæ inter regalia connumerantur in feudum dari poſſint, circa quod affirmatiuè reſpondeas, nempè vectigalia, pedagia, atque gabellas, & ſimiles impoſitiones, iura incorporalia cum ſint, & conſequenter immobilibus cohęreant, & annumerentur, vt *Bald.* tradit *f*, in feudum dari poſſe, vt poſt alios *Schrader.* ſcribit *g*.

Regale maius, quod ſummus Princeps circa res exercet, ius monetas cudendi quoque dicimus, vt *Sueuus* atteſtatur *h*, & quod ius iſtud cudendi monetam Imperatori, ſiuè alio ſummo Principi ſuperiorem non recognoſcenti, nec alijs competat *Iure ciu.* probatur *i*; inde dicitur poteſtas monetę extimandę, vt ſit ius Regium, & ſupremam referat Principis poteſtatem, vt peritus *Anneia Robert.* ſcribit k; Similiter, & eiuſdem monetæ cudendæ, & ſignandæ ius ſoli ſummo Principi adiudicantur, nec alijs rectè competat, vt idem *Anneia* fatetur *l*.

Ratio verò cur monetæ ius de maioribus ſummorum Principum regalibus dicatur, ea eſt, quia ius cudendæ publicę monetæ, & cōcedēdi poteſtas alijs magiſtratibus ad ſolū Imperatorē, vel aliū ſūmū Principē pertinet; Quemadmodum, & monetæ cura, ne ſcilicet quiſquā alius, cui ea poteſtas cōceſſa nō eſt nūmos conflet, aut vitioſam cudat monetam

c *D. Reg. Rouit. d. loc. n. 19. et quis immunitatem ab his vectigalibus concedere poſſit, et quid in Rege, et vti obligetur ſucceſſor, et in cuius præiudicium impetretur, et an cedat damno Curiæ concedentis, vel reliquorum non exemptorum, et quæ nam perſonæ ea immunitate gaudeant nu. 21. et D. R. de Mari. latè lib. 1. reſol. c. 99. n. 6. et ſeqq. et qualiter gabellæ ab Vniuerſitatibus imponātur, & an maiori parti ſit ſtandum n. 22. et qualiter etiam clerici vectigalia ſoluere teneātur n. 2 ;. et quod vectigal non ſit ſoluendum à rebus exercitui paratis, vide Dom. Reg Capyc. Latr. dec 171. nu 29. et nu. 35. idque ampliat n. 36. et 37. quemadmodū ex fiſcalibus non eſt ſoluendum, idem ibid. nu. 38. vbi quatuor caſus recenſet, in quibus fiſcus à dicta ſolutione immunis eſſe debet.*

d *Tacit. lib. 4. hiſtor. poſtquam allegauerit ad d. propoſitionem firmandam tex. in l 1. PP. de loc. public. fruend. et §. public. collat. 3. in auth. de mandat. Princip. et Parladorum rer. quotid. lib. 1. c. 3. n 14. et Larream in alleg. 17. n. 18. recenſuit D. R. Capyc. Latr. dec. 194. n. 20. et 21.*

e *Dom Reg. Rouit. dec. 91. nu. 36.*

f *Bald. in cap. vn. quæ ſint regalia, et in c. 1. § ſciendum de feud. cognit. iunct. Pariſ. con ſ. 84. lib 3. Aret conſ 154. Argentoratenſis conſ. 11. n. 60. vol. 2.*

g *Schrad. de feud. p. 3. cap 2. n. 55 atque in ijſdem retractus ius locum habere dixit Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloſ 7. nu. 34. et ſeq. caterum de vectig. materia latè habes apud perit. D. Horat. Montan de reg. in verb. vectigal.*

h *Sueuus d exerc. 5 aſſert. 2. verſ circa res.*

i *I. C. vid. in l. penult. et vlt. C. de falſis monetis in l. ſolidos 1. C. de vect. num. poteſt. iunct. ijs, quæ in cap. vn. quæ ſint regal leguntur, Schneid. in epit. feud. p. 2. n. 117. Zaſ. de feud. p. 5. nu. 14. Sonsbec. de feud. p 5. nu. 19. Matth Steph. in tract. de iuriſd. lib. 2. c. 1. memb. 2. n. 169. et ſeqq. Bocer. de regal. c. 2. n. 224. et ſeqq. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. c. 6. Aphor. 20.*

k *Anneia Robert. rerum iudicatarum lib. 1. c. 16. fol. mihi 275.*

l *Anneia ibid. cit fol. mihi 281.*

Digitized by Google

A netam, vel probos, & bonos nummos corrumpat, ſolùm etiam ad ſummos Principes ſpectat, vt ex ſupra allegatis iuribus liquet, ità quod moneta à non habente authoritate fabricata, falſa dicenda ſit, vt latè *Decianus* ſcribit *m*, & hoc etiam ſi moneta eſset proba, atque bona, adulterina, ſiuè falſa quoq; dicenda erit, vt *Baiard.* teſtatur *n*, similitèr exindè fit, illud, quod dicitur falſæ monetæ crimen de caſibus reſeruatis Principi inter regalia eſſe, vt *Andreas de Iſernia*, & alij ſcribunt *o*.

Monetam adulterinam, ſiuè falſam fabricans, vel probam tondens, aut radens apud omnes gentes grauiſsimum crimen committere videtur, & ideò eſt Principi

B reſeruatum, quia eiuſdem Principis perſonam reſpicere videtur, quam deludit, & offendit, vt probatur per ea, quę *DD.* tradunt *p*, illudq; etiam patrans læſæ Maieſtatis crimen committere dicitur, vt in *Iure Ciuili* legitur *q*, indè eſt quemadmodum crimen lęſæ Maieſtatis Diuinæ, & humanæ remiſsionem non recipit, ità etiam falſæ monetæ crimen, vt *Dom. Reg. Tapia* ſcribit *r*.

Moneta dicitur falſa pluribus modis, de quibus latè *Bald.* adeundus eſt *ſ*, vbi tribus ex cauſis monetam falſam dici poſse tulit, ex cauſa, ſcilicet materiali, ex cauſa formali, & ex cauſa efficienti; ex cauſa materiali ob falſam materiam, vel ob immiſtionem falſæ materiæ, iuxtà ea,

C quæ *Dom. Reg. Rouit.* explicat *t*. vel ob illus deprauationem, ſcilicet monetam bonam radendo, vt idem *Dom. Reg. Rouit. cit.* exponit; ex cauſa formali cum in vulgata forma, ſiuè impreſsione, vel ſigno deficeret; ex cauſa efficienti, ſi à non habente monetas cudendi poteſtatem, moneta cudatur, vt *Franc. Marc.* ſcribit *v*. de quibus, & aliis modis, ex quibus moneta falſa dicitur, vide *Io: Ant. de Nigr.*, *Afflict.*, *Hoſtienſ.*, *& Innoc.* *x*.

Ob huiuſmodi verò criminis atrocitatem variæ leges, quibus delinquentes huiuſmodi coercentur, introductæ ſunt,

m *Decian. in tractat. crim. lib.7 .c.23. 24.25. 26.27. & 28. th.2.*

n *Baiard. in addit. ad Iul. clar. lib.4. ſentent. §. falſum, n.322.*

o *Andr. de Iſern. & Afflict. in cap. 1. quæ ſint regal. in verb. monetæ D. Præſ. de Frăch. dec. 275. nu. 1. quos ſequitur, et allegat Dom. Reg Rouit. in dec. S.C. 6. num. 2. Farinac. q. 118. n. 15. Mar. Mut. in cap. Reg. Sicil. 456. n. 96. to. 5.*

p *DD. in d. cap. 1. in verb. monetæ, quæ ſint regalia, & in cap. quanto de iure iuran. Gram. conſ. crimin. 6. nu. 6. & 12. Dom. Reg. Hector Capyc. Latr. deciſ. S.C. 179. n. 10. & 11.*

D q *Ius Ciuil. vid. in l.2. Cod. de falſa moneta, vbi Bart., Bald., Salicet., Iaſon., & alij Gigas de crim. Læſ. Maieſt. ſub tit. qualiter, & à quibus quæſt. 62. Decian. d. tract. lib.7. cap. 23. in princ., & cap. 24. n. 16. Capyc. Latr. d. dec. 179. n. 11. in fine.*

r *D. R. Tapia ſuper Iur. Regni lib. 3. tit. vnde crim. agi oport. num. 39.*

ſ *Bald. in cap. quanto col. 2. in princ. de iur. iuran. & in conſ. 376.*

t *D Reg. Rouit. in comment. ſuper pragm. Neap. de monet. pragm. 1. n. 8.*

v *Franc. Marc. deciſ. 87. & dec. 261. p. 2. vol. 6. vel ob falſum authoris nomen, vt D. Rouit. dict. l. dicit.*

x *Io: Anton. de Nigr. in cap. 31. de pęna infligen. falſarijs, Afflict. d. cap. 1. in verb. monetæ, quæ ſint regal. Hoſtienſ. & Innoc. in cap. quanto de Iudic. iunct. eod. Afflict. in Regn. Conſtit. adulterinam, vbi etiam Andr. de Iſern. Franc. Curt. in l. cum quid PP. ſi certum pet. Iul. Clar. lib. 4. ſent. §. falſum, n. 46.*

Digitized by Google

ſunt, de quibus videndus, latè *Dom. Reg. Capyc. Latr.* eſt *z*.

Quod diximus monetas fabricātē, abſq; Principis permiſsu puniendum eſſe, ampliabis etiam ſi non dum in moneta fabricata Principis imago impreſſa fuiſſet, atque iuſta, & proba ipſa moneta iuſti ſcilicet ponderis, atque non falſæ materiæ eſset, ità quod etiam pœna mortis à *Regni pragm.* contra tondentes ſtatuta ſit, vt *Dom. Reg. Rouit.* exponit *a*.

Pœnam falſam monetam fabricantium, euitare eum, quem ea non perfecta pęnituit, vt *Gram.* & alii probant *b*, punitos tamen fuiſse, etſi delictum conſumatum non eſset, per M. C. vltimo ſupplicio, contra eius votum, refert *Gramm. c*.

Iure ſuperioritatis præterea, monetas cudendi ius ad Status imperij ſpectare *Knichen.* ſcribit *d*. quemadmodū, & hoc ius monetam cudēdi, etiā Imperij Electoribus conceſſum eſſe ex *aurea Bulla Caroli Quarti*, *Georg. Schultz.* refert *e*, idemque dicens, & ad inferiores Status translatum eſſe ex receſſu Imperij Auguſt. anno 1551. & licet de *Iure Ciuili* ius iſtud priuatis concedi nequeat *f*, nihilo tamen minus, etiā priuatis monetæ cudendæ interdum ius conceſ-

*z D. R. Capyc. Latr. d. deciſ. 179. n. 12. & 13. & quid de Iure Regni, n. 14. & ſeqq. iunct. latè vid. D. Reg. Rouit. in d. pragm. 1. de monet., & qualiter monetarius delictum confeſſus, qui metu pęnę mortem operuit raptus poſt mortem, & furcis ſuſpenſus vid. D. Gizz. dec. 14. nu. 2. & qualiter pęna mortis etiā puniatur ſcienter falsā monetam expendēs, non dato certo authore per nomen, & cognomen ex Conſt. Regni adulterinā & per ea, quæ D. Præſ. de Franch. dec. 401. idē tradit, iunct. Baiard. ad Clarū in §. feudum, nu. 341. & qualiter nunc ad pœnā triremium per tres annos ex pragm. Regni*

*2. §. in primis de monetis reſtricta ſit vid. D. R. Rouit. d. pragm. 1. n. 4. & qualiter dictus expendens plectendus non ſit cum ignoranter expenderit, qua ignorantia præſumatur, aut iuram. ſaltim probat, vt ſcribit Crauett. in conſ. 244. n. 4. vid. Baiard. ad Clarum d. §. falſum n. 242. 243. & ſeq. & qualiter etiam pęna mortis puniatur monetam tingens, vel tingi faciens, idem Baiard. ibid. n. 333. & quid ſtante conſuetudine ibidem remiſſiuè, n. 334. et quod faciens cugnos monetæ falſos puniri debeat ex Capel. Tholoſ. dec. 162. et dec. Delphin. 443. 598. idem Baiard. ibid. n. 335 ſcribit, et quod ſciēs aliquem cudere monetā falsā, reuelare teneatur, idem ibidem n. 337. aliàs ead. pęna plectatur D. D. Carol. Petra in rit. M. C. V. 4. n. 8. et quid agendum ſi monetarius cum falſa moneta in Eccleſiā confugiat vid. D. R. Rouit. d. pragm. 1. n. 20. et qua ratione monetam argenteam deaurari faciens, eaque meretricem deludens leui tantum pęna pecuniaria puniendus ſit, Baiard. ſcribit ibid. n. 347. nec pęna pragm. 1. de monetis, qua raſores monetarum vlt. ſupplicij pęna puniuntur talem plectendum eſſe, vt d. D. Reg. Rouit. in d. prag. 1. n. 13. ſcribit, et qualiter cum conſtat de delicto in genere criminis falſæ monetæ, ex quo ſcilicet reperti ſunt nummi falſi in poſſe rei, debeat tormentis ſubijci cum multa ſpecialia in hoc crimine ſint, declarat D. R. Hector. Capyc. Latr. poſt alios quos allegat. d. deciſ. 179. n. 31. et ſeqq. vbi etiam non nulla, quæ ad huius criminis probationem concurrunt proponit. Et cum quib. indicijs monetarij ad torturam induci poſſint, idem ibid. n. 33. et 35.*

a *Dom. R. Rouit in d. pragm. 1. n. 16. et quod ſub conceſſione meri, et mixti Imperij cognitio falſæ monetæ, non veniat ex Præſ. de Franch. dec. 275 idem D. Rouit. dicit ibid. n. 19.*

b *Gram conſ. 30. n. 19. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 360. n. 10. Marſ. in l. qui falſam PP. de falſis, et in conſ. 105. n. 5. et Afflict. in Conſtit. Regn adulterinam n. 6. vbi caſum proponit, aliquos repertos fuiſſe per Curiam, cum formis aptis ad cudendam falſam monetam, et cum materia mixta pro fabricanda adulterina moneta, et dixiſſe verum eſſe, quod volebant facere falſam monetam, et omnia pręparaſſe, ſed poſtea penituiſſe, et noluiſſe perficere, quod ſi conſtabit verum eſſe, pęna ordinaria non puniantur,*

c *Gramm. dec. 74. et alias deciſiones contra eiuſd. Gramm. opin. refert Mormil. in d. Conſt. Regni Adulterinam, quem allegat D. Capyc. Latr. d. l. n. 24.*

d *Knichen. de Saxon. non prou. iur. verb. Ducum cap. 5. n. 349.*

e *Georg. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. cap. 7. n. 126.*

f *Ius Ciu. vid. in l. fin. C. de falſa moneta, vbi Gloſ. et DD. Bocer. de reg. cap. 2. n. 227.*

Digitized by Google

A ceſſum videatur, vt idem *Schultzen.* ſcribit *g*, indè etiam ab Imperatore alijs, qui non ſunt Imperij Status, vt Ciuitatibus prouincialibus ius illud conceſſum eſt, vt *Carpzou.* atteſtatur *h*, licet tamen priuilegium iſtud monetas cudendi, ex eo, quod in graue Reipublicæ Romanæ damnum, atque diſpendium cedere poſſet, ſi priuato cōcederetur, ex nouiſsima Imperatoris capitulatione, ſine Electoris cōſenſu in poſterum, nulli Statui ius monetandi ſe conceſſurum ipſemet Imperator ſpopondit, vt idem *Georg. Schultzen. ex Tob. Paurm.* dicit *i*.

B Monetam autem mutare, an, & ex quibus cauſis Principi legitimè liceat, vide *Andream de Iſernia k*, monetam autem innouare, tunc poterit ſummus Princeps, cum ſcilicet totius Populi cōſēſus adfuerit, vel ſaltèm maior pars Regni, nec aliter mutare monetam Principem poſſe, *Lucas de Penna* teſtatur *l*.

Nec in damnum ſubditorum deteriorare Princeps monetam poterit, vt *Arniſæus* latè exponit *m*.

C Monetam ideò talitèr dictam eſſe *Lucas de Penna* tradit ex eo ſcilicet, quia ob eiuſdem probitatem metalli, quæ requiritur cum fabricatur vna cum legitima Principis authoritate, monetur, ne fraus in metallo, vel pondere fiat, cuius *Lucæ de Penna* dictum recenſet, & ſequitur *D. Reg. Rouit.* vbi de monetæ inuentione dicit, quòd fuit *Thaxes* pater *Abrahæ*, ex *Muta*, & ex *Bobadilla* fuiſse *Philippum Macedonem Alexandri Magni Patrem n*.

D Cum autem moneta de nouo à Principe fabricatur intrinſecam bonitatem, artificis authoritatem, & expendendi quantitatem commenſuratam, requirit, vt *Innoc. & Bald.* ſcribunt *o*. & talis debet eſſe moneta in forma, qualis in materia, nō deductis cudendi expenſis, quæ fieri debet ex publico, & ad eiuſdē bonitatē requiritur pōderis iuſtitia, ma-

Gg

g *Schultzen. ibid. num. 127.*

h *Carpzou. de leg. reg. c. 8. ſect. 8. iunct. Georg. Adam. d. cap. 6. Aphoriſm. 20. in fin.*

i *Georg. Schultz. d. loc. ex Tob. Paurm. de iuriſdict. Rom. Imp. lib. 1. cap. 4. n. 26. vbi qualiter flammarum pęna afficiatur, qui abſque priuilegio monetam formauerit, tam in foro communi per text. in l. 2. C. de falſa moneta, quam de iure ſaxonico, et per ea, quæ quotidie inibi pronunciātur idem Schultzen. ibidem num. 128. et qua pęna plectendi ſint illi, qui non ſolum Imperatoris, ſed alterius Principis, vel Ciuitatis monetam falſam fabricant ib. n. 129. exponit, et qua de cauſa monetam maioris ponderis vſq; ad iuſtum pondus tondens edictali pęna pragm. 1. de monetis in Regno nō plectatur vid. D. Rouit. in d. pragm. 1. nu. 15.*

k *Andr. de Iſern. in cap. vnic. in verb. monetæ nu. 20. quæ ſint reg. iunct. Goffred. de Caieta ſuper ritibus Reg. Cameræ in rubr. de Sicla fol. mihi 204. vſq; ad fol. 210. et alijs quos refert D. R. Rouit. ſuper d. pragm. 1. n. 23.*

l *Lucas de Penna in rubr. C. de veter. nu. &c. lib. 11. in fin. quod ſingulare dictum vocat D. R. Rouit. ſuper d. pragm. 1. nu. 24. et quando monetæ valor fuerit immutatus, an et quando augmentum, et detrimentum creditoris, vel debitoris ſit vid. D. R. Reuert. in dec. Reg. Cam. 333. nu. 2. et ſi non ſit moneta mutata neque in materia, neq; in forma, ſed tantum in valore circa ſatisfactionem creditori faciendam, num contractus tempus attendendum ſit, vel ſolutionis tempus, idem Dom. Reg. Reuert. dec. 366. nu. 2. et an monetæ priſcæ bonitas in redimenda annui redditus ſorte conſiderari debeat, latè declarat Anneia Robert. rerum iudic. lib. 4. cap. 18. fol. mihi 868. et 877. et vt moneta creſcit, et decreſcit, ſic pariter rerum pretia creſcere, et decreſcere dixit D. R. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. n. 39. vbi qualiter monetæ valor in Regno tempore Ducis Albæ eiuſdem Reg. Neap. Proregis auctus fuerit idem ibid. n. 40.*

m *Arniſ. de iur. Maieſt. lib. 2. cap. 7. quem refert, et ſequitur cit. Dominus Regens Rouit. d. loc. num. 9.*

n *Lucas de Penna in d. rubr. C. de veter. &c. lib. 11. in fin. Dom. Reg. Rouit. d. loc. n. 25.*

o *Innoc. in cap. quanto de iur. iurand. Bald. in margarita verb. moneta.*

Digitized by Google

 A

materiæ, & formæ authoritas, vt *Bart.* & *Bald.* animaduertunt *p.* quam verò formam moneta habere debeat in *Iure Ciuili* per *Doctores* notatur *q.* & quod in Ciuitatibus non abſque Principis licentia cudi poſsit, *Bart.* & *Bald.* dixerunt *r.*

Ius belli, & pacis, & fœdera pangendi inter maiora regalia, quæ Imperator, vel ſummus Princeps circa res exercet, cum *Sueuo* dicimus *ſ.*

Quod verò Ius iſtud ſoli ſummo Principi, non aliis competat, *Iure Ciuili* probatur *t.* illudq; idem ius Reipublicæ, quæ ſuperiorem non recognoſcit, ſicuti ſummo Principi competere non ambigitur; Indè dicere fas eſt, ſuſcipiendi belli authoritatem in ſummo Principe, vel in Republica ſuperiorem non reſiognoſcente tantum reſidere, vt B *Dom. Camillus de Curte* atteſtatur *v.* idque ex communi Theologorum, Ciuiliſtarum, Canoniſtarum, & Feudiſtarum opinione probatum eſse ſcribit, & ità quidem verũ eſt, ſoli Imperatori, vel ſummo Principi, vel aliæ Reipublicæ ſuperiorem non recognoſcenti ius iſtud, nec aliis priuatis competere, vt bellum priuata authoritate excitans, in crimen læſæ maieſtatis incidat, vt *D. R. Conſtant.* ſcribit *x.*

Ratio rurſus cur Imperatori, vel ſummo Principi ius iſtud tãtũ cõpetat, ea nimirũ eſt, quia cura defẽdẽdi, & in pace conſeruandi Rempublicam ad eundem Imperatorem, ſiuè ſummum Principem tantum ſpectat, vt ex *Ariſtotile* C Peripateticorum Principe reſcribendum eſt *z.* idq; etiam ex *Paulo* fatendum eſse habemus, cum inquit *a* (*nam ſalutem Reipublicæ nulli magis credidit conuenire, nec aliũ ſufficere ei rei, quam Cæſarem.*) De Imperatore verò, quod diximus bella indicere, atque componere poſse, hodiè Imperatori tantum ius iſtud belli pacis, & fæderũ in Republica Romana Germanica cõpetit, nec aliter illud exer-

p *Bart. in l. qui falſam PP. de falſis Bald. in rub. C. de contrahend. empt. p. 1.*

q *Ius Ciu. vid. in l. 1 et ibi Bart. et Bald. de veter. &c. lib. 11. de quare, nempe de iure iſto regal. monet. cudend. vid. Horat. Mont. de regal in verbo monetæ.*

r *Bart. in l. fin. C. de veter. &c. et in l. ex hoc iure PP. de iuſt. et iure, et in C. de falſis monetis, Bald. in cap vnico, quæ ſint reg. et qualiter in ſua Ciuitate à Principe poſſit prohiberi alterius Principis monetæ vſus vide Franc. Marc. deciſ. 186. p. 1. et quod ſub nomine monetæ in ſtatuto vſualis currens veniat, dixit Speculat. de ſolu. §. nunc aliqua verſ. pono, et verſ. 24.*

ſ *Sueuus d. loc.*

t *Ius Ciu. vid. in l lex 12 tab. 3. verſ. e ad. leg. PP. ad l. iuliam Maieſt. in l. vnica, et tot tit. C. vt armorum vſus inſcio Principe interdictum ſit, in l. neminem 17. C. de re militari, et Nou. 105. in princ. iunct. iure can. vid in cap. quid culpatur 4. 23. quæſt. 1. Sixtinus de regal. lib. 1 cap. 2. nu. 10.* D *Matth. Steph in tract. de iuriſdict. lib 2 p. 1. cap. 1. membr. 2. n. 50. et ſeq. Bocer. de regal. cap. 2. nu. 141. & in tract. de bello, et duello lib 1. c. 5. n. 2. et alij.*

u *D. Camill. de Curt reſol feud. cap 5 n. 117.*

x *D R. Conſtant in l. vnic n 13. C. vt armorum vſus etc. lib. 11. quod limitant Seraph dec. 830. nu. 7. et 8. et D. R de Ponte conſ 50 n. 9 et ſeqq. to 2. ita vt, ſi Comes, Baro Miles, ſeù quicumq; alius, publicum bellum in Regno mouerit confiſcatis bonis ſuis omnibus capite puniatur, qui autem præſalias, ſeù repræſalias fecerit medietatis bonorum ſuorum omnium proſcriptione damnetur, vt Imp Frid. ſtatuit in conſt. Regn. in tit. de his qui in Regno, &c.*

z *Ariſt 4. polit. 14. et 8 politic 7.*

a *Paul. I. C. vid. in l. nam ſalutem 3. PP. de offic. præf. vigil. iunct. quæ in lib. de pace Conſtantiæ per Frid. Imperatorem traduntur in vſ feud.*

Digitized by Google

exerceri poſſe, niſi cum *Statuum Imperij* conſenſu maximè verò ſeptem virorum ſeù Electorum voluntate; vt bellum ſuſcipere poſſit requiri, vt damnatę memoriæ *Petrus Heigius* atteſtatur. *b.*

Similiter, quod de aliis ſummis Principibus, iſthoc belli ius ſuperioritatis ratione competere, per ea quę *Georg.*, *Adam.* ſcribit, *c.* dummodo iuſtè bellum ſuſcipiant, intelligas.

Quod autem iuſtum bellum dicatur, proponamus cōſequēs neceſsè eſt, vt ſciamus quando Princeps iuſtum bellum indicat, circa quod, ante quam bellum iuſtum elucidemus.

Deplorandam quotidiè bellorum originem, atque exercitiū ab omnibus eſſe, ſciendum eſt, atque cum *Tibullo* hanc rem circa fletu canere. *d.*

*Quis fuit horrendos primus, qui protulit enſes?*
*Quam ferus, & verè ferreus ille fuit.*
*Tunc cædes hominum generi tunc prælia nata.*
*Tunc breuior diræ mortis aperta via eſt.*
*At nihil ille miſer meruit: nos ad mala noſtra,*
*Vertimus in ſæuas quod dedit ille feras.*
*Diuitis hoc vitium eſt auri, nec bella fuerunt,*
*Faginus aſtabat quum Scyphus ante dapes*
*Non arces non vallus erat, ſomnunque petebat*
*Securus varias dux Gregis inter oues,*
*Tunc mihi vita foret, vulgi nec triſtia noſſem*
*Arma, nec audiſſem corde micante tubam.*

Cumque primarum humani generis calamitatum cauſæ bella fuerint, vt *Bald.* ſcribit. *e.* deplorandas bellorum introductiones eſſe conſequitur, & ſi verum eſt quod bella cum à iure gentium introducta fuerint, vt ex I.C. habetur *f.* ſeruitutes inſtitutæ ſunt, quibus humani generis naturalis libertas in actu exercitu tollitur, quis humani generis pius, bellorum originem non damnabit.

Neceſſarium tamen, atque permiſſum hodie, cum ex Iuſtitia illud exquiratur repetimus, vndè bellum iuſtum dicimus, illudque vltrò, cum iuſtè indicitur, vt bonum, quia iuſtum admittimus, atque laudibus exornamus.

Et quidem, vt bellum iuſtum ſit, tria copulatiuè requirimus; Primo in quā legitimi Principis, ideſt ſuperiorē non recognoſcentis authoritatē; vt in *Iur. Ciu.* per *DD.* probatur, *g.* (dummodò non ſit bellum pro propria defenſione, nā tunc talis authoritas non requiritur, quia de iure naturali defenſio cuique etiā priuato permiſſa eſt, cū moderamine, tamen inculpatæ tutelæ, æqualitatæ armorum, & in-

*b. Petr. Heig. p. 1. q. 12. n. 29. iūct. Bocer. 1. de reg. c. 4. n. 2. verſ. ſed, & quod hodie dixer. Geor. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 6. Aphoriſm 19. nu. 1. & Georg. Schult. in Synops iur. feud cap. 7. nu 131.*

*c. Georg. Adam. d. loc.*

*d. Tibull. lib. 1. eleg. 11.*

*e. Baldus in l. 1. col. 1. verſ. 2. oppono, C. de ſeruis fugitiuis per l. 1. in princ. vbi idem Bald. C. de caducis tollen. & in Auth. quib. modis nat. effic. leg. §. 1 col. 2.*

*f. I.C. vid. in l. ex hoc iur. PP. de inſt. & iur. Dom. R. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de triremi. nu. 4. et de belli definitione, et quotuplex illud ſit, vide Angel Clauaſ. in ſum. verbo Bellū, et late illuſt. Epiſc. D. Greg Carafa de Monomac. ſeù Duello q. 3. ſect. 1.*

*g. Ius ciu. vid. in l. hoſtes de captiuis, & poſt lim. reuer. DD. ſunt Bart in d. l. hoſtes Bartholom. Romoleus ſuper l. 1. PP. de acquir. vel. amittend. poſſ. num. 28. Petrus de Ancheran. in cap. peccatum de regul. iur. in 6. recenſitus ab Hormanno ctio Deto in l. poſſeſſio quæ eſt lex 1. n. 17. PP. de acquir. poſſeſſ.*



Digitized by Google

continenti, vt patet per ea quæ DD. in *Iure Ciuil.* atque *Can.* probant h.

Secundo requiritur iuſta cauſa propter quam bellum indici valeat, quam quidem cauſam inter DD. *Angelicus Diuus Thomas* exponit. *i.* dicens tunc iuſtam bellandi, cauſã dici poſſe, cum ulciſceretur iniuria, quam populus, vel Ciuitas vĩdicare neglexerit, per ea, quę in *I. Can.* habentur K. Similiter ſi ſint rebelles Eccleſiæ, ſiuè Imperii Romani hoſtes, contra quos bellum indicitur, quia tunc licitum bellum dicendum erit, ſicuti contra infideles omnes terras ſanctas occupantes, quia iſti ſemper iniuſtę poſsidere dicuntur, vt *Iaſ.* ſcribit *l.* vel prò defenſione legum ab ipſo Principe, vel ab eius patre promulgatarum, vt in *Iure Canonica* notatur. *m.* cuius belli iuſti, atque liciti cauſæ õnes ex *Sacra Hiſtoria* confirmantur per exempla, quæ inibi referuntur, & primo quidem ex *Ioſ. n.* cum ſcilicet pugnaret *Ioſ.* cõtra quinque Reges, qui venerunt ad deſtruendum *Gabaonitas*, miſit Deus ſupra illos lapides magnos de Cælo, & multò plures lapidibus mortui ſunt quam quos gladio percuſſerunt filii *Iſrael*; ſimiliter ex *deuter. o.* vbi ſi bellũ geratur cõtra terrã, in qua Deus per Idolatriã blaſphematur, & à Dei cultu receditur; iuſtũ dicitatur ità quoq; ſi tẽporalis fidelitas Domini deferatur, vt ex *Sacra Hiſtoria* patet. *p.* *Ioſaphat* bellante contra Regem *Moab.* quemadmodum ſi inſurgat rebellio, vt ex *Dauide* liquet *q.* qui intulit bellũ *Zeba r.* pvt ſi publica iniuria cõtra Principẽ irrogetur, vt patet ex *Dauide* contra Regem *Amon* ob raſas barbas ſeruorum nuntiorum bellum intulente. *s.* prout etiam ſi repetatur, quod ſibi ſublatum eſt, vt ex *Dauide* contra *Ioſabeth* patet. *t.* Item ad hoſtem repellendum, vt ex *Dauide* etiam cõtra *Philiſteos* pugnante *u.* contra illum item quo hoſtis roboratur, vt ex bello *Dauidis* contra *Syriam Damaſci* in *Sacra Scriptura* receſitum legitur *x.* ſimiliter vt amicus ab hoſtibus liberaretur, vt ex *Abrahã* ĩ decẽ *Reges* qui *Loth.* cęperint oppugnare *z.* quãdo itẽ Princeps tyrannidẽ exercet, vt in *lib. Mach.* cõtra *Antiochum* motum eſt bellum. *a.* *Coſtantino* rurſus Imperatore, bellum iuſtũ indictum legitur, primo inquam inter Imperatores chriſtiano Principe, quia S. M. Eccleſiam defendit, eo ferè modo *Naxontium* alioſque *Hoſtes* euicit, quo *Moyſes Pharaonem*, de eo enim, cum *Euſebio*, *Auguſtinus Coſtantinum* Imperatorem non ſupponentem dęmonibus, ſed Chriſti fidelem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet; Vniuerſum quoque orbẽ Romanum, vnus Auguſtus in bellis gerendis ſemper triunfator, ac Tyrannis opprimẽdis tenuit in ſenectute Grãdęuus ęgritudine defunctus eſt, filios imperantes relinquẽdo, vt *Euſebius*, & Diuus *Auguſtinus* atteſtãtur. *b.* quẽadmo-

h. *DD. Can. in ca. ſignificaſti el 2. de homicidio, et Ciuiliſtæ in l. idem eſt 3. § eum igitur PP. de vi et vi armata, et in l. ut ui 3. PP. de iuſt. et iur.*

i. *Diu. Thom. in ſec. ſec. qu. 40.*

K. *Ius Can. vid. in cap. Dom. noſter 23. qu. 2.*

l. *Iaſ. in l. 1. PP de acqu. vel amittend. poſſ. n. 25.*

m. *Ius Can. vid. in cap. ſi nulla 23. q. 8.*

n. *Ioſ. 7. 8.*

o. *Deuter. 13. 3.*

p. *Sac. Hiſt. 4. Regũ c. 3*

q. 2. *Reg.* 20.

r. *cap. 20. de bello contra Gabaõ moto*

s. 2. *Reg* 11. *Victoria in in ſua relatione in tit. de iure belli n 13. vbi etiã ad impediendam paratã iniuriã, vel ad uindicandam in factã.*

t. 2. *Reg.* 3.

u. 2. *Reg.* 7

x. 2. *Reg.* 8.

z. *Geneſis* 14.

a. *Cornelius alapide in cap. 31. Gen.*

b. *Euſebius lib. 9. hiſtor Eccleſ. cap. 9. Diuus Auguſt. lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 25.*

Digitized by Google

A admodum de *Theodoſio*, narrat, *Socrates* pugnante in Perſas, & Barbaros, & ipſo interim in vrbe præces ad Deũ fundente Imperatore circiter centum mille Saracenorum ab Angelis, qui ſe eius belli diſpenſatores à Deo miſſos nunciauerint acta in Euphrate miſerrimè periiſſe *c.* ſicuti tempore Diuæ Memorię *Vrbani* II. ad annum Domini 198. Chriſti Fideles prò recuperatione *Hyeruſalem*, ſcilicet quando Deus reuelauit *Goffredo*, vt Ciuitatem ſanctam ab hoſtibus recuperaret, de quo vide *Paulum AEmiliũ d.* prout in anno ſui Principatus contra *Vandalos* iuſtum bellum egit, de quo vide *Procop. c.*

Apud Scriptores Ethnicos tres rurſus belli gerendi iuſtæ cauſæ recenſentur; Prima ad repellendam vim, & ad ſe,
B ſuaq; tuenda, ob quam cauſam *Iſocrates Euagoram* Regem laudat; Secunda ad res ſibi ablatas repetendas; Tertia ad latas iniurias vlciſcendas, quam cauſam ex *Alexãdro Magno* approbat *Quintus Curtius f.* eamque *Cicero* prætextuit. *g.*

*Ludouicus Molina* cauſas tandem aliquas belli iuſti gerendi particulares recenſet, quarum primã illa dicit eſſe, nempè ad occupandum, quæ Principi debentur, ſecundã ad reprimendũ, & puniendum ſubditos iniuſtè rebellantes tertiã ad iniuriã, aut cõtumeliã Principi illatã ꝓpulſãdã, maximè ſi illa notabilis fuerit, & aliis ab eodẽ *Molina* relatis *h.*

Iure; deniq; Naturali, Gentium, Ciuili, Canonico, atque Diuino, bellum permiſſum eſſe dicimus, cum pro rerum ſuarum
C tuitione geritur, vt *Caſtrenſis* conſuluit.

Tertiò recta militum belli gerendi quoq; intentio, vt bellum iuſtum dicatur, iure exquiritur, nempè quod milites bonum, atque legitimum agmen agitare intendant, idq; non ex odio, vel vindictæ liuore, verùm Iuſtitiæ zelo inducti, vt probatur per ea, quæ DD. in *Iure Canonico* notant. k.

Cum igitur bellum dictis requiſitis concurrentibus indicitur, iuſtum dicendum erit, atque proindè bona Hoſtium, quæ in prælio capiuntur, Iure gentium capientium fiant, mobilia ſcilicet, & homines, ſiuè milites capientium ſerui efficiantur, vt *Can.*. & *Ciuiliſtæ* ſatis latè pro
D bant

c. *Socrates hiſt. eccleſ. lib. 7. cap. 18.*

d. *Paul. AEmil. lib. 4. hiſt. Frãc. Guiziel. Tyr.*

e. *Procop. de bello Vãdalor. lib. 1.*

f. *Quintus C. lib. 4. de Rebus Geſtis Alexandri Magni.*

g. *Cic. lib. 1. de offic.*

h. *Molina de iuſt. et iur. diſp. 104, et ſeq. vbi etiam tractat vtrum, propter idolatriam tantum, vel alia peccata poſſit infidelibus bellum iuſtè indici.*

i. *Caſtrenſis conſ. 33:*

K. *DD. in cap. Dominus noſter 23. qu. 2, et in cap. quid vel patitur 25. quæſt. 1. iuncto Gloſ. in §. Ius autem Gentium in verbo Bella Elementorum Iuris de Iure Nat. Gentium, et Ciu. P. Fragoſ. de Regim. Reip. p. 3. lib. 10. de exceptione ſeruorum dub. 22 §. 1. nu. 12. tom. 3. et ante illos Affl. in conſt. Comes, et Baro n. 65.*

Digitized by Google

 A

bant. *l*. Quod diximus de perſonis, quod captæ in Bello capientium fiant, hodiè intèr Chriſtianos legem iſtam non ſeruari patet, per ea quę tradunt *Bart.* & *Panorm. m.*

Simili modo, quod annuimus de bonis mobilibus in Bello captis capientium fieri, ità intelligas, vt non videantur bona mobilia fieri capientium, ſed quod ea pręſentari Duci Belli debeant, vt inter milites diuidantur, vt in *Iure Canonico* expreſsè legitur *n*.

Vltrà ſupradicta requiſita, vt bellum iuſtum dicatur, requirunt quoque, præter Summi Principis auctoritatem, iuſtæ cauſæ exiſtentiam, atq; Militum rectam intentionem, vt denuncietur parti aduerſæ bellum, quod indicturum eſt, ad hoc, vt illa ſe diſponere valeat, vel in deſiſtendo, vel reſtituendo, vel reſarciendo, proùt in *Iure Canonico* notatur *o*. B

Pręterea certũ eſt, quod ſubditi omnes, cùm per eorum ſuperiores bellum indicitur teneantur ſeruire, dùm tamen bellum, quod indicitur iuſtum ſit; De iuſtitia autem iſta belli, an ſcilicet iuſtum ſit; vel non, cùm in dubio ſumus, nec manifeſtè iuſtum bellum eſſe patet, ſolum, quod à Principe indictum bellum ſit, reſpectu ſubditorum ſufficiat, idq; quod ab eorum Principe indicatur ad ſubditos obligandos, vt ſeruiant ſufficiens erit, ſicque verùm eſt, quod dicitur bellum, ſemper iuſtè præſumendum, cùm à Principe indicitur, vt *DD.* ſcribunt, *p*. C

Licet

l. *Can vid ſunt in cap. olim de reſt. Spoliat. in c. dicat aliquis 23. q. 3. et in cap. Excommunicamus de Hæret. Ciuiliſtæ vid. ſunt in l 1. PP. de acquirenda poſſeſſione in l. penult. C. de donat. in § item ea, quæ ex Hoſtibus Elem. Iur. de rerum diuiſ. lib, 2. iunctis quæ notantur per DD. et tradũtur in l. ſi quid in Bello in l. Hoſtes PP. de Captiu. et poſt lim. reuerſ. in l. naturalẽ §. vltimo, et in l. transfugam PP. de acquir. rer. Dom. Couarr poſt alios, quos refert in reg. peccatum p. 2. §. 11. num. 6. Summiſtæ omnes in verbo Bellum, Ludouicus Molina de iuſt. et Iur. diſput. 117. verſ. ſit nihilominus 4. concl. addas, D. Præſ. de Franch. dec. 268 et addentes ad eundem ibidem Grammaticum deciſ. 71. et addentes ad illum Ricc. Collect. deciſ. 1615. Caball. reſ. crim. caſu 140. & quid in naufragatis vide D. Reg. de Ponte dec. 21. & Thorum par. 1. Compendij dec. verbo bona, & qualiter etiam de illis bonis, quæ ob maris tempeſtatem peruenerunt ex nauibus, & perſonis. atq; bonis hoſtium Regis, & Chriſtianæ fidei, acquiſitio Regis ſit, non verò capientium, per ea, quę Senat. Cathaloniæ apud Io: Paul. Xammar. rerum Iudic. p. 2. defin. 13. approb. iunctis, quos ad d. q. tradit de Curt. Reſ feud. c. 5. nu. 125. & ſeqq. vſq; ad n. 129. & vtrùm liceat tempore belli prohibitas merces deferre ad infideles prò captiuorum redemptione, vid. Amend. ad Franch. dec. 190. num. 6.*

m *Bart. in d. l. hoſtes, & Panormit. in d. cap. olim iunct. P. F. Bartholomeo fumo in ſumma aurea Armill. in verbo Bellum, num. 23.*

n *Ius Can. vid. in cap Ius militare 1. diſtint. idq. tradit Angel. in l. ab hoſtibus de cap., & poſtlim. reuerſ., idemq; exponunt Doctores ponant in l. 1. de acquir. poſſeſſ. per ea, quæ tradit Felin. in d. cap. excommunicamus, iunctis Boer. dec. 178. & Grammat. dec. 171. & quod latè Camill. de Curt. rem hanc circà declarat reſol. feud c. 5 n. 123.* D

o *Ius Canonicum vid. in cap. noli 23. quæſt. 1. & latè Molin. de iuſt. & iur. diſput. 303. Camill. de Curt. reſolut. feud. cap. 1. numer. 120. licet Bald. in l. exequutorem PP. de execut. rei indicat. circà finem in materia Clem. Paſtoralis de re indic. negatiuè reſpondeat.*

p *DD. ſunt Reg. Conſtant. in l. 1. C. vt Armorum vſus Franciſ. Marc. deciſ. 45. par. 1. Ferrett. in tractat. de iuſto, & iniuſto Bello, Petrus Caliſtus Ramires in tractatu de lege Regia, §. 26. numer. 64.*

Digitized by Google

Licet tamen cùm in dubio ſumus, an bellum iuſtum ſit, etiam reſpectu ſubditorũ, vt ſeruire obligentur, quod à Principe indictum ſit, tamen ſufficiens non videatur. Verùm requiratur, quod declaretur, Prudentum Conſilio Bellum iuſtum eſſe, idq; *Camill. de Curte*, tutiùs dicendum eſſe exiſtimauit *q*.

Ea nimirùm ratione, quia Princeps, qui bellum mouet rationem Iudicis ſubit, circà Aduerſarios in re grauiſſima, in qua non ſolùm agitur de re, propter quam bellum mouetur, ſed etiam multorum cæde, grauiſſimiſq; alijs damnis, ac malis inferendis, & ideò, quando res dubia eſſe poteſt prò rei pondere, & grauitate, diligens priùs inquiſitio fieri debet, adhibito ſapientum, & prudentum conſilio, de quibus meritò credendum ſit ſincero, & maturo iudicio, paſſioneq; ſemota ea de re iudicaturos, veritatemq; inuenturos fore, vt idem et de *Curte* citatus loquitur, idemq; Conſilium in eo, qui ſubditus non eſt requiritur, cùm dubitatur, an bellum iuſtum dicatur, & non ſubditorum auxilium conuocatur, & hoc idem *Camill. de Curte cit.* teſtatur; ea nimirum ratione ad finem ſcilicet, vt non ſubditus auxilium præſtans illi Principi, cui ſubditus nõ eſt, tutus in conſcientia ſit; ſicquè requiritur, quod certiorem ſe reddat, an iuſtum bellum, per illum Principum geratur, quod quidem eò magis in non ſubdito requiratur, quàm in ſubdito; illa quidem ratione, quia ſeruiendi ordo, oſtendit quodammodò ſubditũ innocentem, vt idem de *Curte*, ex *Gloſsa in Iure canonico* notata ſcribit *r*.

Non approbandum rurſus, quod *Bald.* notabile dicit eſſe, idem *de Curte* atteſtatur; Nempè quod vaſallus alicuius Domini ligius belli iniuſtitiam allegare nequeat, cùm per ſuum Dominum indicitur *ſ*.

De quo dicto ideò citatus *Camillus* dubitare videtur, quia cùm in indicendo bello iniuſto peccatum verſetur, quodlibet iuramentum, etiam ligij vaſalli, præſtitum non ligaret, quinimmò præſtitum reſcindendum eſſet, iuxtà terminos illos, qui in *Iure Canonico* traduntur *t*.

Cùm ergò bellum iuſtum, ex tot circumſtantijs concurrentibus dicatur, an liceat Principi infidelium auxilio vti, *Ludouicus Molina*, ità optimè reſpondit, dicens de per ſe nullis alijs ſpectatis circumſtantijs, licitum eſſe, eo quod quiuis conducere poteſt milites, licet infideles ad iuſtè ſe defendendum; Regnumq; vel ſua recuperanda, ſicuti etiam vocare poſſet in eius adiutorium infidelem Principem, quidquid in contrarium *Oltrad.* conſulerit *v*. Nam, vt ex ſacra Hiſtoria patet *Dauidem* ad *Achis Philiſtin.* Regem *Gadh* recurriſſe, & ad bellum contrà *Iſraelitas* veniſſe *x*. limitatur tamen dicta ſententia ſi per accidens ex dicta aſſociatione ſcandalum, & damnum ali-

q *Camill. de Curt. reſol. feud. c. 5. n. 118.*

r *Gloſ. in c. quid culpatur 23. q. 1. Camill. de Curte d. l.*

ſ *Bald. in conſ. 291. incipiente ad euidentiam præmitto col. 2. n. 7. lib. 2. de Curte d. l.*

t *Ius Canonicum vid. in vulgato cap. in malis promiſſis.*

v *Molin. diſput. 112. in fin. Oltrad. conſ. 71.*

x *Sacr. Hiſt. in ſam. 1. c. 27. & in c. 29. & cõfirmatur etiam exemplo Machabeorum, qui cum Romanis cõfœderationẽ fecerunt, vt dicitur in lib. 1. Mach; fideles tamen infideli Domino auxiliari prohibentur, ſecundum dicta Summi Pontificis in cap. quod ſuper his de voto, et voti redempt. Oltrad. conſ. 67. imò ex Bulla Cœnæ Domini fideles Principes infidelibus auxiliari prohibẽtur.*

Digitized by Google

 A

aliquod Eccleſiæ euenire poſſet, ſcilicet ſi Eccleſiæ Hoſtes ea ratione maiores vires aduerſùs Eccleſiam aſſumerent, terraſq; fidelium ingrederentur, eaſq; deuaſtarent, vel Captiuos deferrent, illoſq; aſportari facerent, vel alias iniuſtitias exercerent, ſuiſq; prauis moribus verbo, & exemplo interficerent, & certè quidem iſto caſu optimè non modicis rationibus militantibus regularitèr illicitum eſſe aſſeuerandum eſt, vt idem *Molina* teſtatur *z*.

Semper tamen non ambigendum eſt, Bellum, quod contrà Infideles per Fideles frequenti, ac ſacroſancto ſpiritu indicitur, licitum dici debere, *Bartolus* ſcribit *a*.

Ea nimirùm ratione, quia occupatam illicitè tenent Terram Sanctam Ieruſalem, ſcilicèt promiſſam terram *Abraha*, & ſemini eius, vt *Innocentius* animaduertit *a*. Immò bello cùm infidelibus indicto, omnes ipſo Iure prouocati intelligantur, ità vt tanquam hoſtes ipſi, ipſorumq; bona capientium efficiantur, vt *Dom. Regens de Ponte* poſt alios ſcribit *c*. B

Cùm igitur è contrario bellum ab inferiore Principe indicitur iniuſtum bellum dicatur, et ſi ex iuſta cauſa indictum fuerit, quia ſuperioris, vel legitimi Principis authoritas, deficit, quæ in bello iuſto gerendo copulatiuè cum alijs exquiritur; Hinc eſt puniendos eſſe illos, qui iniuſſu Principis bellum geſſerint, delictumvè patrauerint, vt in *Iure ciuili* legitur *d*. Vndè rectè dicitur C iniuſtū bellum illud reputandum eſſe, quod abſq; Principis mandato à priuato geritur, ſiuè ab inferiore Principe indicitur.

De Principis mandato tamen inferiores Principes bellum gerere poſſunt, vt *Diuus Thomas* atteſtatur, dicens bellum illud iuſtum exiſtimandum eſſe *e*. Si autem inferiori Principi à ſupremo Principe bellum indicere permittatur, nec tamen capti in tali bello, etiam ex cauſa indicto, ſerui capientium efficiantur, vt *Bartolus* notauit *f*.

Principes autem circà bella promouenda haud faciles eſſe debent, ità quod non niſi magna cauſa vrgente bellū indicent, nàm meliùs eſt Principi Ciues in pace conſeruare, quam in bello, dùm Ciues à Principibus exiſtimādi, atq; omni ferè cuſtodiæ tutamine tuendi, nec Principis maior laus ſit, quam ciues conſeruare, vndè *Lucullus* laudatur, quia malle ſe vnum Ciuem ſeruare, quàm mille Hoſtes occidere dixit, vt *Plutarchus* refert *g*. D

Quem-

z *Molin. d.l. quem ſequitur Camill. de Curte d.cap.5.n.121.*

a *Bart. in l.1.C. de pagan.*

b *Innoc. in cap. quod ſupèr in 11. columna Gloſ. in verſ. pro defenſione in verſ. poteſt etiā indicere bellum de voto.*

c *Reg. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. de triremibus numer. 7. dicens ibidem in fine, ex eo, quod infideles vt publicos Hoſtes, prouocatos eſſe videantur, indè ipſos impunè capi poſſe, & eorum res, & licet non capiantur in bello, ſeù in Acie belli, tamen quia bellum eſt indictū, & publicè ſunt tanquā Hoſtes prouocati in bello capi dicitur, quia vndiq; præliū cum ipſis eſt.*

d *Ius Ciuil. vidend. in l.3. PP. ad l. Iul. Maieſt. Foller. in prag. tit. de crim. læſ. maieſt. nu. 69. Borrell. de Magiſtrat. edict. lib. 1. c. 8. nu. 56. Ceuall. comm. opin. 578. n. 26. D. R. de Pōt. conſ. 15. n. 11. tom. 2.*

e *Diuus Thom. 2.2. q. 40. art. 1. iunct. Alphonſ. à Caſtro de iuſt. Hæret. punit. cap. 14. verſic. vt bellum, & Molina de iuſt. & iur. diſput. 100. in 2. tract.*

f *Bart. in l. 1. C. de ſacroſ. Eccl. in 8. col. verſ. 14. quæro, &c. quem ſequitur Iaſ. in l. ex hoc iure in 4. col. verſ. not. tamē PP. de iuſt. et iur., an autē cōſuetudine introduci poſſit, vt ſine auctoritate Principis alius inferior bellum indicere poſſit vide Victor. in ſua relectione in tit. de iure belli, numer 9.*

g *Plutarch. in Lucull.*

A Quemadmodum, & *Iulius Capitolinus in Ant. Pio* protulit, neque enim Imperatori arma capienda, dùm pacem agere licet, ſicuti quoque *Zonaras in Martiano* animaduertit, neque temerè in Acie verſari, & manus cum Hoſte confligere, quod immane, & Belluarum ſimile *Cicero* eſſe ſcribit *h*; Idcircò non niſi iuſta cauſa vrgente Princeps Bellum gerere debet, quæ quidem iuſta cauſa militum animum, & fortitudinem excitat, cùm prò iuſtitia, & ratione tuenda, militantes ſemper victoriæ dulciſſima ſpes concomitatur, vt *Io: Boter.* ſcribit *i*. Bella namque, vt *Cicero* voluit, ob eam tantùm cauſam ſuſcipienda ſunt, vt ſinè iniuria in pace viuatur *k*; Et quia bellum gerere

B ſimplicitèr, peccatum eſt, vt *Diuus Thomas* latè probat *l*. Idcircò non niſi ex cauſa bellum indici à Principe debet, vt ſaluetur peccatum; iuſta tamen cauſa vrgente poterit Princeps, immò debet bellum indicere prò pacis tuitione, ità quod poſſit prò belli manutentione nouis collectis, & tributis ſubditos grauare, & à quibus perſonis ſubſidia exigere valeat, *Dominus Conſiliarius Staibanus* latiſſimè adeundus eſt *m*; Et quod in caſu, quo Princeps in vrgenti neceſſitate conſtitutus eſt, ſoli eius aſſertioni plena fides adhibenda ſit, ſcripſerunt poſt alios *Dominus Regens Rouitus*, *Dominus Regens Valenz.* & alij *n*.

C In bello rurſus iuſto ſimulari fugam, hoſtibus conſilia, & tractatus occultari, & omnia, quæ iuſtitiæ non repugnant, fieri poſſe ad victoriam obtinendam *Diuus Thomas* probat *o*.

Perſonę autem ad bellum exercendum omnes admittuntur, prætèrquam Clerici, vt in *Iure Canonico* habetur *p*; Tùm propter inquietitudinem, tùm propter Diuinæ contemplationis, ac ſeruitij impedimentum, tum etiam quia illis ſanguinis effuſio non conuenit, poſſent tamen iuſtum bellum gerentibus aſſiſtere, vt eis ſpiritualia ſubminiſtrent, per ea, quæ *Iure Pontificio* cauentur *q*; Poterunt tamen etiam pugnare Clerici eo caſu, quo niſi ipſi pugnarent, fidelis exercitus deperderetur, vel etiam, vt victoriam conſequeretur, ſcilicèt eò caſu, quò niſi

D Clerici pugnarent, victoria non obtineretur, quod tamen intelligas de magna victoria in euidentem Eccleſiæ vtilitatem, atque augmentum reſultante, & cùm de belli iuſtitia indubitantèr conſtaret, vt Doctiſs. *Caietanus* exponit *r*.

Tandèm intèr bellum, & prælium magnum ſignificatus diſcrimen adeſſe ſciendum eſt, nàm bellum, in genere loquendo etiam quod iuſtum dicitur, non eſt aliud, quàm diſcordia intèr hoſtes, arma ſibi mutuò ad inferenda, Summi Principis auctoritate, ex iuſta cauſa indictum, vt *Hoſtienſis* definitio conſonat *ſ*, Sicque bellum eſt hoſtium diſcordia ad inferenda ſibi mutuo arma.

h *Cicer. 1. offic.*

i *Io: Boter. lib. 9. de ration. ſtat. cap. de iuſtit. cauſæ.*

k *Cic. d. l. idemq; dictũ animaduertit Paris de Puteo de re militari, verſ. an Rex num. 7.*

l *D. Thom. 2. 2. q. 40. art. 4. de bello.*

m *D. Conſ. Staibanus cent 2. reſol. 200.*

n *D. Reg. Rouit. in reſponſ. poſt ſua Conſilia lib. 1. num. 3. D. Regens Valenz. conſ. 99. nu. 1. Ancharanus conſ. 96. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 24. num. 12. Larrea allegat. fiſcal. 3. num. 8. et allegat. 60. nu. 2. par. 1. Dom. Franciſcus Maria Prato obſeru. pract. 100. litt. A. et X quidquid in contrarium dixerit Nouarius tom. 3. de grauam. vaſſall. grauam. 39. Et qualitèr belli tempore, vel alia publica vrgenti neceſſitate dirui poſſunt Ædificia ſuprà altitudinem ſtatutam extructa, vel quæ defendi nequeunt, et ſegetes paritèr comburi, vt inimici careant victu, vid. latè eſt, D. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. in tit. de elect. official. num 23. vbi latè Io: Baptiſta Thorus in Addit. ibid. num. 27.*

o *D Th. d. q 40. art. 3.*

p *Ius Can. in cap. Clerici 23. q. 8.*

q *Ius Pont. vid. in cap. quod hortatu 23. q. 8.*

r *Caiet. in 2. 2. D. Th. qu. 40. art. 4.*

ſ *Hoſtienſis in cap. 1. 23. q. 2. et prob. per tex. in l. teſtes PP. de capt. q. et l. Hoſtes PP. de verb. ſignif.*



Digitized by Google

A

t *Virg. lib.* 11. *Aeneid.*

Prælium verò eſt conflictus ille, ſeù pugna, ſeù certamen, ſiuè mutua armorum actualis illatio, non verò potentialis, ſiuè ad arma inferenda, prout eſt bellum, quod quidem diſcrimen ſatis plenè ex *Liuio* inducitur, cùm inquit; *Populum Romanum nullo bello, multis verò prælijs fuiſſe ſuperatum*, & ex *Marone*, quoque eruitur *t*. cùm cecinit:

*Infantem fugiens media intèr prælia belli*:

De differentijs autem intèr prælium, duellum, bellum, ſeditionem, ac rixam, vide etiam latè *Afflictum*, *Paulum Laym.* & *Scaglionum v*.

v *Afflict. in Addit. ad Conſtitut. Regn. Comes poſt nu.* 74. *Paul. Layman. in Theologiar. Morali lib.* 2. *tract.* 13. *cap.* 12. *de charitat. et oppoſit. vitijs. Scaglion. in Pragm.* 1. *adduct. numer.* 56.

Tandè ius cõferendi officia intèr maiora quoq; regalia, quę Summus Princeps circà res exercet, ſcilicèt quæ in dicto officio veniunt, dicimus, de illis officijs intelligendo, quæ iuriſdictionem habent, cùm illa ſint officia propriè ſumpta, ideſt iuriſdictionem habentia, quæ abſque Regis aſſenſu alienari non poſſunt, vt *Dominus Regens Rouitus* teſtatur *x*. Atque exindè tanquàm officia regalia ſunt comprehenſa in prohibitione regalia alienandi inducta, per *Conſtitutionem Regni ſcire volumus*, vt idem *D. Regens* ſcripſit *z*. B

x *Dominus Regens Rouit. in Commentarijs ſuper Pragm. Regni* 3. *nu.* 20. *de ord. iudic. et in deciſ.* 72. *num.* 9.

z *Dominus Regens Rouit. d. loc. nu.* 63. *iuncto antè illum, D. Conſ. de Georg. in repet. feu. cap.* 54. *num.* 28.

Et iſta ſunt officia, quæ de maioribus regalibus dicuntur, nàm, & ſi omnia officia penès Regem ſint, cuius oſſibus hærere dicuntur, vt *Dominus Regens Capycius Latro* ſcripſit *a*; Et officiorum omnium proprietas penès Principem dominantem eſſe dicatur, vt recolendæ memoriæ *Dominus Regens de Marinis* fatetur *b*; Attamen officia nullam habentia iuriſdictionem, quia de maioribus regalibus non dicuntur, immò impropria cùm in nudo dumtaxàt miniſterio conſiſtant, ac proindè tanquam impropria, nec de regalibus minoribus dicenda veniant, nec ſub dicta alienandi prohibitione contineantur, vt latè *Dominus Regens Rouitus* probat *c*. C

a *Dom. Reg. Capycius Latro deciſ.* 182. *nu.* 6.

b *Dom. Reg. de Marinis lib.* 1 *variar. reſolut. cap.* 68 *nu.* 4.

c *Dominus Reg. Rouit. d. deciſ.* 72. *nu.* 23. 24. *et* 25. *et hinc num actuariatus officium de regalibus ſit, et an iuriſdictionem habere dicatur, vid. lat. eũd Rouit. ibid. n.* 49. *&* 52. *et ſeq. poſt* 6122. *deciſ.* 24. *et idem Rouit. in Comm. ſuper Pragm. rub. de offic.* 6.

Cũ officialiũ nomine propriè ſumpto illi ſolùm veniant, qui iuriſdictionem in eorum officio habẽt, atq; proindè quidquid ſit de alijs officijs propriè ſumptis, vt ſcilicèt alienari abſque Regis aſſenſu nequeant, id locum non habebit in illis officijs impropriè sũptis, prout actuariatus officiũ, quod nec de officijs infixis oſſibus Principis dicitur, vt eſt monetã cudendi, indicendi bellum, legis condendæ, & aliorum poteſtas, quæ maiora regalia Principi ſolùm competentia diximus eſſe, per ea quæ in *Iure feudali* ſcriptum habemus, & *Dominus Regens Rouitus* ſectatur *d*, ſunt licet tamen quodammodò omnia officia, quæ à Principe non habente ſuperiorem cõceſſa officij nomine veniunt ex reg. generali, quam tradunt *Peregrinus*, & *D. R. de Ponte e*; Atque proindè etiam comprehendi in diſpoſitione dictæ *Conſtitut. Regni ſcire volumus* patet. D

d *Ius feud. vid. in cap. vnico, quæ ſint regalia, et ibidem congeſta per repetentes communitèr, Dominus Regens Rou. d. loc.*

e *Peregrin. de iure Fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *nu.* 102. *D. Reg. de Ponte dec. Reg. Cam.* 28. *num.* 24. *cum ſequenti, quos refert, et ſequitur, idem Rouit. d. l. num.* 54.

Officij autem ſubſtantiale fidelitas eſt, quemadmodum, & feudi ſubſtantia fides dicitur, ità quod, & ſi in illius con-

Digitized by Google

A conceſſione fides non exprimatur, intelligatur, donec ſcilicèt conceſſionarius fidelitèr ſe circà eiuſdem officij exercitium geſſerit, nec parùm officij fidelitas à feudi fidelitate diſtinguitur, vt citat. *Dominus Regens Rouitus* ſcribit *f*.

Eorum autem natura perſonaliſſima eſt, & in hoc præ cęteris à feudo diſtingui dixit, idem *Dominus Regens Rouit.* *g*; Hinc cùm de eorũ natura perſonaliſſima ſint, ad hæredes regularirèr non tranſeunt, vt *Dominus Regens Capycius Latro* ſcribit *h*; Quæ autem ex officijs merè perſonalia ſunt, conſiſtentia in ſola corporis exercitatione abſque vtilitate eorum omnium dominium penès concedentem remanet, alia verò, quæ habent exercitium cum

B vtilitate copulatum, in illis trãſit dominiũ in cõceſſionarium, vt ad tempus, aùt in perpetuum, iuxtà conceſſionis, ſiuè inueſtituræ formam, vt citat: *Dominus Regens Rouitus* poſt alios ſcribit *i*. Et officij habentis vtilitatem annexam, naturã alterari poſſe, tàm quo ad dominiũ trãſlatum in conceſſionarium, quàm etiam, quo ad tranſmiſſiuum in hæredes, quando ſcilicet hæredum mentio facta fuit, idem *Dominus Regens Rouitus* dicit k.

Cùm autem officia iſta iuriſdictionem non habent, & ad hæredes tranſmiſſoria ſunt, ſuper ijs fideicommiſſum fieri poſſe *Sacr. Reg. Conſ.* decreuit, per ea, quæ refert *Dom. Fuluius Lanarius l*.



C *f Dom. Reg. Rouit. d. loc. n.30. et 31. vbi etiã agit qualiter officio, et beneficio priuetur officialis delinquens in officio, intuitu officij, ad quod ſententiam declaratoriam neceſſariam eſſe dicit, quæ operatur ex tunc à die commiſſi delicti, non ac die latæ ſententiæ, et an officio ad alterius collationem ſpectante, ſi quis fuerit, eo priuatus, ex quo in eo deliquit, nùm à Principe gratiatus illud recuperet, vid. Dom. Reg. de Marinis lib. 1. reſol. iur. cap. 68. nu. 1.*

g *Dominus Regens Rouitus dict. loc. numer. 35. et qua ratione difficiliùs aſſenſus in obligatione officij, quàm in obligatione feudi præſtetur, et quod ampliùs non poſſit ſine titulo poſſideri, feudum verò ſic, quinimmò nec poſſeſſio probari ſine priuilegio, et hinc eſſe illud, quod communi Cauſidicorum vulgo dicitur, ſtrictiùs in officijs, quàm in feudis procedi, d. n. 35. 38. et n. 72. iuncto peritiſſimo, atque omni laude, per quam digniſſimo, Illuſtri Dom. Reg. Marciano diſp. 28. lib. 1. vbi probat officium annexam iuriſdictionem habens, neq; obligari, neque vendi poſſe, vigore etiam Conſtit. Regni ſcire volumus, vndè in illa obligatione, vel etiam venditione habere locum reuocationem, vigore Conſtit. Regni Conſtit. Diuæ Memoriæ ex dictis per D. Reg. de Curte in 2. par. diuerſory feudalis, fol. 242. nu. 151. et ſequentibus, iunctis Anichangel. de Reg. offic. cap. 9. et Montan. de regalibus in principio, nu. 46. fol. 42.*

h *Dominus Regens Capycius Latro deciſ. 182. num. 9.*

D i *Dominus Regens Rouitus d. loco num. 39. et 55.*

k *D. R. Rouit. d. loco n. 40. et qualiter officij, ſeù aliorum regalium ſimplex conceſſio dominij tranſlationem operetur, etiam quò ad hæredes extraneos, ita vt alienari abſque Regis aſſenſu poſſit, affirmatiuè ex concludenti ratione, idem Rouit. ibidem reſpondit num. 41. et 42. vbi dominium illud per huiuſmodi conceſſionem, factam pro hæredibus, burgenſaticum eſſe, nec feudale cenſendum, niſi in conceſſione dictum fuerit in feudum, vel in beneficium, vel æquipollens, et ità per Regiam Cameram deciſum in officio Magiſtri Actoris Ciuit. Auerſæ, idem ibidem numer. 42. tradit, et quid ſi limitata fuerit conceſſio ad hæredes ſanguinis, vel ex corpore deſcendentes, qualiièr tùnc officium illud ad extraneos hæredes tranſiturum non erit, nec diſtrahi abſque Regis Aſſenſu poſſit idem ibidem num. 43 dicens idem procedere, ſi eadem reſtrictio deduceretur ex Clauſulis eiuſdem virtutis, quæ quidem omnes per eundem ibidem recenſentur, num. 44. et 45. et ſequentibus, vſque ad 55. et ſequ.*

l *Fuluius Lanarius in Addition. ad Dominum Regentem Lanarium in cap. 1. de ſucceſſione feudi num. 59.*

Digitized by Google

Officia autem omnia, antè Regis conceſſionem penes Re- A
gem eſſe non poſſunt, atque proindè, nec feudalia, nec
de regalibus,ſed merè burgenſatica dicenda veniunt, vt
*Dom.Reg.Rouit.*explicat *m*.

Eadem rurſus officia redditum prorsùs incertum habentia,
quia res ſoli cohęrẽtes nõ ſũt,ac proindè immobilia dici
nequeunt,nec immobilium appellatione veniunt,etiam ſi
expreſsè fuerint in feudum conceſſa, iure tamen feudi
non cenſebuntur, vt pluriès allegatus, *Dominus Regens
Rouitus* atteſtatur *n*: Quod ea ratio ſuadet, quia con-
ceſſo tali officio in feudum, ſcilicet non habente certum
redditum, verùmtamen conſiſtente in incertorum exa-
ctione videretur feudum in pecunia conſiſtere, atque B
proindè in re mobili, quòd eſſentiæ, atque naturæ
feudi implicat, vt latè ſuprà diſplicauimus.

Ex officijs autem omnibus, quæ noſtraneo in Regno ſunt,
ad Regis collationẽ tantùm ſpectantia dicuntur,quę verò
ad noſtri Exc.Dom.Proregis hoc in Regno pro tempore
exiſtentis collationem ſpectant, in *Pragmaticarum cor-
pore* notantur *o*.

Cætera alia tandem, quæ huic officiorum materiæ
congrua ſunt, latè apud *Taſſon.* habes, & alios, latiſſi-
mè verò nupèr admodum apud peritum *Dominũ meum
Reg. Conſiliarium Franciſcum Roccum p*.

Ius tandèm concedendi arma, & inſignia intèr maiora re-
galia eſſe dicimus, cùm in priuatorum poteſtate non ſit, C
ſed ſolùm Supremi Principis, vt in *Iur. Ciu.* habetur *q*.
Ex his autem inſignijs, ſiuè armis antiquarum familia-
rum veſtigia conſeruari ſolent, vt *Pariſius*, & alij *r*, ea
ratione atteſtantur, quia ſcilicet arma, & inſignia gentili-
tia ad omnes de agnatione illa deſcendentes tranſire ſo-
leant, ex argumento eorum quæ in *Iur.Ciuil.* notantur.

Indè ipſa inſignia agnationis originem, atque familiam ar-
guere, *Caſſaneus*, & poſt alios *Menochius* dicunt *ſ*; Licet
tamen abinſignijs deſumpta probatio, concludens non
ſit, indè alia probatio requiratur, argumento eorum,
quę

m *Dominus Regẽs Rouit. d.l.num.* 14.20.*et* 32.*et qualitèr poſito aſſumpto conuincatur falſum reſpectù qualitatis regaliæ,idem ibidem demonſtrat num.*33.*vndè ſcribit talia penès conceſſionarium eſſe,niſi ex verbis conceſſionis illorum natura, et qualitas mutata fuerit ibidem num.*15.*et* 20.

n *Reg. Rou.d.l.nu.*26.

o *Pragm.corp.vid.in Pragm.*2.*de offic.ad Reg.Maieſt.etc.* D

p *Taſſon. de antefato verſ.*4.*obſeru.*2 *iunctis Capyc. Latro d.dec.*182.*et* 183.2. *tom.Rou.d.dec.* 72.*et* 72.*vbi in princ.explicat quantitatem ſoluendam pro Reg.aſſenſu in officior.vendit.n.*1,*et an deducenda ex prætio ſit, etiam reſpectù ad expenſas pro d.Reg.aſſenſu, nu.*2. *et* 6. *et onus iſtud ad quem ſpectet ibid.n.*3.*de qua re vide etiam D. Reg de Marin.ad Reg. Reuerter.deciſ.*394.2.*tom. et Amatum reſolut.*67.*lib.*2.*idem Rou.latè ſuper Pragm.Regni tit.de offic. Horat.Montan.tract. de regal.tit de regal.offic.peritus D.Reg.Conſ. Franciſcus Roccus in luculent.tract.de offic.*

q *I C.vid.in l.nemo* 5 *Cod.de dignitatibus l.quæris* 3.*PP.de not.reſtit.Sixtin d.lib.*1.*cap.*2.*n.*36.

r *Paris conſ.*19.*nu.*28 *et ſequenti lib.*2. *Burſat.conſ.*228. *num.*4.*lib.*3. *Boer.deciſ.*146.*num.*6. *Gratianus* 2 *diſcept for.cap.*228.*nu.*26.*Molin.de Hyſpan. primogen. lib.*2. *cap.*14.*in princip. et nu.*5 *Ius Ciu.vid.in l.familiaria PP.de religioſis, et ſumptibus funerum Caſſan. in Catalago gloriæ Mundi,par.*1.*conſid.*38.*Hoping.de iure inſign.cap.*2.*num.*14.*et ſeq.*

ſ *Caſſan.d.l.concluſ* 41.*Menoch. conſ.*161. *nu.*6.*immò talis quis præſumitur quale nomen,et inſignia gerit arg. tex.in l.moueor.*4. *C. de ſeruis export. Hoping. d cap.*2.*nu.*192.*et ſeq.itaùt inſignium ſimiliũ poſſeſſio et eoq;nominis identitas onus probandi in Aduerſariũ transferat,vt concludunt; Menochius conſ.*816.*n.*18.*Vveſenbec.conſ.*13.*n.*72.*Hoping. d.tract.n.*55 *et ſeqq.*

Digitized by Google

A quæ in *Iur. Ciuil.* notantur *a*. Ibi (*ex ipſis etiam probationes ſumi oportere; nàm ſolam nominis ſimilitudinem ad cuiuſque originem ſatis non eſſe*) ſæpè enim euenit, vt plures eiuſdem cognationis ſint, nominis, armorum, & imaginibus maiorum vtentes, eademque inſignia gentilitia retinentes, a gnato tamen defunɈo in gradu proximiores non exiſtant, cùm poſſint quidem eſſe agnatos proximiores inſtitutoris tamen, vel primi acquirentis ex ordinis ſtipite non deſcendentes, vt *Signorol.* & alij atteſtantur *b*.

Cætera alia, quæ circà hoc ius inſignia concedendi proponi poſſent latiùs adeundus *Sixtinus* eſt, & latiſſimè *Hoping. c*.

B Aduertendum tamen circà rem noſtram, non omittam, arma, & inſignia prioris Domini poſſe auferri, & deleri per nouum ſucceſſorem in feudo alienato, vt poſt alios latè probat *Frecc.* dicens quoque, arma poſſe Baronem in ſub feudo alteri conceſſo depingere *d*.

6 (Fiſci, ſiuè min. reg. latiſsimè interpret.)

Minora (ſiuè fiſci regalia non nulla quoque per *DD.* proponuntur, & quidem primò.

Armandiæ, ſiuè, vt alij ſcribunt armanniæ, ideſt ius arma fabricandi, ſiuè ius armorum bellicorum habendi fabricas; ac armentaria publica, vt in *Conſuetudinibus feudorum* notatur *e*.

C Et licet armandiæ iſtud ius, quidam exponant littora publica, quæ ità diɈa eſſe putant ab ariditate, alij verò interpetrentur veɈigal, quod ex animalium armentis ſoluatur, vt ſunt *Iſernia, Aluarotus, Baldus, Balzaranus*, & alij *f*.

Qui.

a *Ius Ciuil. not. in l. fin. §. item ſcripſerunt PP. ad municipalem.*

b *Signorol. conſ. 81. nu. 15. poſt alios Menoch. conſ. 1171. num. 19. et 24. Vveſenbec. conſ. 8. num. 32. Gaill. 2. obſeruat. 149. nu. 1. poſt alios Roſenthal. de feud. cap. 2. concluſ. 27. in fin.*

c *Sixtin. d. l. et Hoping. d. traɈ. d. loc. et per tot.*

d *Frecc. de ſubfeud. Authorit. 77. lib. 2. nu. 3. et 1. et qualitèr ſubfeudatarius debeat depingere arma ſua in loco inferiori, vbi reſident arma Domini ibidem nu. 2. et an Baro poſſit in Caſtro infeudato tenere vexillum, depingere arma ſua, vel homines armatos mittere ibidem nu. 4.*

e *Conſuet. feud vid. in cap. vnico, quæ ſint regalia, junɈ. notatis in Cod. de fabricenſ. in l. 1. Cod. vt armorum vſus inſcio Principe interdiɈum ſit, et in Nouell. Iuſtin. 85. cum ſimilibus Borch. in cap. vnico, quæ ſint reg. num. 21. Bocer. de regalib. cap. 2. nu. 138. ſub fine, et ſequenti, et Claſſe 5. diſput. 11. Theſ. 9.*

f *Iſern., Aluar., Bald., Balzaran., et alij in d. cap. vnic. quæ ſint reg. Et ex Ferrario Montano, id etiam liquet lib. 5. de feud. cap. 7. verſ. ad ea, quæ Regi ſunt armannias, ſcilicèt eſſe præſtationes, quæ fiunt Regi ex Ouibus, Bobus, cæteriſque Pecoribus, idque veɈigal prò ſumentibus Paſcua hyemali tempore in Regno Curiam Regiam habere in Regione Peutetia, ſeù Dannia, quę hodiè Apulia nominatur, quod ex antiquiſſimo tempore fuiſſe exaɈum à Regibus huius Regni noſtri ex Varrone, Cicerone, aliiſque Scriptoribus teſtatur Freccia 2. de ſubfeud. Authorit. 46 nu. 12. et ſeqq. quem memorat Horat. Montan. in traɈ. de regal. verbo armanniæ, vnde Reg. Curia Dohanam Menepecudum, quæ in Terra Foggiæ à fouearum multitudine diɈa, regitur habere dicitur, quam ibid locari inſtituit Ferdinādus I. Anno Dom. 1468. de qua re latè cit. Freccia adeundus eſt. Eius autem Dohanæ regiminis munus ad præſens integerrimè exercet noſtri æui peritiſſimus Ill. D. Io: Hieronym. de Philippis Reg. Cam. Præſidens digniſſimus, cùm ab ineunte ætate ſe peritum, conſultum, de iure reſpondendo ſui magnam recolendam recitationē præbuerit cauſas namque acerrimè, et integerrimè, eloquentiſſimèque patrocinatus, tandèm aliquando Magiſtratū adeptus Regij Patrocinij Patronum eſſe meruit, ex quo Reg. Conſiliarij, et R. C. Præſidentis prætexta decorari meruit, junɈ. Eguin. Baro dicens armannias iura fabricādi arma, ſiuè officinas, vbi arma fabricantur eſſe, quem recenſet, cit. Horat. Montan. d. l. vbi nu. 2. ſcribit. Regis tantum eſſe facere deleɈus militum, et fædera, et repræſalias, ipſaſque armorum officinas de regalibus, dicens eſſe, n. 3. item liɈorum cuſtodia ad Regem ſpeɈare, à quo commiſſa eſt Magno Admirato.*

D

Digitized by Google

Quidam, & ipſi etiam dicunt, eſſe vectigal, non tamen ex animalium armentis, ſed quod ex arma faciendi licentia pendatur, ſecundùm ea, quæ anteriores ſcripſiſſe refert, *Roſenthalis g*. A

Similiter, & alij interpetrantur, ius conſtituendi, faciendique Admiralium, ſiuè Admirātē; qui rebus maritimis præſit, vt ſunt *Baldus*, *& Afflictus h*. Nihilo tamen minùs armandias, ſiuæ armanniæ ius fabricas, & publica armentaria, quæ Principem Romanum ſemper ſibi ſoli præcipuas, vindicaſſe, atque armiſacturæ opus nullum priuatum operari voluerunt, vt noſter *Iuſtinianus* ſanciendo loquitur *i*; Atque iuſti belli indicendi ius huc quoque pertinere, quod ſcilicèt nemo poteſt, niſi Imperator, vel Summus Princeps, vt *Vulteius* poſt *Bartolum*, & alios teſtatur *k*. B

Armannias autem ad fiſci regalia, ità referri quatenùs vectigal, ex conceſſione de armis in publicis officinis fabricandis facta fiſco præſtatur, per ea, quæ *Sixtinus* ſcripſit, *Georgius Schultzen.* teſtatur *l*.

Ius autem iſtud armanniæ, ſiuè armorum ædificandorum, rectè in feudum dari poſſe dicimus, & hoc non niſi ab Imperatore, vel Summo Principe Supetiorem non recognoſcēte intelligimus, nàm ſi armanniæ ius Regis, ſiuè Fiſci dicimus, quoniam Fiſcum nemo propriè habet, niſi Summus Pontifex, Imperator, Reges, Reſpublicæ, & cęteri alij Principes Superiorem nō recognoſcentes, quos omnes refert *Valenzuola b*, de alijs verò inferioribus *a*, quibus ex conceſſione Imperatoris, vel tacita, ſcilicet ex præſcriptione, vel expreſſa, nempè ex conuentione, vel priuilegio competit, vide *Ferrar. b*. C

Dixi in feudum rectè dari poſſe, nàm, & ſi munitiones Caſtrorum, & Arcium, veluti Baliſtæ, Archibuſij, Tormēta ęnea, ſiuè Bombardæ, Artileriæ, & ſimilia, quæ per ſe, vt ſingula conſiderata, & ſi prò mobilibus reputanda veniant, vt *Gloſ.* ſcribit *d*, quatenùs tamen, vel cùm Caſtro cōſiderantur, vel vt ius illorum conſtruendorū, ſiuè in conceſſione armorum faciendorum veniunt, prò immobilibus reputanda ſunt, vt ſcribit *Chriſtian. c*; Sicque tanquàm in re immobili rectum feudum reſpectù materiæ dicendum veniat, quod in huius armanniæ iuris conceſſione, ſiuè inueſtitura conſtituitur. D

g *Roſenthal. in ſynopſi feud. cap. 5. concl. 19.*

h *Bald. et Afflict. in d. cap. vnic.*

i *Iuſtin. vid. in d. Nouell. 95. Peregr. in d. c. 1. nu. 14. Menoch. poſt alios conſ. 302. nu. 24. vol. 1. atque ità Neotericos interpetraſſe dicit Roſenthal. d. l. eamque interpretationē omnium veriſſimā teſtatur Borcholt. d. cap. n. 41. et ſequuntur Cuiac. et Hotoman. in d. cap. vnic. quæ ſint reg. et Sixtin. 2. de regal. nu. 5. Eandē præ cęteris conuenientiſſimam arbitratur eſſe, Vult. 1. de feud. cap. 5. nu. 7. §. 1. verſ. armanniæ; iunct. Bocer. d. l. Io: Niell. diſp. feud. 11. Theſi 4. litt. G. Gothofr. Anton. diſput. feud. 3. Theſi 7. litt. B. Arnold. de Reyg. diſp. feud. 8. Theſi 6. Arum. diſp. feud. 4. Theſi 17. Suen. exerc. feud. 5. aſſert. 3. et alij.*

(catchword) Quod

k *Vult. poſt Bart. Abbat. Couarr. Peregr. in d. l. §. 1. in fine.*

l *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 1. nu. 6. Georg. Schultzen. in ſynopſi iuris feud. cap. 2. n. 133. circà finē.*

a *Bald. in cap. 1. §. ad hæc de pace, et iuramento firmanda, Peregr. 1. de iure Fiſci num. 4.*

b *Valenzuola in C. de iur. Fiſci num. 19.*

b *Ferrar. quem refert Vult d cap. 7. verſ. minora regalia, iuncto Platea in l. 1. C. de bonis vacantibus lib. 10. Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. c. 10. nu. 8. et qualitèr etiā hodiè Epiſcopi ex conſuetudine fiſcum habeant, vid. Amayam in tit. C. de iure fiſci num. 25.*

d *Gloſ. in l. fundi in principio PP. de funde inſtructo.*

c *Chriſtianæ 1. Belgic. deciſ. 212. n. 10. Immò arma bellica manere etiam in familia, atque veluti immobilia refutari poſſe, etiam ſi quandoque aliò transferantur, eo animo, vt redeant, ſcribunt Bald. conſ. 478. et Cotta in Memorabil. verſ. Caſtro mihi conceſſo.*

Digitized by Google

A Quod diximus ad Supremi Principis poteſtatem armanniæ iura tantùm, nèc ad alios ſpectare, niſi ex coceſſione eiuſdē Principis ſupremæ poteſtatis, illud *Iure Ciuili*, & præcipuè ex noſtro *Iuſtiniano Imperatore*, ad feudorum ius, à doctiſſimis viris verſum eſſe patet, vltrà ea, quę in C. & in *Nouellis* Cōſtitutionibus præcepit; Ex eodem *Iuſtiniano* idē probatur, cū inquit (*Imperatoriā Maieſtatē non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam, vt vtramque tempus, & bellorum, & pacis rectè poſſit gubernari, & Princeps Romanus non ſolùm in hoſtilibus prælijs victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat, tàm iuris religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus triumphator magnificus.*) nēpè armorum iura Imperatoris, ſiuè Principis tantùm eſſe; immò ipſa arma Imperatoriam Maieſtatem, quemadmodum, & leges decorare dicendum eſt, &

B ex quo *Imperator Iuſtinianus* inquit: Imperatoriam Maiaſtatem armis decoratam, & legibus armatā debere eſſe, illud omittendum non duxi, magnam ſimilitudinem intèr litteras, atque propriè legales, cùm armis eſſe, ità quod, & ipſe Imperator, quemadmodum armis victis hoſtibus triumphat, ità calumniantium iniquitates legitima punitione iuris religioſiſſimus eadē protinùs cùm gloria appellari iactetur. Quanta autem intèr litteras, & ipſa arma congruentia ſit, *Dominus Don Franciſcus de Amaya* poſt alios explicat *d*, & longè fortiùs ciuilibus

C in rebus eſſe, quam bellicis, antecellere *Cic.* probauit *d*. Ius ſecundò viarum publicarum inter minora, ſiuè Fiſci regalia annectimus, vt in *Iure feudali* probatur *e*; Viæ publicæ ſcilicet, quæ in ſolo publico ſunt, & per quas Populo liberum iter patet, quæ exindè Regiæ viæ appellantur, ſicuti, & *Iure Romanorum* prætoriæ, conſulares, militares dicuntur *f*: Ad quarum viarum publicarum reparationem omnes tenentur, vt *Dominus Franciſcus de Amaya* latè probat, ea nimirùm ratione, quia vt maximū vtilitati vias reficere, purgare, & munire conueniat *g*. Earumque dominiūm ſupremum, & munitio, atque tutela, & quidquid reddituum ex ijs dependet, ad Imperatorem, vel Regem, eiuſque Fiſcum, ſiuè Populum pertinere, cùm

D *Sueuo* dicimus *h*. Vndè eſt eo nomine, quod diximus intèr Fiſci regalia publicas vias referri, intelligendum, quatenùs ſcilicèt redditus omnes, qui ex vijs publicis dependent, ad Fiſcum pertinere habeant, vndè & Imperatori, & Regi, & alijs Superiorem non recognoſcentibus ius iſtud Fiſci pertinebit, alijs verò Capitaneis, maioribus Valuaſoribus, puta Ducibus, Marchionibus, alijſque, ſi viarum publicarum tuitionem conceſſionem, vel præſcriptionem habeant: Quemadmodum Imperatori, alijſque Superiorem non recognoſcentibus ea cura incumbit, vt ea omnia, quæ

d *Dom. D. Franciſcus de Amaya in lib. 10. C. tit. de athletis.*

d *Cic. 1. de offic. verſ. d. cum Pleriq.*

e *I. f. in cap. vnico, quæ ſint regalia.*

f *Ius Romanor. in leg. prætor ait 2. §. viar. 22. et in l. final. PP. nè quid in loco publico, etc.*

g *Amaya in commentarijs ad lib. 10. Cod. tit. de immunit. etc. l. 2. n. 5. 6. et 7. iunct. perito Annaia Roberto rer. iudic. lib. 2. c. 3. f. mihi 341. verſ. pro Curatoribus viar. et hinc eſt quod Vniuerſitates omnes ſiuè Populi ad dictā refectionē viarū, et Potium teneātur, vt D. Regēs Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. n. 61. et de huius Regalis materia vid. latè Horat. Mont. in tract. de regal. verb. via publica.*

h *Sueuus d. exercitat. 5. aſſert. 3.*

Digitized by Google

quæ ad earum ſecuritatem,ſiuè itineris faciendi commodiorem vſum ſpectant, conſeruare, atque cuſtodire habeant, illas à malis hominibus purgando, & ne à latronibus plagiarijs, prędonibus, & furibus infeſtentur, argumento eorum, quæ in *Iure Ciuili* notantur *i*. Alitèr iſti quidem Duces, alijque Capitanei, ſiuè Valuaſores maiores viarum publicarum ſecuri itineris, atque vſus curam habentes, damnum iter facientibus deprædatis reſarcire iure tenebuntur,maximè ſi penſionem aliquam, pædagium, vel vectigal prò ſaluo conducto acceperint, per ea, quæ *Andreas Gaillus* per Cameram Imperialem in cauſa quadam contrà Epiſcopum Herbipolenſem iudicatum fuiſſe tradit *k*. Dummodò tamen ſi via Regia B
deprædatus vſus fuerit, nec ab ea deflexerit, vt idem *Gaillus* ſcribit *l*.

Qui autem eo nomine regale iſtud habent,iter facientibus plenam ſecuritatem præſtare debent, vt diximus, & hoc quidem diſponendo in hunc finem emiſſarijs, aut ſtationarijs, vt in *Iur.Ciuil.* notatur *m*, & quia vt diximus ipſos viarum curatores de damno iter facientibus illato teneri, damnum rapina datum per teſtes probandum eſt, non verò per iuramentum aduerſus Principem, vel eum, ad quem dicta cura ſpectat, ſiuè qui ſecuritatem dedit, quia nihil dolo admiſit, quod tamen aliud eſt, ſi aduerſus ſpoliantem ageretur, vt *Mynſing.* atteſtatur *n*.

Quod ſuprà rurſus ex teſtimonio *Dom. Franciſci de Amaya* C
ad viarum publicarum reparationem omnes teneri, cùm onus publicum videatur, per ea,quæ in *Iur.Ciuil.*not.diximus, limitatur in hac Neapolis Ciuitat. vbi proprijs non Ciuium expenſis, ſed communis Ciuitatis Patrimonii impenſis,etiam quod ſpectat ad viarum refectionem antè priuatorum domos fit, nec pro ea aliqua impoſitio adeſt, quod contra omnem iuris diſpoſitionem, & inter alios huius Ciuitatis abuſus, *Dom. Regens Franciſcus de Ponte* notauit *o*.

Ex quo iuriſdictio viæ publicæ de regalibus dicenda eſt,cõſequitur, vt conceſſo Caſtro in feudum à Principe, cùm ſuo territorio omni iure, & omnimoda iuriſdictione viæ publicæ iuriſdictio non veniat, nàm regalia non veniunt D
in generali conceſſione, ne ex illa transferantur, vt *Zaſ.* & alij ſcribunt *p*.

Et

i *Ius Ciuil. vid.in l.1. §.qui ex 12.PP.de off. Præfecti i Vrbis in l.præſes 3. et in l. congruit 13.PP.de offic. Præſidis cum ſimilibus concordantibus Sueuus d. loc.*

k *Andreas Gaill. lib. 2. obſeruat. 64. num.1. et ſeqq. iunctis Mynſing. cent.5. obſeruat.70. per tot.Receſt.in rubr.de iure iurando numer. 168. Borch. in cap. quæ ſint regalia num.28.Roſenthal.in ſynopſi iuris feu. cap.5. concluſ.22. litt. A. Vult. 1. de feud. 5. numer.7. §. 2. Arnold. de Reyger. diſput. feud. 8.Theſi9.et ſeq.et alijs, quos refert, et ſequitur Georg. Schultzen. in ſynopſi feud. cap.4. num. 135. qui dictam propoſitionem ex Imperij Cõſtitutione confirmat, idemque Iure Saxonico ſeruari dicit,poſt multos alios ab ipſo allegatos.*

l *Gaill.d.l n.11.iunct.Matthæo Coler.in tract.de proceſſ.exequut.p.1.cap.2.n.mihi 131.et ſeq.et deciſ.129.num.8.Niell.diſput.feud.11.Theſi 4.litt.B.et Matth.Steph.in tract.de iuriſdict.l.2.p.1.cap 7.num.1397.et ſeqq.Schultzen d.l.*

m *I.C.vid.in d.l.1.§.quies 12.PP.de offic.præf.vrb.Sueuus vbi ſup.cit.*

n *Mynſing.d.cent.5.obſ.71.quem ſequitur Sueuus d.loc.in fin.*

o *Dom. Regens Franciſc de Ponte de poteſt.Proreg.tit.de abund Ciuit.§.6.num.22.et 23.*

p *Zaſ.p.5.epit.feud.num.11.et 12.Sixtin.de regal.l.2.cap.2.num.16.Georg.Adam.in ſyntagm. iur.feud.cap.6.aphor.23.num.2.*

Digitized by Google

A Et ex hoc altercari conuenit, ſi in via publica committatur homicidium, vbi vnus in eo territorio merum Imperium, alter verò regalia habeat, ad quemnàm cognitio, & executio iuris dicendi poteſtate ſpectet.

Circà quod quidquid nonnulli exiſtimant veri cognitionem ad eum ſpectare, qui merum Imperium, ſeù ſuperiorem iuriſdictionem, vel iuris dicendi poteſtatem habet, vt ſunt *Rolandus à Valle*, *Alciatus*, *Petrus Iacobinus*, & alii *q*. Ea nimirùm ratione, quia merum imperium, in toto territorio conceſſum, in qualibet eius parte, & sic etiam in via publica conceſſum intelligatur.

B Certò tamen certiùs contrariam ſententiam veram, atque certam eſſe tuemur; Quod nimirùm cognitio, & executio ad eum ſpectare debeat, qui regaliæ ius collatum retinet, per ea, quæ poſt alios tradit *Schneid. r*. Prætereà, quod diximus patrati homicidij in via publica, vt mulctam dicat contrà Reum, cognitionem ad eum ſpectare, qui regaliæ ius conceſſum habet, ità procedere intelligas, ſi homicidium in via publica extrà Pagum, vel Ciuitatem fuerit commiſſum, ſecùs verò ſi in Pago, vel Ciuitate committeretur, nàm tùnc commiſſi criminis cognitio ad illum Magiſtratum, qui eò loci iuris dicendi facultatem, iuriſdictionem, & merum Imperium communicatum habet, eſtò quod in via publica committeretur, ſpectabit, per ea, quæ latè *Zanger.* poſt alios tradit *ſ*.

Ij Ra-

*q Roland. à Valle conſ. 42. num. 35. vol. 2. Alciat. in l. quantum 157. PP. de V. S. nu. 6. et 7. Petrus Iacobin. in practic. ſua tit. de iuriſdict. Guidon Papa q. 577. et alij, quos refert, atque ſequi videtur Henric. Roſenthal. in ſynopſi iur. feud. cap. 5. concluſ. 21. nu. 1. litt. B. Finckelth. diſp. feud. 4. Theſi 13. litt. B.*

*r Schneid. ad §. vltim. elementorum iuris Iuſtinianei de iure naturali, Gentium, et Ciuili, n. 8. verſ. vndè ſi aliquis, et princ. elemēt. de S. R. et V. P. n. 23. verſ. ideò, et ſi quis, et ſeqq. et in §. ſumma autem elemēt. de interdict nu. 67. verſ. quare ſi in via, & in epitomis feud pag. 2. n.*

C *102. iunct. Borcholt in cap. vnic. quæ ſint regalia num. 25. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 2. num. 16. Matth. Steph. de iuriſdict. Rom. Imper. lib 2. pag. 1. cap. 7. nu. 400. Ioachim à Beuſterio in leg. admonendi 31. PP. de iure iur. nu. 968. § ſic via publica verſ. vndè ſi aliquis, Zanger. in tract. de except. pag. 2. cap. 1. nu. 241. Arumæ diſput feud. Theſi 18. Sueuus exercit feu. 5. aſſert. 4. Vbi peculiare Georgij Ducis Saxoniæ ex ſcriptis citati Zanger. edictum recenſet. Georg. Schultzen. in ſynopſi iur. feud. cap 7. num. 137. vbi num. 138. ſubnectitur quærere, an in caſu, quo de loco perpatrati criminis non conſtat, puta quando locus commiſſi delicti neſciretur, nempè ſi hominis*

D *occiſi cadauer ità proſtratum reperiatur, vt corpus territorium eius, qui merum Imperium habet, caput verò viam publicam contingat, vel è contrario vice verſa, cui ex communi ferè DD. concluſione ità primo reſpondit, cognitionem eo caſu ad eum pertinere, in cuius Territorio caput reperitur, argumento eorum, quæ notantur in l. cum in diuerſis 44. verſ. cum eſt principale PP. de Religioſis, et ſumpt. funer. poſt authoritatem Beuſt. in d. l. admonendi, nu. 968. poſt medium verſ. quod procedit, Schneid., Borch., Sixtini, aliorumque, 2. ex authoritate Ioann. Niell diſput. feu. vlt. in coroll. litt. D. et aliorum, cognitionem ei tribuentium, in cuius Territorios trucidatus parte corporis infima, vel etiam ſolis pedibus reperitur 3. ex ore Hier. Treutl. volum. 1. diſput. 19. Theſi 4. litt A. et ibi Bachou. Hunni, et aliorum, cognitionem commiſſi delicti, eo caſu ad vtrūque pertinere exiſtimantium, et tandem idem Georg. Schultzen. ibidem 139. concludit, quod ſi occiſus in alterius Territorium pertrahatur, eius de cæde cognitio erit, in cuius ditione ea perac̄ta euidentibus ex ſignis, aut præſumptionibus euincitur, argumento l. 1. authent. qua in Prouincia, C. vbi de crimine agi oportet, idque in facultate iuridica Vvittebergenſi ad conſultationem N. N. reſponſum fuiſſe recenſet, idque multi teſtantur Sueuus d. aſſert. 4. poſt confutationem multarum ſententiarum ſuper ex cit. Schultzen. propoſit. diſp. feud. 4. et Finckelth. th. 14. quem cit. Sueu. ſequitur dicens, idem eſſe dicendum, ſi in medio Territorij duorū dominorum cadauer reperiatur, locū homicidij patrati attendendum eſſe etiam ex coniecturis; nō verò deſumendā eſſe cognitionem à capitis ſitu, vt quidam dixerunt, de quibus ſup. ex Georg. Schultzen. habes.*

*ſ Zanger. d. tract. par. 2. cap. 1. num. 142. et ſeq. quem ſequitur Sueuus d. aſſert. 4. varijs in Terris Electoris Saxoniæ conſtitutionibus idem ſtatuentibus Georg. Schultzen. ibidem, eorumque dicta quo ſup. cit. num. 141. exornat.*

Digitized by Google

Ratio autem, cùr regulam illam, quam diximus procedere, vt ſcilicet ius viæ publicæ habenti, eiuſdem viæ iuriſdictio competat, illa videtur ex eo ſcilicet, quia cùm ad eum tanquam publicarum viarum Curatorem, Tutela, & ſecuritas viæ publicæ ſpectet, ergò, & animaduerſiones omnium illorum, quæ contrà eius ſecuritatem admittuntur, tanquam in conſequentiam, & ad exequutionem pleniſſimæ ſecuritatis præſtandæ eidem ex hoc iure dicta iuriſdictio, ſiuè cauſarum cognitio tranſcribenda erit, vt *Sueuus* ſcribit *t*.

Viarum tandem cuſtodes, ſiuè curatores iure Romanorum tandem congnitas liquet, per ea quæ *Cicer*. *v* meminit (*Thermus* (inquit) *Curator eſt viæ flaminiæ: quæ quum erit abſoluta, ſanè felici eum Cæſari conſulem addiderim*) B
Similiter per ea, quæ *Plinius iunior* reſcripſit *x* (*receſſeram in municipium, quod mihi nuntiatum cornutū Tertullum accepiſſe Æmiliæ viæ curam. Exprimere non poſſum, quantò ſub gaudio affectus, & ipſius, & meo nomine*) & *eos ex Auguſto Tranquillus* repetit *z* (*Quoque plures partes adminiſtrandæ reip. caperent, Auguſtus noua officia excogitauit, curam operum publicarum viarum, & aquarum aluei Tyberis, ac cloacarum, frumenti populo diuidendi præfecturam vrbis, trium viratum legendi Senatus, & alterum recognoſcendi turmas Equitum quotieſcumque opus eſſet.*)

Curſus publicos conſtituendi, atque confirmandi ius ad minora regalia nonnulli referunt; Curſus publicos ſcilicet Æquos publicos per vias publicas diſpoſitos, quos vulgò Poſtas, & illos, qui eis præſunt, Magiſtros Poſtarum appellamus, vt in *I. C.* patet *a*. Et hoc eſt officium, quod inter Regnicolas officium Præfecti Curſorum Armillatorum, ſeù Magiſtri Poſtarum vocatur, de cuius officij origine latè *Marinus Freccia*, & alij adeundi ſunt *b*. Nuncupari autem vulgò Poſtam, & qua ratione ità vocari loquendi communis vſus induxit, latè declarat peritus *Alciatus*; Et quod ex eiuſdem iure illud conſequatur, vt in ſingulis locis pronuncijs ferendis Æqui diſpoſiti ſint, proponunt, *Rebuff. Matth. Steph. Sixtin.* & *Bocer.* *c*. C

Quod D

t *Sueuus d. aſſert. 4. dicens, hoc procedere, et ſi aliàs regalia, et merum Imperium ſeparata ſint ab hoc tamen regali viæ publicæ cognitionē criminalem, ae eo, quod in via publica, tamquam loco delicti, qui iuriſdictionem tribuit, ſeparare non licet, nàm, vt idem Sueuus ſcribit, minimè concedendum eſt viam publicam ad regalia pertinere tantū prò pietatis reſpectù, ſecuritatis vectigaliū, quin potiùs in hoc etiam Dominio viæ publicæ vltionem eorum, quæ ibi admittuntur retineri censēdum. Cætera verò multa circà vias publicas latè videri poteſt, Horat. Montanus in tract. de regal. in verb. viæ publicæ.*

v *Cicero in epiſt. 1. ad Atticum.*

x *Plinius Iun. lib. 5. epiſt. ad Pontium:*

z *Tranquillus in Auguſti vita cap. 37.*

a *I. C. vid. in l. 1. et toto tit. Cod. de Curſoribus publicis lib. 12. et ibi peritus Iacob. Cuiac. et in l. fin. et ibidem etiam Cuiac. C. de fabricenſ. Arniſæus de iur. Maieſt. min. c. 5. Matth. Steph. de iuriſdict. Rom. Imper. lib. 2. par. 1. cap. 1. membr. 2. nu. 110. Bocer. de regal. cap. 2. num. 236. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 13. num. 42.*

b *Marin. Freccia de ſub feud. Baron. lib. 2. in C. quis dicatur Dux poſt num. 4. Menoch. de arbitrarijs iudic. lib. 2. caſu 229. et alij, quos refert eiſque rem hanc circà remittit Dom. Reg. Rouit. ſuper Commentar. ad Pragm. Regni tit. Præfecti Curſorum, etc. num. 1.*

c *Alciatus in rub. C. de curſu publ. lib. 12. quem allegat Dom. Reg. Rouit. ibid. quo ſup. cit. num. 2. Rebuff. in l. vinculor. pag. 3. verſ. quædam eſt PP. de verb. ſignif. Matth. Steph. d. l. Sixtin. et Bocer. dictis locis citat.*

Digitized by Google

Quod autem ius iſtud regaliæ inter minorum iurium, ſiuè fiſcaliū regalia comprehēdēdum ſit, id per ea, quæ ſcripſit *Lazi* probatur, ibi namque (*Curſus fiſcalis*) *a*. Iſtos autem Curſus non etiam magnam Reipublicæ vtilitatem conferunt, vnà ſimùl quoque iter facientibus commoditatem præbendo, litteraſque eis alicubi mittentibus, verùm etiam non parùm vectigal fiſco inferre ſolet, & propter iſtas vtilitates ad Reip. vtilitatem etiam, non modò minimum faciunt; Inſtituendi autem eorum ius ad ſummum Principem reſeruatum, puta Imperatori, Monarchæ, vel Regi, vt in *Iure Quirinorum* probatur dicimus *b*. Indè, & ad Imperatorem eos inducere, & ad Monarchas, & ad Reges, & non alios competere rectè ſcribimus, vndè, & in *Anglia*, & in *Gallia*, quemadmodum, & in cæteris Regnis, prout in hoc Regno noſtro *Siciliæ*, & imperatoria authoritate non ab re legitimo iure introductos eſſe fatemur, per ea, quæ *Petrus Greg.* de *Anglia*, & *Gallia* teſtatur, & de hoc Regno Siciliæ *Marinus Freccia* ſcribit *c*. Nec alijs præterquam ſummis Principibus, Superiorem non rècognoſcentibus ius iſtud competat, puta nec Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aùt alijs Feudatarijs, hinc *Matth. Steph.* recenſet cuidam Germaniæ Duci anno 1479. Generales poſtas per Belgium, & Italiam inſtituere, annuente Imperatoria poteſtate pro huius iuris ſibi reſeruati, tuitione interdictum fuiſſe *d*.

Quemadmodum in Regno noſtro Neapolitano hodiè eo iure vtimur, vt ſinè Excellentiſs. Domini prò tempore Proregis, Regis iuribus, atq; muneribus fungentis expediri non poſſint, nec conceduntur, vt *Marinus Freccia* atteſtatur *e*.

Fluminum omnium communem, ſiuè publicum uſum, quemadmodum uiarum publicarum portuum, & littorum iure gentium eſſe conceditur, cùm, & ipſa flumina, & littora eo iure publica dicantur, vt patet ex dictis per *Imperatorem Iuſtinianum*, & per ea, quæ *IuriſConſulti* edocent *f*. Quibus accedit *Cicero g*, dicens (*nàm quid eſt, tàm commune, quàm ſpiritus viuis, Terra Mortuis, Mare fluctuantibus, littus eiectis.*) Et alia quæ, vt ſolet peritiſſimus *D. Solorzan.* adducit *h*. In his igitur cuilibet etiam *Iure gentium* ædificare, & deſtruere, dùm tamen hoc ſine incommodo cuiuſque fiat, licitum eſt, vt ait *Ictus i*. Poterit itaque in flumine publico nauigabili, quod reſpectu iuriſdictionis, & Dominij ad regalia ſpectare, & pertinere videtur, quilibet Molendina ædificare, etiam abſque Principis licentia, vel ſpeciali conceſſione, modò publicus vſus, indè deterior non efficiatur, vt *Ioannes Niellius* exponit k. Immò, & qui in inferiore fluminis parte Molendinum inſtructum habet, alterum prohibere nequit, quò minùs ille, ſi aqua ſufficiat in ſu-

a *Lazi de Rep. Roman. lib. 2. cap. 14. verſ. curſus fiſcalis.*
b *Ius Quirin. vid. in præ allegat. iur.*
c *Petr. Gregor. in ſyntagm. iur. lib. 17. c. 12. nu. 7. et 8. Marin. Freccia d. l. cit. iunct. Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regalib. §. 2. num. 52.*
d *Matth. Steph d. l. nu. 212. iunct. Bocer. d. l. quem ſequitur, Schultz. qui ex diplomate Imperatorio generali reliquis priuatis, et Ciuitatum poſtis ſublatis, officiumque Magiſtri Poſtarum confirmatū fuiſſe. poſt alios, quos refert teſtatur in ſynopſi iur. feud. cap. 7. num. 142. verſ. atque hinc.*
e *Marin. Freccia d. l. quò ſup. cit. num. 41.*
f *Imp. Iuſtin. vid. in §. flumina element. iur. de rer. diuiſ. lib. 1. IuriſCōſult. vid. in l. 4. PP. de rer. diuiſ. in l. adeò 7. §. quod ſi toto PP. de acq. rer. Domin.*
g *Cicer. pro Roſc.*
h *Solorzan. lib. 2. de iur. indiar. cap. 20. ex num. 36.*
i *Ictus vid. in l. 44. PP. de damno infect.*
K *Io: Niell. diſput. fen. vltim. Theſi 4. litt. C.*

l *Iuris Conſ. vid. in d. l. 44.*

periore parte aliud de nouo extruat, ob generalitatem reſponſi *Iuris Conſulti l*. Quod ſi poſt ſuperiorem Molam inſtauratam, quis in inferiore parte aliam inſtituat, Superior poſſeſſor, eo inuito aquas colligere, ac reſtagnare poterit, tempore æſtiuæ ſiccitatis, ad fortius maiore vi ſui molendini promouendum opus, modò tamen pactio aliqua, vel loci conſuetudo non obſtent, nec reſtagnatio illa tantum incommodum inferiori ferat, vt ei damnum inferatur, vt *Schneid.* explicat *m*. Iure tamen ſeruitutis in his, & alijs molendinis inductum eſſe poteſt, vt incolæ frumenta ſua longiſſimi temporis ſpatio eò detulerint, & poſtmodum quoque in futurum eò deferre cõpellantur; aliàs extra hunc molæ vſum, iure ſeruitutis inſtitutum, tamquam in re, quæ meræ facultatis eſt, ad id cogi non poterunt, argumento eorum, quæ in *Iure Ciuil.* notantur *n*. B

m *Schneid. de feud. p. 2. qu. 4.*

n *Ius Ciuil. vid. in l. 2. PP. de via publica.*

Quemadmodum in dubio pro ſubditis, ac incolis reſpondẽdum euenit, niſi ipſa ſeruitus manifeſto iure conſtituta probetur, quod eo modo fieri poteſt, ſi ſubditi Magiſtratus præcepto acquieuerint, & per triginta annos ſemper ad certum vnum molendinum frumenta deuexerint, eo namque caſu, nè ad aliam molam ea deferant, cogi poterunt, vt *D. Carpzou.* exponit *o*. Secùs verò ſi non ſeruitutis iure, verumtamen ex ſolo meræ facultatis arbitrio ad vnam, eandemque molam continuò iuerint, & ſi hoc longiſſimo temporis ſpatio fiat, non tamen, vt rurſùs idem facere habeant, iure cogi poſſunt, per ea, quæ *Kubach* ſcribit *p*. C

o *Carpzou. p. 2. Conſt. elect. 4. definit. 9.*

p *Kubach. centur. 2. Decade 4. qu. 2., quem ſequitur Sueuus d. exerc. 5. aſſert. 5. circà finem.*

Ex fluminibus publicis, atque mari, & lictoribus ius commoda percipiendi iure feudi concedi poteſt, atque eo iure conceſſo in feudum: itidem iure in feudum conceſſi Territorij, ad quod mare, littora, vel flumina ſpectant, Principibus Imperij competere, poſt alios *Georgius Adamus* ſcribit *q*.

q *Georg. Adam. in ſyntagm feud. cap. 6. aphor. 22.*

Quod verò flumina nauigabilia, & ex quibus fiunt nauigabilia, regalia Fiſci, ſiuè inter minora ſint, *Iure feudali* probatur *r*. Idque ex eadem ratione quoque confirmatur, quas vias publicas ad minora, ſiuè Fiſci regalia referri annuimus, quatenùs ſcilicet ex perenni Fluminum decurſu omnis vtilitas prouenienſ, ad Imperatorem, ſiuè alium Principem Superiorem, eumuè, cui Imperator, ſiuè Summus Princeps conceſſit, pertineat, non alijs, per ea, quæ peritus *Iacobus Cuiacius* docet *ſ*. Et quoniam horum fluminum vſum publicum eſſe diximus, ſemper intelligas, quod modò annuimus, Imperatorem, vel Sũmum Principem eorum vtilitatem concedere poſſe, dùm ex dicta conceſſione flumina publica quoque remaneant, D & cuili-

r *Ius feud. vid. in cap. vnic. quæ ſint regalia, Borch. d. cap. vnic. quæ ſint regalia, nu. 30. Roſenth. in ſynopſi feu. c. 5. concluſ. 23. num. 1. et ſeq. poſt alios Vult. 1. feud. nu. 7. §. 3 flumina publica Bocer. de regal. cap. 2. nu. 163. et ſeqq. et Claſſe 5. diſput. 11. Theſi 14. lit. A. Arnold. de Reyger. diſput. feud. 8. Theſi 113. Sixtin. 2. de regal. cap. 18. et poſt alios, quos allegat Georg. Schultzen. in ſynopſi iur. feud. cap. 7. num. 144.*

ſ *Iacob. Cuiac. ad d. cap. vn. quæ ſint regalia, iunct. Gothofr. Anton. diſput. feud. 3. Theſi 7. litt. D. Zabell. exercit. feu. 4. Theſi 4. litt. D. verſ. flumina, Arume diſp f. 4. Theſi 20. in principio, et alijs.*

Digitized by Google

A & cuilibet ijs ſinè alterius iniuria vti liceat, vt *Arniſæus* exponit *t*; legitima tamen cauſa imminente Imperator, aut Summus Princeps, cui in iſtis fluminibus regalia competunt, eorum vſum prohibere poterunt, vt *Andr. Rauchbar.* exponit *v*.

Tandem quatenùs fluminum publicorum vſus, tùm qui in nauigando conſiſtit, tùm etiam vſus piſcationum publicus ſit, & an ipſe piſcationum vſus quoque prohiberi poſſit, latè *Sixtin.* adeundum eſſe cenſeo *x*.

Portus quoque, Fiſci, ſiuè intèr minora regalia adſcribitur, vt ex *Conſuetudinibus feudorum* patet *z*. Et quidem portus vſum, quemadmodum, & fluminum, publicum dicimus, per ea, quæ *Imperator Iuſtinianus* animaduertit *a*.

B Portum autem noſtro ſenſu intelligimus, prò ſtatione concluſa, & munita, eoq; loco exiſtête in mari, vel flumine, vbi naues tutò ſtare poſſunt, & à ventis, atque procellis, piratiſque ſecuræ ſunt, vt *Iuris Conſulti* exponunt *b*.

Ratio autē, cur intèr Fiſci regalia portus referatur, ea eſt, nimirùm, quia vectigal ex nauium ſtatione Fiſco Imperatoris, vel Regis ſoluitur, exemplo eorum, quæ *I. C.* admonet *c*.

Ex eo autem, quod portus de regalibus eſt, ſequitur portum eſſe Regis, & nemini in Regno licitum eſſe portum conſtruere, ſiuè Baro ſit, ſiuè priuatus, ſiuè Ciuitas, vt *Freccia* ſcribit, dicens in regiſtro *Caroli Primi* Regis, ità hoc inhibitum fuiſſe ſub vicariatu *Comitis Atrapa-*
C *nenſis d*. Et indè dicitur quoque portum ædificare, eſſe de regalibus, vt *Dominus Regens Franciſcus de Ponte* fatetur *e*.

Regalium portuum autem prò Cuſtodia, portulani officium inditum hoc in Regno eſt, ad quod ſpectat cuſtodire portus, & littora, & omnia loca maritima huius Regni, nè aliquid abſtrahatur, vel immittatur ipſo inſcio, ſicuti etiam inquirere debet de domanijs, morticijs, & excadêtijs ſpectantibus ad Regiam Curiam, ſub quo domaniorum nomine, quæ comprehenduntur, *Dominus Regens Rouitus* exponit *f*.

Si-

*t Arniſ. de iur. maieſt. min. cap. 5. quem poſt alios ſequitur Schult. d. l. num. 145.*

*v Andr. Rauchbar. p. 1. qu. 23. quem poſt alios, quos allegat, ſequitur Schult. d. l. nu. 146. ſubnectēs, dicendum eſſe de fluminum alueis, nempè etiā de regalibus eſſe, per ea, quæ Sixtin. in Cam. Imper. deciſum eſſe tradit de regalibus lib. 2. cap. 3. numer. 23. in eademque cauſa de inſula in flumine nauigabili, vel ex quo nauigabile ſit nata, hod è etiam de regalibus eſſe, nec ad priuatos propè flumina prædia pertinere pronunciatum eſſe atteſtante eodem Sixtin. idem Schult. ibidem refert iunct. quæ ipſemet Schult. ſcripſit in ſynopſi inſtit. lib. 2. tit de rer. diuiſ. etc. litt. DD. litt. EE. et litt. FF.*

x *Sixtin. 2. de regal. c. 18.*

z *Conſuet. ſeud. vid. in cap. vn. quæ ſint regalia Roſenth. in ſynopſi feu. cap. 5. concluſ. 31. nu. 1. Borch. in d. cap. vn. quæ ſint regalia, Vult. 1. de feud. cap. 5. num. 7. §. 4.*
D *portus, Bocer. de regal. cap. 3. num. 128. et Claſſe 5. diſput. 11. Theſi 22. litt. A. Niell. diſput. feud. 11. Theſi 4. litt. D. Gothofr. Anton diſput. feud. 3. Theſi 7. litt. E. Zabell exercit. feud. 4. Theſi 4. litt. D. verſ. portus, Arume diſput. 4. feud. Theſi 20. verſ. portus, & alij.*

a *Imperat. Iuſtin. vid. in §. flumina autem omnia Element. iur. de rer. diuiſ. lib. 2.*

b *I. C. vid. in l. portus 59. PP. de verb. ſignific. in l. Cæſar 25. PP. de publican. et vectigal. et in l. 1. § ſtationem 13. PP. de flumin. Roſenthal. d. cap. 5. concluſ. 31. num. 1. Borch. in d. l. Bocer. d. cap. 3 num. 130. verſ. 3. portus, Niell. diſput. feud. 11. Theſi 4 litt. D.*

c *I. C. vid. in l. inter publica 17. §. publica 1. PP. de verb ſignific. Sixtin. de regal. lib. 2. cap 4. nu. 11. Bocer. d. l. num. 131. §. probanda autem, et Claſſe 5. diſput. 11. Theſi 22. litt. B. Niell. d. l. litt D.*

d *Freccia lib. 1. de ſubfeud. tit. de off. Admirati maris nu. 28. fol. mihi 38.*

e *D. Reg. Franciſc. de Ponte poſt Capycium, quem ipſe allegat in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſis prouiſionibus de portu, num. 2. fol. mihi 467.*

f *D. Reg. Rouit. in Comment. ad Regni Pragm. tit. nè quid in loco publ. Pragm. 6 num. 1. et an, et quando portulanus ſua auctorit. poſſit impedimentum tollere, vel deſtruere, ibidem num. 18.*

Similiter eiuſdem portulani, ſiuè magiſtri portulani, nè in vijs rixari permittat cura etiam eſt, vt idem *Dominus Regens Rouitus* ſcribit *g*. A

Quemadmodum ad officium ſuum ſpectat vias publicas manutenere puras, & tutas, ad hoc, vt euntibus, & tranſeuntibus liber, patenſque ſit aditus, & quamuis in eius priuilegio aquarum conceſſio legatur ex eo, quod ibi addit Rex, quatenùs ad Regiam Curiam ſpectet; cùm hodiè in Regno, quæ per priùs de regalibus erant per Caſtrorum, & Terrarum indè ſecutas conceſſiones in Baronum vtile Dominium peruenerint, vt ex *Andrea, Luca de Penna, Capycio, Præſidente de Franchis, Dominus Regens de Marinis*, atteſtatur in illis huius Ciuitatis Caſalibus, quæ Baronum vtili dominio ſubdunt, portulanus nullum ius habebit in aquis, cuiuſuis generis, & qualitatis illæ ſint, vt idem *Dominus Regens* in quodam laudo determinatum refert, de quo ipſum videas *h*. B

Huius autem noſtræ fideliſſimæ Ciuitatis magiſtri portulani auctoritatem, quàm habet explicat *Dominus Regens Rouitus*, ponens inter alia poſſe eum permittere per ſuas licentias, quod in foro magno huius fideliſſimæ Ciuitatis, omnes ſuppellectilium venditores, qui non poſſunt habere proprias Apothecas, neque conductas intrà Ciuitatem, habeant has pergulas amouibiles, quæ ſcilicèt de manè eriguntur, & de veſperi tolluntur, & multa alia de huius officij auctoritate proponit *i*. C

Ripatica quoque intèr Fiſci regalia, ſiuè minora aggregantur, vt *Iure feudali* cauetur *k*.

Ripatica autem iſta ſecundùm ea, quæ vno voto *Feudiſtæ* ſcribunt, ſunt prouentus, & commoda, quæ tanquam vectigal quoddam occaſione riparum accipiuntur, vt *Borchol.* exponit *l*; Vel etiam vectigal, quod nauigantes per flumen publicum ob id ſoluunt, quod ripam nauigio appellunt, & in ea morantur, & aliquando conſiſtunt, vt *Bocerus* explicat *m*; Et inde *Fridericus Imperator* in dicto *Conſuetudinum feud.* loco portus, & ripatica coniungit, vt ſicut per portus vectigal illud intelligitur quod nauigantes præſtant ex eo, quod in portum diuertunt, ibique tutò commorantur, vt in *Iure Ciuili* notatur *n*; Ità etiam per ripatica iſtud idem intelligatur, D quod nautæ ob id, quod ripam fluminis appellunt, in eaque nauibus alligatis aliquandiù prò tempore acquieſcunt, ſoluunt, vt *Bocerus* atteſtatur *o*.

Vectigalia, quæ vulgò Telonia appellantur, etiam intèr Fiſci,

g *Idem Reg. Rouit d. l. num.* 13. *dicens ibidem nu.* 14. *eiuſdem portulani commodo mulctas, et pænes impoſitas contrauenientibus cedere.*

h *Dom. Reg. de Marinis reſol. iur. cap.* 16. *num.* 10. *et* 11.

i *Reg. Rouit. d. l. quò ſuprà cit. nu.* 19. 20. 21. *et* 22. *et alia de his Regni portulanis, nempè, qui dicantur penit Capibl. ſuper Pragm.* 8. *par.* 2. *n.* 163 *de Baronibus, et in ſingnlari* 151.

k *Ius feud. vid. in cap. vn quæ ſint regalia vbi Andr. de Iſernia, Affl. Aluar. Balzaran. Laud. Borch. et alij Roſent. in ſynopſi feud. cap.* 5. *concluſ.* 32. *nu.* 1. *poſt alios Vult. lib.* 1. *de feu. cap.* 5. *num.* 7. §. 5. *ripatica, Bocer. de regal. cap.* 3. *n.* 134. *et ſeqq. et Claſſe* 5. *diſputat.* 11. *Theſi* 24. *Niell. diſput. feud.* 11. *Theſi* 4. *litt. D. Gothofr. Anton. diſput. feud.* 3. *Theſi* 7. *lit. F. Zabel. exercit feud.* 4. *Theſi* 4. *litt. D. verſ. ripatica, Arum. diſput. feud.* 4. *Theſi* 20. *verſ. ripatica, et alij.*

l *Borch. d. l. num.* 42.

m *Bocer. d cap.* 3. *num.* 136. §. *Aluarotus autem, verſ. quàm definit.*

n *I. C. vid. in l. intèr publica* 17. §. *publica primo de verb. ſignif.*

o *Bocer d. l verſ hanc enim de fluminib. verò portibus ripaticis iſtis, vid. latè Horat. Montan. in pluries laudato, tract. de regal. in verbis flumina nauig. portus, et ripatica.*

Digitized by Google

A ſci, ſiuè minora regalia annectuntur, vt apud *vſuum feudorum* lecturam liquet *p*.

Et iſta quidem vectigalia, & ſi latiſſimè accipiantur; ità vt eorum nomine tributa, & ſtipendia amplectantur, vt *Arniſaus* ſcribit *q*.

Noſtro tamen ſenſu ea denotantur, quæ prò inuectione, & mercium euectione venditarum, aut venalium in itinere, pontiſuè, nec non tranſitu debentur, vt *Sixtin.* exponit *r*; Cùm autem hìc nos intèr Fiſci regalia vectigalia annectimus, non intelligimus quatenús de nouo inſtitui, aut augeri à Principe poſſint, nàm eo reſpectu, ſicuti ius, cudendi monetam, vectigalia inter maiora regalia, ſeù
B regalia, iuraque Maieſtatis connumerantur, vt ſuprà latè expoſuimus, & *Bocerus* ſcribit *ſ*; Verumtamen quatenùs inſtitutis Fiſcum, ſiuè Patrimonium fiſcale ex iſtis augeatur, intelligimus, vt pòſt *Zaſium*, *Bocerus* ſcribit *t*.

Soluuntur autem iſta vectigalia de rebus non ſolùm lucri, & negotiationis, verùm etiam, & vſus ſui cauſa; ſiuè vſualibus, per ea, quæ in *I. C.* habentur *v*; tranſportatis, quod poſtremum conſuetudine, vſuq; generali cõtrà *Iur.Ciu.* diſpoſitionẽ introductũ eſt *x*: Quo loco omniũ Scriptorum more, per ea, quæ in *Codice* habentur *z*, notanda eſt immunitas à vectigalibus in locis, vbi litterarum ſtudia exercentur, ob vim verborum dictæ Auth.
C vbi (*ad loca, in quibus litterarum exercentur ſtudia, veniant, & in ijs ſecurè habitent.*) Ex quibus verbis vltrà communem ſenſum, ex quo cuique venire licitum ſit, aliquid operari debet, nempè hanc ipſam à vectigalibus immunitatem, vt *Henr.* Klock. admonet *a*.

Studioſos tamen, alioſque immunes publicanis res ſuas profiteri debere, accepta ab ijs immunitatis ſchedula ſub commiſſi pœna, per ea, quæ in *Iure Ciuili* habentur *b*.

Qui ſi rebus ſuis alienas quoque non immunes adieciſſe conuicti fuerint, ob fraudatum vectigal, hæ quidem Fiſco cedunt, non tamen, & ſtudioſorum res, harum enim ratione, cùm profeſſio præceſſerit, vectigal defraudatum non eſt; Idcircò ſeparandæ veniant, vt ab difficultate fieri poteſt á rebus alienis, nec earum odio ſuis cum rebus ſtudioſi prægrauari debẽt, per ea, quę in *Iur.Ciu.* notantur *c*; In qua ſaltem id munificium ſit, ideſt vectigali,

p *Vſus feud. leg. in pluriès cit. cap. vn. quæ ſint regalia, vbi vna voce Commẽtatores adſtipulantur, Schneid. in epitom. feud. par. 2. n. 112. et ſeqq. Borch. in d. cap. vnic. num. 45. Roſenth. in ſynopſi iur. feud. cap. 5. cõcluſ. 33. n. 1. Vult. lib. 1. de feud. cap. 1. nu. 7. §. 6. vectigalia. Niell. d. l. litt. E. Gothofr. Anton. d. l. litt. G. Zabell. exerc. feu. 4. Theſi 4. lit. D. verſ. vectigalia, Carpzou. de leg. Regia cap. 9. ſect. 2 et ſeqq. Arum. diſput. feud. 4. Theſi 20. verſ. vectigalia, Arnold. de Reyger. diſput. feud. 8. Theſi 15. et Telonium ideſt vectigal, dixit Voſſ. de vit. Serm. l. 3. cap. 52.*

q *Arniſ. de iur. Maieſt. cap. 7. num. 5.*

r *Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 6. num. 3. iunct. Bocer. d. l.*

ſ *Bocer. poſt alios cap. 2. de reg. nu. 183. verſ. pertinet.*

t *Zaſ. in epit. feud. p. 5. num. 13. Bocer. d. l. nu. 183. iunct. Arum. diſp. feud. 4. Theſi 20. verſ. vectigalia.*

v *I.C. vid. in l. vlt. §. 3. PP. de public.*

x *I.C. vid. in l. 4. §. 1. et in d. l. vlt. §. 3. et 9. PP. cit. tit. et in l. 5. Cod. de vectig.*

z *In Cod. nè filius pro patre Auth. habita.*

a *Henr. Kloch. de iur. vectig. Theſi 23. Paulus Vvehner poſt alios pract. obſeru. verbo coll. Bocer. de reg. cap. 2. nu. 197. et ſeq. quemadmodum vectigal non eſt ſoluendum ex rebus exercitui paratis, vt latè D. Reg. Capyc. Latr. ſcribit deciſ. 171. nu. 29. et 35. idque ampliat nu. 36. 37. ſicuti non eſt ſoluendum ex fiſcalibus, idem ibid. nu. 38. vbi recenſet quatuor caſus ex quibus Fiſcus debet eſſe immunis.*

b *I.C. vid. in d. l. vlt. §. 3. PP. de publ. et in l. Diuus 9. eod. tit. Cuiac. lib. 4. obſeru. cap. 3. Petr. Frider. lib. 2. de mandat. cap. 43. num. 10. Schultz. poſt alios in cap. 7. in ſynopſi. iur. feud. num. 150. et quid de iure Saxonico, num. 151.*

c *I.C. vid. in l. 1. §. Trebatius 18. PP. de aqua quotidiana, et æſtiua, et in l. 4. §. 1. PP. de public.*

Digitized by Google

li, aut pœnę obnoxium, quod vltrà Præſidum, & Prouincialium mandatum, ad eorum vſus emptum fuit, vt *Finckelth.* ſectatur *d*; qui ad *Iuris Conſ.* reſponſum illud *e*. In quo *ICtus* admonet, ſi aliquid illicitè naui impoſitum, ſit ipſam quoque nauem Fiſco vindicari rectè quidem, reſpondet, reſponsũ illud intelligẽdum eſſe de mercibus, quæ, omnes illicitæ fuerunt, adeoque id ad caſum, quo quædam, vt bona ſtudioſorum licitè quædam, vt aliena illicitè impoſita ſunt trahendum non eſſe, quemadmodum aliàs in ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur; Quod comprobatur ex *Cap. huius Regni Neap.* vbi quando de extrahendi licentia non conſtat, merces Fiſco applicantur, quando verò conſtat de licentia extrahendi, verùmtamen ſuper naui maior quantitas eſt onerata, quantum illa, quæ in expiditionibus continetur nauem, & merces prò parte Regij Fiſci fore detinendas, hoc eſt ſequeſtrandas, & ſtatim proceſſum formari, & ad Regiã Curiã tranſmitti, vt ſcilicèt viſo proceſſu de iuſtitia prouideri poſſit, obſeruatur, nã dari poſſet caſus, vt Dominus nauis in nihilo deliquerit, sìc putans, vt illã tamen merciu quantitas à mercatoribus onerata ſit, quæ in apodiſſa continebatur, quo quidem caſu nauis erit omninò eidem reſtituenda, quod ſecus eſſet, ſi fraudis, in mercium oneratione ſuper naui particeps Dominus nauis fuiſſet, vt latẽ *Dominus Regens de Marinis* ad exornationem dicti *Cap. Regni* ſcribit, & ità per Regiam Cameram Summariè huius Regni deciſum meminit *e*. Eidem *Finckelth.* reſponſioni ad dicti *Iuris Conſ.* reſponſum illud congruum quoque eſt, ſi ſocius pro re communi, aut miniſter auriga nauclerus pro rebus tranſportatis vectigal non ſoluerit: Socij alterius partem, aut abſentis Domini merces in commiſſum non cadere per ea, quæ in *I. C.* notantur *f*; Quod quidem ratione iuris, & æquitatis veriùs eſt, potiuſque fauore Fiſci inſpecto, quidquid in contrarium *Mindan.* vtrobique diſſenſerit, eum tamen reprobat *Bocer. g*.

Eodem quoque loco, neque omittendum eſt, quod quilibet teneatur per vias, in quibus vectigalia per Principes ſunt inſtituta, tranſire, ità vt non tranſiens per illas vias conſuetas, vt vectigalis ſolutioni loci Superiorem defraudet puniri poſſit, vt *Georg. Schultz.* poſt alios atteſtatur *h*.

Prætereà res omnes ob vectigal non ſolutum in commiſſum ipſo iure cadere certè non ambigitur, ideſt, vt & earum dominium ſtatim vectigali acquiratur, per ea, quę in *I. C.* habentur *i*.

Vndè dicitur vectigalis fraudati crimen, bonorum confiſcatione vindicari, vt *Dominus Regens Rouitus* ſcribit *h*; Immò de notoria conſuetudine, etiam poſſeſſio auctoritate propria apprehenditur, licet ad hanc auferendam, aliàs declaratoria ſententia opus ſit, vt poſt alios *Vurmſer.*

d *Finckelth. diſput. 4. Theſi 15.*

e *I. C. Reſp. in l. 11. §. 2. PP. de public.*

f *Cap. Regni incip. vt illorum fraudibus.*

e *Dom. Reg. de Marinis in Reg. Cam. Summ. Decret general. Arreſt. 701. et de alia determinat. diuerſimodè facta eundem vide in obſeru. ad dec. 552. Dom. Reg. Reuerterij, vbi plura de intellectu, Text. in leg. Cotem ferro, §. Dominus PP. de publ. propon.*

f *I. C. vid. in l. 8. §. 1. et in l. 11. §. 2. PP. d. tit. de public.*

g *Mindan. de proceſſ. l. 2. cap. 3. num 8. Bocer. de reg. cap. 2. num. 210.*

h *Georg. Schultz. d. l. num. 152.*

i *I. C. vid. in l. 1. PP. de publ.*

h *Dom. Reg. Rouit. deciſ. S. C. Neap. 91 num. 91.*

Digitized by Google

*mſer* ſcribit *i*. Regi tandèm omni iure vectigália per ſubditos deberi, *Dominus Regens Rouitus* atteſtatur *k*. Ea autem ad certam cauſam impoſita non debent in aliã conuerti, niſi maxima vrgente neceſſitate, vt *Dominus Regens de Ponte* teſtatur *l*.

Mulctarum, pænarumque compendia intèr Fiſci, ſeù minora regalia quoque annectuntur, vt in *Iure feudali* legitur *m*; Pœnam autem à mulcta differre ſcripſerunt *Borch. Matth. Stephanus*, & alij *n*; In eo tamen maximùm pœnam à mulcta diſcriminari videtur, quia pœna eſt certa, ità à lege impoſita, ſed à lege declaranda, mulcta verò eſt incerta, & arbitraria Iudicis, à quo imponitur, vt per ea, quæ in *I. C.* habentur, *Dominus Regens Rouitus* ſcribit
B *o*, licet tamen, tàm pœna, quám mulcta nihil aliud expetant poſt ſe, niſi realem exactionem, quæ ab executione incipit, vt idèm *Dominus Regens Rouitus* atteſtatur *p*.

Quòd verò mulctarum, pœnarumque nomine colligitur, ad iuriſdictionis fructus referri, ex aliorum ſcriptis *Georg. Schultzen.* improbat *q*; Pœnæ autem iſtæ, & mulctæ, cùm non dùm exactæ fuerint, eò quod in iuribus conſiſtere videntur, rebus immobilibus annumerantur, idcircò quemadmodum ex hac ratione fideicommiſſi etiam familiarum conſtitui poſſunt, vt poſt *Alexandrum*, & *Caſſaneum*, *Philippus* Knipſchilt. atteſtatur *r*; ità etiam feuda in ijs conſtitui poterunt, dùm intèr immobilia annumerantur, in quibus feudum rectè conſtitui poteſt, vt
C ſuprà diximus, & idem teſtatur *Gothofr. Anton. ſ*.

i *Vvvrmſer. exercit. iur. pub. Theſi 16. et ſequẽt. iunct. Sueuo exercit. feud. 5. Aſſert. 6. in fine.*

K *Dom. Reg. Rouit in Commentar. ad Regni Pragm. ad rub. num. 2. etiam naturali iure, et cùm ipſo Rege naſci n. 5. et quæ dicantur iuſta. et quæ iniuſta, num. 8. et 9. et in quibus caſibus ea non ſoluens excuſetur, num. 13.*

l *Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proregis, tit. de de regal. impoſit. §. 1. num. 60. et qualitèr in Regno; ſeu impoſitio certa prò Turrium in locis maritimis extructione, earumque cuſtodia impoſita ſit, idem Dom. Reg. ibidem tit. de regal. impoſit. ad rubr. num. 63. an autem ſaltem hæc iura vectigalium immemorabili Tempore præſcribi poſſint, latè diſcurrit Dominus Regens de Marinis in obſeruat. ad deciſ. 309. numer. 1. Reg. Reuerterij, et an poſſint etiam contrà Fiſcum num. 4.*

m *I. feud. vid. in cap. vnic. quæ ſint regalia, iunct. his, quæ in I. C. notantur, nempè in l. mulctarum 4. Cod. de mod. mulct. l. quicumque 8. §. vniuerſi 3. verſic. ſi verò, Cod. de hæret. Borchol. in d. cap. vnic. num. 64. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 8. Matth. Steph. de iuriſdict. lib. 2. par. 1. cap.*
D *7. membro 1. num. 229. et ſeqq. Roſenth. in ſynopſi iur. feud. cap. 5. concluſ. 49. nu. 1. Vult. lib. 1. de feud. cap. 5. num. 7. §. 8 ius mulctandi, Bocer. de regal. cap. 3. num. 8. et ſeqq. et Claſſè 5. diſp. 11. Theſi 25. Niell. diſp. feud. 11. Theſi 7. litt. I. Zabell. exercit. feud. 4. Theſi 4. litt. D. verſic. mulctarum, Arume diſp. feud. 4. Theſi 20. verſ. mulctarum, Arnold de Reyger. diſp. feud. 8. Theſi 20. Sucuus exercit. feud. 5. Aſſert. 7. Schultz. in ſynopſi iur. feud. cap. 7. num. 15. et alij.*

n *Borch. in d. cap. vn. nu. 65. Matth. Steph. d. l. par. 1. cap. 7. membro 1. nu. 230. et ſeqq. Sixtin. de regal. lib. 2. cap. 8. Bocer. de reg. d. cap. 3. num. 9. et ſeqq.*

o *I. C. vid. in l. ſi qua pęna PP. de verb. ſignific. et poſt alios DD. ab ipſo allegatos, Dom. Regens Rouit. in deciſ. 91. num. 24.*

p *Idem D. Reg. Rouit. d. l. num. 25. et in quibus pœna pecuniaria, quæ Fiſco applicatur, differat ab intereſſe, quod damnum partis reſpicit, idem Dom. Reg. exponit deciſ. 67. n. 3. Pęna autem confiſcationis bonorum, quando imponitur ipſo iure, an ſtatim perdatur Dominium, vel ſit neceſſaria ſententia, latè D. Franciſc. de Amaya adeundus eſt in tit. Cod. de iure Fiſci n. 57. et 58. uſq; ad nu. 63. et quod ubi pœna imponitur ipſo iure ſemper requiratur, ut delictum conſummatum ſit, latè probat D. Reg. de Marinis lib. 1. reſolut. iur. cap. 323. num. 5.*

q *Georg. Schultz. d. l. num. 255. et 156.*

r *Alex. conſ. 125. col. 1. uol. 1. Caſſ. in conſuet. Burg. rub 4. §. 2. uerb. Tontſme bles, nu. 3. Philipp. Knipſchilt. in tract. de fideicommiſſ. familiar. nobil. cap. 5. num. 21.*

ſ *Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. concl. 6. litt. B. Cętera uerò circà rem iſtam uid. latè apud Mont. de reg. in uerbo mulct. pæn. etc.*



Digitized by Google

Poſt rursùs mûlċtarum, pœnarumque compendia, alià quoque recenſentur bona in *Iure feudali t*, in quibus inſigne ſæpè augmentum Fiſco accedit, idque duplicitèr euenire poteſt, vel ſcilicèt ob Dominorum culpam, vel ſinè ea.

Ad Fiſcum primò ſinè culpa Dominorum deuoluuntur bona vacantia, ſiuè decedentium abſque hærede, vt patet ex ijs, quæ in *Iure feudali*, atque *Ciuili* habentur *v*.

Bona vacantia, nempè, quæ omni Domino, omnique iure vacua ſunt, & ab omni ſpe aditionis, quæ ab aliquo fieri poſſet, aliena, vt in *I. C.* notatur *x*; Veluti ſi quis ab inteſtato decederet, abſque hærede, ſcilicèt nullis relictis deſcendentibus, aſcendentibus, collateralibus, vel alio, B qui ex aliqua ſanguinis linea, vel iuris titulo, poſſit ei ſuccedere, vel ius ad ea bona habere, vt *Peregrin.*, *Maſtrillùs*, *Antonius Faber*, *Sixtinus*, & alij exponunt *z*. Itèm, nec bonorum poſſeſſorem relinquere debet, vt bona deceſſoris vacãtia dicãtur, vt patet ex dictis *Imperatoris Honorij*, & *Theodoſij a*, vbi *Imperatores*, *Honorius*, & *Theodoſius*, cùm dicant vacantia mortuorũ bona, abſq; poſſeſſore bonorum illorum ſupponant, cùm locus vacuus nullum poſſeſſorem ſupponat, quemadmodum per eorum verba ex qualibet ſanguinis linea, ſignificatur omnis agnatio ſuperioris, inferioriſuè ordinis, ſicuti ex tranſuerſo, ſiuè à latere, ideſt parentes liberos, agnatos, & cognatos, vſque in infinitum, etiam vltrà decimum agnationis, & cognationis gradum, vt ex *Imperatore Iuſtiniano* liquet *b*, ibi, *omnes deincèps à latere cognatos ad hæreditatem vocamus*, quemadmodum C de iure etiam feudàli, feudum antiquum Domino non aperitur, donèc agnati ſuperſint, vt infrà ſcribendum erit, & idem fatetur *Schultzen. c*, ſicuti ex eo, quod dicti Imperatores dicto loco dicunt, vel iuris titulo legiti-

t *I. feud. vid. in d. c. vnic.*

v *I. feud. vid. in d c. vn. I. C. vid. in l ſcire 1. et in l. vacantia, 4. et in l. fin. Cod. de bonis vacantib. lib. 10. et in l. fin. C. de petitione bon. ſubl. cùm ſimilib. concordantib. Peregr. de iure Fiſci tit. 4. lib. 3. Borch. in d. cap. vn. num. 67. Roſenthal. d. cap. 5. concluſ. 52. poſt alios Vult. d. cap. 5. num. 7. §. 9. Ius bonorum vacantium, Bocer. de regal. cap. 3. num. 26. et Claſſe 5. diſp. 11. Theſi 27. Niell. diſp. feud. 11. Theſi 5. litt. D. Gothofr. Anton. diſput. feud. 3. Theſi 7. litt. K Zabell. exercit. feu. 4. Theſi 4. litt. D. verſ. bona vacantia, Arume diſp. feu. 4. Theſi 20. verſ. bona vacantia, Arnold. de Reyger. diſp. feud. 8. Theſi 20. Sixtin. de regal. d. lib. 2. cap. 11. et 20. et ſeqq. Arniſ. de iur. Maieſt. minor. cap. 7. num. 6. et ſeq. Georg. Adam. in ſyntagm. iur. feud. cap. 6. Aphor. 24. Sueuus exercit. feud. 5. Aſſert. 7. Schultz. in ſynopſi iuris feud. cap. 7. nu. 157 et alij nouiſſimi, Caſtill de tertijs, cap. 41. num. 150. et alij.* D

x *I. C. vid. in l. filius fam. 114. in principio de legat. 1. in l. 2. §. fin. PP. ad S. C. Tertull. in l. ſi bona 5 C. de bon. aut. iudic. poſſeſſ. in l. 1. C. de donat. inter, etc.*

z *Peregr. de iur. Fiſci lib. 4. tit. 3 Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 367. Anton. Faber. lib. 17. coniect. cap. 2. Sixtin. de reg. lib. 2. cap. 9. nu. 1. et ſeq. et alij, quos refert, et ſequitur, D. Franciſc. de Amaya in C. de bonis vacantibus ſuper l. 4. nu. 1. quibus addas, Bocerum poſt alios in tract. de regal. cap. 3. num 30 et Sueuum d. Aſſert. 7.*

a *Imp. vid. in l. 4. C. de bonis vacantibus, lib. 10.*

b *Imp. Iuſtin. in Nouell. 218. cap. ſi igitur defunctus 3. §. fin. iuncta Auth. poſt fratres, Cod. de legitimis hæred.*

c *Schultz. d. l. nu. 159. et in ſynopſi inſtitut. lib. 3 de hæredit. quæ ab inteſt. defer. in tert. ord. ſucceſſ. r ub. de ſucceſſ. tranſ. nat. et legit. ſimul litt. L.*

A timum reliquerit inteſtatum hæredes.

Sciendum eſt ex iuris titulo hæredes eſſe, qui præter ſanguinis rationem iure Ciuili, aut prætorio defuncto ſuccedunt, quales ſunt coniux, patronus, conſors, vt *Gothofr.* ſcribit *d*.

An autem Fiſcus ſuccedens in bonis vacantibus, ſuccedat iure hæredis, vel iure proprio, *Dominus Franciſcus de Amaya* latè diſputat, qui poſt diuerſarum ſententiarum relationem, atque concordiam, concludit Fiſcum in bonis vacantibus per occupationem ſuccedere, & ipſo iure dominium in illum transferri *e*.

B Omnibus affinibus, quoniam iure affinitatis ſucceſſio non eſt, vt in *Iur. Ciuil.* habetur *f*, Fiſcus in bonis vacantibus occupandis præfertur, quemadmodum præfertur ſoceris, priuigno, pupillo in bonis tutorum, vel è contra, vt poſt innumeros *DD.* ab ipſo allegatos, probat cit. *D. Amaya.*

Quod prætereà ius iſtud Fiſci ſuccedendi in bonis vacantibus de regalibus ſit, vltrà ſupra cit. *Feudiſtas*, idem dixit *Caſſiodor. g*, qui eam reddit rationẽ, nimirum ex his ſequẽtibus verbis (*Quia Principis perſona poſt omnes debet eſſe, neq; optare ſolet adquirere, dummodò ſint qui relicta debeant poſſidere*) vt aiunt *Imperatores h*.

Videamus tandem, an ius iſtud, præter Summos Principes Fiſcum habentes, alij quoque illud habeant.

C Et certum eſt, quemadmodum, nec primò Ciuitatibus competit confiſcandi ius, cùm priuatorum loco habeantur, niſi à Principe hoc ius illis communicatum ſit, vt poſt alios *Dom. de Amaya* ſcribit *i*, ità nec ius vindicandi bona vacantia illę habebunt, vt idem *Dom. Amaya* teſtatur k.

Secundò, nec Vaſallorum Dominis ius iſtud competit, & ſi à Rege ſint eis conceſſæ dignitatis regalis præeminentię, vt *Dom. Valenzuola*, & alij teſtantur *l*, licet tamen Ciuitates, atque Barones poſſint dictum ius bonorum vacantiũ præſcribere, vt poſt alios *De Amaya* ſcribit *m*, vt in Sa-



d *Gothof. in annotat. ad d. l. 4. C. de bonis vacantibus. litt. A. iunct. quæ notantur in §. 1. et ſeq. inſtit. de bon. poſſeſſ. toto tit. PP. et C. vndè vir, et vxor in Nouell. 117. cap. quia verò 5. et in auth. prætereà, vndè vir, et vxor, de quibus, et alijs, vide Schultz. in ſynopſi inſtit. l. b. 3. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. de quint. ord. ſucced. ab inteſt. nempè ſucceſſione, verſ. excluditur tamen, et in d. cap. 7. n. 160. et quod de iure fiſco maritus in bonis vxoris, et è contra præferatur prob. ex l. 2. de pet. bon. lib. 10. l. 1. C. vnde vir, et vxor et ex l. fin. C. Theod. de legit hæred. quod de iure antiquo cautum fuiſſe ex Cuiac. et Gothofr. Amaya d. l. num. 21. ſcribit, et quid. de iure Regio ibid. poſt alios quos allegat n. 32. et conciliat nu. 11. concludit, dicens n. 10. Fiſcum ſuccedere per annihilationem, quando bona ab hærede, tanquam ab indigno aufert, ex Mantica de tacitis, et ambig. conuent. lib. 12. nu. 18. et alijs de quib. cit. Amayam videas, vbi etiam n. 12. probat Fiſcum non teneri facere inuentarium bonorũ vacantium et nu. 14. cum ſeqq. examinat quæſtionem illam, an Fiſcus teneatur ad præſtationem legatorũ, quæ defunctus reliquit, cuius bona vacantia ſunt, dicens iure Regio Fiſcum non teneri, num. 27.*

e *Amaya d. l. n. 7. et 8. proponit quæſtionem, nu. 9. diuerſas opiniones refert.*

f *I. C. vid. in l. affinitatis 3. C. com. de ſucceſſionibus.*

g *D. Amaya d. l. num. 29. et 30. Caſſiod. lib. 6. epiſt. 8.*

h *Imp. vid. in l. 1. C. de ſecund. nup. et in l. vnic. §. hæc autem fin. C. de caducis toll.*

i *De Amaya d. l. num. 35.*

k *Idem d. l. num. 34.*

l *Valenzuola in l. 4. C. de bon. vac. nu. 3. vbi Nouar. num. 13. poſt alios quos allegat, Bobadilla lib. 2. politic. cap. 16. nu. 216. lit. B. et C. Schneid. ſuper inſt. de hæred. quæ ab int. ſub. de ſucceſſ. Fiſci, num. 8. ſub fin. et num. 17.*

m *D. de Amaya d. l. nu. 37. quemadmodum nu. 38 dicit Fiſcum à bonorum huiuſmodi vindicatione præſcriptione excludi, ex Sixtin. de reg. l. 2. cap 9. num. 54. et ſeq. et per ea quæ idem dixit in l. 6. C. de iure Fiſci l. 10.*

Digitized by Google

xonia receptum de Conſuetudine eſſe, habentes merum, A
& mixtum imperium, ſiuè ſuperiorem iuriſdictionem in eorum territorijs bonorum vacantium iura etiam competere, *Schultz.* poſt alios, quos allegat, atteſtatur *n*. Cætera verò, quæ de bonis vacantibus occurrere poſſent, vide latè apud *Sixtin.*, & latiſsimè apud *Commentatores ad tit. C. de bonis vacantibus lib.* 10. *o*.

Ob Dominorum, vel poſſeſſorum ſecundò culpam fiſco etiam non leue augmentum cedit, cùm ſcilicet bona indignis ablata fiſco applicantur, quod etiam ius inter minora, ſeù fiſci regalia annectitur, vt in *I. feudali* habetur *p*; Nam incapacibus relicta penès hæredem permanent, nec datur locus fiſco, vt vindicet, vt in I. C. probatum experitur *q*; B
Indigni autem ſunt, qui ex defuncti hæreditate ab initio relictum capere poterant, verumtamen poſtmodum facto, & delicto ſuo patrato indignos ſe teſtantis diſpoſitione frui reddiderunt, vndè eſt, quod receperunt, retinere nequeant; Indignos verò eos, vel teſtator, vel lex iudicat, vt *Peregr.* poſt alios ſuprà citatos exponit, atque *Bocer.* ſcribit *r*, ſubijciens, quod eo ipſo indigni ab incapacibus differant, quod ſcilicet relicta indignis in teſtamento, iure valeant, proindèque ea acquirere ipſi poſſunt, & poſſidere etiam, ex cauſa tamen ſuprà accidente ijs rursùs bona auferantur; Incapacibus verò relicta ab initio inutilia ſint, & pro non ſcriptis habeantur; immò, vt idem *Bocer.* docet *ſ*. Quinam
ſint à teſtatore, vel à lege, vt indigni iudicantur, de C
qua re citatus *Bocer.* adeundus eſt. Caſus autem indigni, quem poſt diſpoſitionem inhabilem dicimus, ità vt, quemadmodum anteà poterat obtinere ex facto ſubſequenti, diſpoſitione gaudere nequeat, figurari ità poterit, puta ſi quis poſt habitam fauorabilem pro ſe diſpoſitionem, teſtantem, ſiuè alio quouis modo in ſui beneficium diſponentem occiderit; (Iſto caſu maritus, ſi vxorem occiderit, vel è contrà, prò incapacibus eos potiùs habemus, quo ad iſtum effectum, quam pro indignis, nempè, vt dotis lucrum ad vxoris occiſæ hæredes, potiuſquam ad fiſcum deuoluatur; Vndè eſt dotis, ſiuè rei vxoriæ, ex ſtipulatu actionem, cùm vir vxorem occidit,
vxoris hæredibus largiendam eſſe, vt I. C. cauetur *t*.) D
Ita etiam pro indigno habetur hæres, ſiuè alius, qui fauorabilem diſpoſitionem ab aliquo, qui occiſus fuerit obtinuit, necem eius non vindicando, cauſam mortis præbendo, teſtamentum eius impugnando, vt confirmatur

n *Schultz. d. c. 7. n. 161.*

o *Sixtin. d. cap. 9. iuncto Bocer. d. c. 3. Commentatores vltrà antiquos omnes repetentes ſunt Nouar. Valenz. De Amaya ad d. C. tit. et l. 1. 4. et ſeqq. iuncto Ant. Fabr. de coniect. lib. 6. cap. 14. et latè apud Horat. Mont. de reg. verb. bona vac.*

p *I. feud. vid. in pluries cit. textu cap. vnic. quæ ſint reg. iunct. ijs, quæ in I. C. habentur, nempè in l. 1. in princip. in l. edicto 13. §. penult. PP. de iure fiſci, et in toto tit. PP. de his, quibus, vt indign. vbi Vveſenbec. in parat. Anton. Peregr. de iur fiſci lib. 2. tit. 2. Matth. Steph. de iuriſdict. lib. 2. p. 1. c. 7. membr. 1. n. 92. et ſeqq. Borch. in d. cap. vn quæ ſint regalia, n. 37. Henric. à Roſenth. in ſynopſi iur. feud. cap. 5. concl. 55. n. 1. Vult. poſt alios 1. de feud. c. 5. n. 7. §. 10. bona indignis ablata, Bocer. de regal. c. 3. nu. 38. et claſſe 5. diſp. 11. Theſi 28. Io. Niell. diſput. feud. 11. Theſi 5. lit. E. Gothofr. Ant. diſput. feud. 3. Theſi 7. lit. L. Zabell. exercit. feud. 4. Theſi 4. lit. D. verſ. et quæ ab indignis. Arum. diſp. feud. 4. theſi 20. verſic. et quæ etc. Arnold. de Reyger. diſp. feud. 8. Theſi 21. Arniſ. de iur. maieſt. minor. c. 6. Sueuus exercit. feud. 5. aſſert. 7. poſt princip. Sixt. de regal. lib. 2. c. 11. et cap. 20. et ſeqq. Georg. Adam. in ſyntag. iur. feud. c. 6. aphoriſm. 29. et alij ex peritiſsimis Vltramontanis.*

q *I. C. vid. in toto tit. PP. de his, quæ prò non ſcripto.*

r *Bocer. d. cap. 3. num 39. et ſeq.*

ſ *Idem Bocer. d. l. n. 44. et ſeqq. iunct. Schult. in ſynopſi inſtit. lib. 3. de 5. ord. ſuccedendi ſucceſſ. fiſci.*

t *I. C. vid. in l. 10. §. 1. PP. ſolut. matrim. Finckelth. diſp. feud. 4. Theſi 16.*

Digitized by Google

tur per ea, quæ *Imperator* reſcripſit *v*.

Bona prætereà tandem iſta,quæ indignis auferũtur, ità intelligas à fiſco vindicari poſſe, dùm quædam illorum ſpecialiter quibuſdam conceduntur ſecundum ea, quæ *Fridericus Imperator* voluit *x*.

Idque in quibus caſibus accidere poſſit eleganti oratione explicant,poſt alios *Borch.* & alij *z*.

Simili iure ob delictum bona confiſcantur, idemq; confiſcandi Ius inter minora, ſiuè fiſci regalia conuertitur, & primò euenit.

In bonis contrahentium, inceſtas nuptias, vt *Iure feud.* cauetur *a*; Nuptiæ autem inceſtæ illæ dicuntur, quæ ob ſanguinis coniunctionem, affinitatemuè prohibitæ ſunt, vt ex *Iure Ciuili* conſtat *b*; Idemque Ius, quo ipſæ nuptiæ inceſtæ prohibentur, vel Iure gentium legem facit, quales ſunt nuptiæ, quæ contrahuntur inter parentes, liberoſq; in infinitum,vel inter Nouercam,& Priuignum, inter Vitricum,& Priuignam,inter Socerum, & Nurum, inter Socrum, & Generum; vel *Iure Ciuili* legis vim obtinet, cum quis ex latere cognatam, vel affinem vxorem ducit, quam ducere prohibetur, vt probatur pèr ea, quæ in *Iure Ciu.* not. *c*. Ad caſum autem inceſtus abſq; nuptijs commiſſi contra verba, atque *Textus* mentem,diſpoſitio pœnalis extendenda non eſt, vt *Teſsaurus* ſcribit *d*; Bona tamen contrahentium inceſtas nuptias, tunc demùm fiſco vindicari intelligas, in caſu, quo non extant liberi parenteſq; vſque ad gradùm ſecundum,item frater,ſoror, patruus,& amita, collateraleſq; vſq; ad tertium gradum, vt *I.C.* cauetur *e*.De pęnis verò,quę pro publica vindicta inceſtas nuptias contrahentibus impoſitæ ſunt, videndus latè *Schult.* eſt *f*.

Ex alijs rurſùs etiam delictis damnatorum, atque proſcriptorum bona fiſcus olim capiebat,& iſtud Ius inter regalia quoque minora annumeratur, vt *Iure feudali* cauetur *g*.

Damnati autem illi vulgò dicuntur, qui vltimi ſupplicij cęde afficiuntur; Proſcripti verò, qui deportati dicuntur, vt

poſt

v *Imp. vid.in l.vn. §. qua autem* 12. *C.de caduc. toll.*

x *Fr.Im. vid in d.c.vn.*

z *Poſt nèpè Andr.Iſer. Bald., Afflict., Aluarot., Balzar., alioſque Commentatores, Borch. in d.c.vn.n.*37. *Matth. Steph. de iuriſd lib.* 2. *p.*1 *c.*7.*membr.*1.*num.* 94.*et ſeqq. Bocer.de regal. d l. n.*52. *Arnold. de Reyger. d.l.Gothofr. Anton d.diſp.*3. *Theſi* 9. *lit.L. Horat. Mont. tract.de reg. verb.bonaque vt ab indignis.*

a *I.feud. vid in c.vnic. quæ ſint regalia, iunct. ijs, quæ notantur in Auth.inceſtas, C. de inceſt. et inutil. nupt in Nouell.* 12. *cap.ſancimus* 1. *et ſeq. Borch. in d.c. vlt. n.* 78. *Roſenth. in ſynopſi feud.cap.*5.*concluſ.* 58. *num.* 1. *Vult.* 1.*de feud.*5.*n.*7. §. 11. *bona inceſtum committentis, Bocer de reg.c.*3. *n.*53. *et claſs.*5. *diſput.* 11. *theſi* 33. *Gothofr. Anton.diſp.feud* 3.*theſi* 7. *lit. E. Niell. diſp.* 11. *theſi* 5. *lit.E. Arumæ diſput.feud.* 4. *theſi* 20. *verſic. Bona contrahentium, Arnold. de Reyger. diſput. feud.* 8. *theſi* 25. *Georg. Schult. in ſynopſi iur. feud.c.*7. *num.*164.*Sueuus exercit.feud.*5. *aſſert.*7. *verſic. ſimiliter, et alij.*

b *I.C. vid.in l.fin.PP. de ritu nuptiarum.*

c *I.C. vid. in d. l. fin, de ritu nupt. Borch. d.l.n.*19. *Bocer. d.l.cap.*3. *n.*54. *et ſeq. Vult. d.l. Roſenth. ibid. quo ſup. cit.*

d *Teſsaur.deciſ.*100.

e *I.C.vid. in auth. inceſtas, et in Nouell.*12. *c.*1. *et ſeqq. per quam abrogatur text. in l.*6.*C. de inceſt. nupt.Borch.d.c.vnic. n.*80. *verſ.denique, Bocer.d c.*3. *n.*55. *Arnold.de Reyger.d.theſi* 25. *Sueuus d.aſſert.*7.*Schult.d.l.n.*165. *et alij.*

f *Schult. in ſynopſi inſt lib.*1. *tit.*10. *de nupt.lit.G iunct. Schiffr.in d.etiam tit.circa fin., et de hac re latè ad eas Horat.Montan. de reg.verb.bona contrahentis.*

g *I feud. vid. in cap.vn. quæ ſint regalia, vbi Andr. de Iſern., Afflict.,Balzar., Eguin.,Baro,et Borch. n.*81. *Roſenth. in ſynopſi feud. cap.*5.*concl.*59. *n.*1. *Vvlt.*1.*de feud.* 5.*n* 7.§.12. *Bona damnatorum, Bocer.de regal. c.*3.*n.*59.*et claſſe* 5.*diſp.*11.*theſi* 34.*Niell.diſp.feud.*11. *theſi* 5. *lit.E.Gothofr. Anton.diſp.*3. *theſi* 9. *lit. N. Arumæ diſp. feud.*4. *theſi* 20. *verſic. condemnatorum,Arnold. de Reyger.diſp.feud.* 8. *theſi* 20. *Sueuus exercit.feud.* 5. *aſſert.*7. *verſic. ex alijs, Arniſ.de Iur. Maieſt.minor.c.*6.*n.*6.*et ſeq.Georg. Adam.in ſyntag.iur.feud.c.*6.*aphor.* 29.*et alij.*

Digitized by Google

poſt alios *Borch.* exponit *h*. Quidam verò alij damnatos illos dicunt, qui ob crimen aliquod capitale damnati tacito Iure cũ ipſa dãnatione bona ſua amittunt; Proſcriptos autem appellant Reos criminis alicuius patrati, quorum bona non niſi per ſententiam expreſsè publicantur, vt *Bocer.* poſt peritos *Duarenum, Cuiaciũ*, & alios diſplicat *i*.

Quod tamen ità intelligas, nempè bona damnatorum, vel proſcriptorum fiſco applicari, cum ſcilicet eorum liberi, & conſanguinei, ſiuè parentes vſque ad tertium gradum incluſiuè non extarent, vt in *I. C.* habetũr *k*; Et quamuis dicto Iure caueatur, tranſuerſalium mentionem non fieri, nihilo tamen minùs communi DD. ex voto verſum eſt, collaterales ad damnatorum bona admitti, vt probatur per verba, quæ *Irnerius in C.* adiecit *l*; quidquid B
in contrarium, quod diximus ab *Irnerio in dicto loco* additum eſſe inualidum exiſtimauerint, *Sueuus, Reguerius Sixtin., Matth., Steph., Gothofr. Anton. Bocer.*, & alij *m*. arbitrantes exindè deficientibus iuſtis liberis, atq; parentibus fiſcum admittendum eſſe, omnibus ex latere agnatis, atque cognatis ferè excluſis, exceptis tamen bonis, quæ in hæredem extraneum Iure tituli, quo poſſidentur, non tranſeunt, qualia etiam feuda ſunt, quæ ex inueſtituræ lege, fiſco vindicari non poſſunt, ſed prò eorum qualitate, ex breui teſtati lege ad agnatos conferuntur, vel ad feudi Dominum deuoluuntur; vt *Georg. Schult.* alios atteſtatur *n*.

Iſtud autem regaliæ minoris, ſiuè fiſci Ius hodierno vſu, C
quod .ſ. de confiſcatione bonorum exigitur, nullum, vel exiguũ vſum habere, patet latè per ea, quæ tradit *Carpz.* monetur, niſi in certis delictis, loquendo ex ſtatuto, vel conſuetudine, id ſancitum caueatur, quo caſu ipſo Iure sũt bona fiſco quæſita, ita quod eo caſu ceſſet *I. C.* reſponſi diſpoſitio *in l. pròperandum*, nec eo caſu inſtantia aliqua conſideratur, vt ex *Curtio ſeniore, Dom. Reg. Reuerter.* docet *o*.

Benè verùm hodiè in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, vel Diuinæ, vt Hæreſeos, confiſcatio bonorum abolita non eſt, verùm moderno Iure confirmata, & quod ab Imperatore veteres leges in iſto crimine ſeruari iubendò commendatum eſt, vſum obtinet *p*; Quod ità etiam pro- D
cedit, vt etiam extantibus filijs bona confiſcentur, & quidem ipſo Iure mox à die patrati criminis notorij, vt latè *Franzk.* videndus eſt *q*; Et quod bona committentium crimen

h *Borch. poſt alios d. c. vn. n. 81. verſic. damnati autem, Sixt. de regal. lib. 2. cap. 12. num. 3. et ſeqq. Matth. Steph. de iuriſdict. lib. 2. par. 1. c. 6. memb. 1. n. 153.*

i *Bocer. d. l. n. 60. verſic. Duarenus, et claſſe 5. diſp. 11. theſi 34 lit. B.*

k *I. C. vid. in Nouell. 134. cap. vlt.*

l *Irner. in C. de bonis Proſcriptor. Auth. Bona damnat. Borch. d. c. vnic. n. 83. verſ. ex dicta ſeq. Roſenth. d cap. 5. nu. 6. lit. B. Vult. 1. de feud. cap. 5. num. 7. §. 13. Bona dãnatorum Arnold. de Reyger. diſput. feud. 8. Theſi 26. Arumæ diſput. feud. 4. theſi 20. verſ. non extantibus.*

m *Sueuus d. l. Sixt. d. l. n. 25. et ſeqq. Steph. d. lib. 2. par. 2. cap. 7. membro 1. num. 157. Gothofr. Anton. d. l. litt. N. ſub fine, Bocer. d. l. num. 71. ſub fine.*

n *Georg. Schult. in ſynopſi iur. feud. c. 7. num. 169.*

o *Carpzou. in 1. crim. p. 3. q. 135. n. 8. et ſeqq. præter tamen in Regno Neap. delictum eorum qui contr. Conſtit. Frid. bella mouent, vel præſalias faciunt, vt in conſtit. Regni Comes de his quæ in Regno Guerram, etc. vbi Gloſs. et Andr. de Iſern.*

o *Curt. ſen. conſ. 30. in fine, Dom. Reg Reuerter. deciſ. Regiæ Cam. Summ. Neap. 139. n. 2. circa medium, quod latè etiam ſecundum nouas Conſtit. explicat Montan. de regalib. verbo bona contrahentium inceſtas nupt. condemnatorum, et preſcript. etc. ad quem me remitto.*

p *Imp. in d. Nouell. 134. cap. vlt.*

q *D. Franzk. exercit. 14. q. 7. iunct. quæ traduntur à Iacobin. de S. Georg. de feud in verb. ſi dicti vaſalli, Anton. Peregr. de iure fiſci tit. 1. n. 8. Iul. Clar. in pract. crim. q. 78. num. 1. verſic. ſed certè quiſquis ſit, et ſeq. Matth. Steph. de iuriſdict. p. 2. cap. 7. memb. 1. num 170. idque etiam in Electoratu Saxoniæ Vveſenbec. in Paratt. de bonis damnatorum n. 6. verſ. Hodieq; obſer. dicit, idq; comprobatur per Nouell. 134. cap. fin. in fin. et per alia quæ cumulant Schult. d. cap. 7. num. 170. verſ. Committentium.*

Digitized by Google

A crimen læſæ Maieſtatis,ſiuè rebellis ipſo iure tranſeant in fiſcum, quo ad dominium], ipſoque facto quo ad poſſeſſionem à die patrati delicti, ita vt debitor ſoluens, quod debet creditori ſuo, qui læſæ Maieſtatis crimine notatus erat, malè ſoluere dicatur, ſicque eum iterum Regio Fiſco, cui omnia rebellis bona quæſita fuerunt,ſoluere tenebitur,vt per ea, quæ nimis clarè *Imperator* reſcripſit *r*; *Dom. Reg. Reuerter.* deciſum in Reg. Cam. Summariæ recenſet *ſ*; Idque comprobatur in iſto Regno Neap., vbi ſancitum habemus, [quod ſtatim quo quis rebellionem patrat, bona illius ipſo iure, & quo ad dominium, & quo ad poſſeſſionem fiſco quæſita dicuntur, per legem expreſſam in *Regni Cap. t*; Et quod bona committentium

B crimen læſæ Maieſtatis, ſi à fiſco ſint occupata, & in alium translata nulla præcedente ſententia condemnationis,ſuperueniente Regni indulto, nullatenus ſint reſtituenda delinquenti, cum ex propria inquiſiti confeſſione conſtaret illum deliquiſſe,[nè manifeſtum,ſiuè notorium crimen patratum fuiſſe,ſicque ſubintrare diſpoſitionem *Text. Cap. Regni*, quod loquitur etiam ſi inquiſitio ſit facienda *u*; *Dom. Reg. Reuert.* ità in Sacro Collaterali Conſilio deciſum refert *x*.

Ex quibus fit inter regalia fiſci, ſiuè minora quoque eſſe, vt bona committentium crimen læſæ Maieſtatis,tum Diuinæ, tum humanæ fiſco applicentur, vt in *1. feud.* notatur *z*.

C Committitur autem crimen iſtud, non ſolum, cùm quis qui ſubditus eſt, animo hoſtili affectus, vel in ſalutem Imperatoris,Regia,vel Reip. formam labefactare,aut euertere niti

*r Imper. vid. in l. fin. C. ad l. Iul. Maieſtatis.*

*ſ Dom. Reg. Reuerter. in deciſ. Reg. Cam. 126. num. 1.*

*t Regni Cap. Bona proditorum, et cap. nupèr apud Tranum, et in cap. die Mercurij ergo Dom. Reg. Reuerter. in deciſ. Reg. Cam. 139. n. 2. circà medium, quod benè animaduertit Grammat. deciſ. 105. num. 57. cum ea declaratione tamen, tamen, [vt ſcilicet ſecùs de iure communi dicendum eſſet, quo attento tanti facinoris Reus antè declaratoriam, condẽnatoriamq; ſententiam, ſuorum bonorum dominium non amittat, verũ tamẽ adminiſtrationem tantum per ea, quæ habentur in l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt. vt poſt alios, quos cumulat D. Reg. de Marinis in obſeruat. ad deciſ. Reg. Reuerter. 126. n. 1. teſtatur, dicens in terminis illius deciſ. dum rebellis non ſolùm bonorum ſuorum dominium amitteret, ſed etiam adminiſtrationem, nullo pacto poſſe eius debitorem delinquenti ſoluere, minuſque eius ceſſionario, dum de eius ceſſione non conſtabat.*

*v Cap. Regni die Mercurij.*

*x D. Reg. Renert. deciſ. Reg. Cam. 72. num. 2. iunct. quæ cumulat ibi obſeruando D. Reg. de Marinis num. 1. et num. 2. vbi ex eo quod D. Reg. Reuert. d. l. num. 2. [dixit notoriè conſtare ex delinquentis confeſſione crimen patratum fuiſse, ex doctrina Schrad. de feud. 2. par. poſt princip. ſect. 8. num. 46. et ſeq. concluſionem firmat, vt in illis caſibus, in quibus vaſallus feudo ipſo Iure priuatur, ſententia requiratur declaratoria ad finem, vt feudum è poſſeſſoris [delinquentis manibus auferri poſſit, addens ex eodem Schrad. hoc ità procedere, niſi fellonia à vaſallo commiſſa adeò notoria ſit, vt conſtet vaſallo nullam penitùs defenſionem competere; cum eo caſu nulla requireretur ſententia declaratoria poſt Andr., Aluar., Præpoſitum, et Afflict. in cap. 1. §. fin. quo tempore miles, etc. et alios ſubdens ex eod. Schrad. ità intelligendum id, quod dicitur exequutionem factam in pœnis, quæ ipſo Iure irrogantur, prætermiſſa ſententia declaratoria non vitiari, ex Baldo, et Afflicto ab eod. Schrad. relatis, addens ex eiuſdem doctrina ſententiam requiri declaratoriam, quando feudum ad Dominum reuertitur, vel quod vaſallo fuit feudum conceſſum ad tempus, quod elapsũ eſt, vel quia vaſallus abſque hæredibus feudi capacibus deceſſit ex Baldo, et alijs, de quibus cit. de Marin. vide d. l. iunct. quæ cit. de Marin. ad d. deciſ. 72. obſeruando cumulat num. 3. et 4.*

D *z I. feud. vid. in d. cap. vn. circà finem, quæ ſint regalia, vbi poſt alios Borch. num. 88. Roſenth. in ſynopſi feud. c. 5. concl. 69. num. 1. Vult. 1. de feud. c. 5. num. 19. §. 13. Bona committentium, Bocer. de regal. cap. 3. num. 76. et claſſe 5. diſp. 11. theſi 36. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. theſi 8. lit. H. Arumæ diſp. feud. 4. theſi 20. ſub fine Arnold. de Reyger. diſp. feud. 8. theſi 25. Sueuus d. l. et alij iunct. quæ in Regni noſtri Conſtit. inconſutilem de Hæreticis, et Patarenis notantur, et in Conſt. Patarenorum de Patarenorum receptatoribus, etc. vbi Andr. de Iſernia, cæteriq; ibid. addentes, et ad eandẽ rẽ facere conſtitutionem aureæ Bullæ Caroli IV. tit. 24. exponit. Schultz. d. cap. 7. num. 170*

Digitized by Google

niti audeat, quod in *I.C.* propriè perduellionis crimen vocatur *a*, cuius generis ſunt, coniuratio, de qua *I. C.* ſcribit *b*, Regni, ſeù Imperij affectatio *c*, maiorũ magiſtratuum, aut eorum, qui ad Principis latus, militumuè cohortis interemptio, aut inſidiæ vitæ eorum ſtructæ, vt ex *I.C.* liquet *d*, ſeditionis item, & hoſtium in Rempublicam concitatio, & adiumentum, vt in *I. C.* habetur *e*; verum etiam ſi quis hoſtili animo Maieſtatem, vel Rempublicam lædat, quod crimen lęſæ Maieſtatis in ſpecie, ſeù ſimplex, auctore *IurisConſult.* appellatur *f*, vt ſunt militum iniuſſu Imperatoris, vel Regis belli aduerſus aliquem gerendi ſtudio conſcriptio, vt ex *Iur. Conſult.* dictis patet *g*, Imaginũ Cæſaris coſlatio, vt ex *I.C.* cauetur *h*, ob capitalis criminis cauſam incarcerati emiſsio, vt *Iur. Conſ.* reſpondit *i*, monetæ percuſſio ab eo, qui cudendi ius conceſſum non habet, vt *Imper.* reſcripſit *k*, & falſa eorum, quę Magiſtratuum, Imperatoris, vel Regum ſunt vſurpatio, vt ex *Iur. Conſ.* dicere fas eſt *l*.

Pœnam autem huius criminis, quam ſuprà diximus, nempè bonorum confiſcationem, non intelligas procedere in feudatario crimen læſæ Maieſtatis committente, nàm nõ ad Fiſcum, ſed ad Dominum feudum deuoluatur, vt *Iure feudali* cauetur *m*, dummodò tamen feudum non ſit hęreditarium, nàm cum hoc criminis commiſſum, in quoſcumque hæredes trãſeat, etiam extraneos, ideò nihil obſtare videtur, cur non æque, ac reliqua bona allodialia Fiſco vindicari dicendum ſit, vt poſt alios, quos allegant, *Fach. & Bocer.* probant *n*.

Ius angariarum, & perangariarum, plauſtrorum, & nauium præſtationum, intèr minora, ſiuè Fiſci regalia quoque annectitur, vt in *Iure feudali* notatur *o*.

Anga-

c *DD. ſunt Andr. de Iſern. Aluar. Bald. Afflict. Balzar. Laudenſ. Borch. Pruchman. et cæteri Commentatores ad cap. vn. quæ ſint regalia Arniſ. de iur. Maieſt. Reg. Sixtin. de regal. Schneid. in epit. feud. p. 2. nu. 94. et ſeqq. Henric. à Roſenth. in ſynopſ. feu. cap. 5. per tot. Vult. 1. feud. 5. num. 7. Obrecht. de regal. Ioān. Cammā. de regal. Bocer. de regal. per tot. et Claſſ. 5. diſp. 11. Niell. diſp. feud. 11. Gothofr. Anton. diſp. feud. 3. Th. 6. et ſeqq. Arumæ diſp. feu. 4. Theſ. 10. et ſeqq. Arnold. de Reyger. diſp. feu. 11. Sueuus excercit. feud. 5. Georg. Adam in ſyntagm. iur. feud cap. 6. aphoriſm. 13. et ſeqq. Georg. Schultzen. in ſynopſ. iur. feud. cap. 8. et alios, vltrà peritiſſimos omni virtutis monumēto, ac recolēda memoria, laudādos peritos Vltramontanos, et habes etiā ex Noſtratibus Regnicolis, apud peritiſſimum Horat. Montan. de regal. poſt Ripoll. in tract. etiam de reg. vbi in 1. q. expon. an reg. ſint iura Imperialia, et in 2. q. num poſſit Rex concedere reg. Regni ſui, et an alij Reges illa habeant q. 4. et quæ actiones competant pro regal. et quis ſit Iudex regalium iurium in qu. 10. et alia ad materiam cum adeas præcipuè per ea, quibus iure huius Regni vtimur.*

a *Iacobus Cuiac. in paratl. PP. de tutelis.*

b *Conferunt dicta Anton. Fabri in Iuriſp. Pap. ſcient. tit. de tut. princp. 1.*

c *Iulius Pacius in paratl. PP. de tutelis.*

d *Tot. tit. C. de aiendis liberis, et liberis agn.*

Digitized by Google

curæ idoneæ imbecillem ætatem, propter gubernandam cõmittunt, quã gubernationẽ, tutelam, atq; curã dicimus *d*; cumque ipſum tutelæ ius, nempè vt ex eo impuberes, vel minores educantur gubernentur, atque eorum etiam bona adminiſtrentur ad publicam rem, pertineat; idcircò condecorè, & non ab merito tutelæ ius publicum eſſe legimus *e*,ità quod etiam inuito in inuitum tutela detur *f*, vtilitate priuatum *g*; Ius verò iſtud, ſiuè poteſtas dandi tutores patri omnibus magis competit, tum in minorum perſona, tùm etiam in bonis eorum: nàm bonorum ſit dominus, aut quo ad proprietatem, aut quoad vſumfructum *h*.

Curam autem minorum, tutelã dicimus, nàm ex ea curator in bonis tantum datur *i*; Et tutor perſonæ principaliter, ſiuè ad tuendum eum, ideſt pupillum datur *k*, ſecundò verò rebus *l*, vndè eſt certè rei tutorem dari nõ poſſe *m*.

Ex lege 12. tabularum tutelæ ius introductum dicimus, non verò iure prætorio *n*, quod partim intelligas, quo ad proximiores agnatos, qui ad tutelæ munus vocantur *o*, (quam tutelam legitimam dicunt) partim ex eadem *l*. 12. tab. defertur parentibus poteſtas liberis, quos in poteſtate, ſiuè familia habent, tutores teſtamento dare *p*, vndè mater quoniam liberos in poteſtate nõ habet *q*, nũquam teſtamento liberis tutores dabit, niſi eos inſtituerit *r*, ex patria poteſtate enim, poteſtas tutores teſtamento dandi exiſtimatur *ſ*.

Legitimis, atque teſtamentarijs tutoribus deficientibus locus datiuæ tutelæ eſt, ſcilicèt quæ à magiſtratu habetur *t*; Antiquitùs etiam iudiciarius tutor fæminis dabatur, vt pro eis ad iudicia ſimileſq; actus faciendos interueniret *v*; Præterea tutelæ officium virile dicimus, vndè regularitèr fæminæ à tutelæ munere arcentur, ſiuè fungi non poſſunt *x*, niſi ex Principis indulgentia, hoc largiatur *z*, matribus, & auijs exceptis: ne dùm legitimorum *a*, ſed etiam naturalium ſuorum liberorum *b*, legitimæ pro reliquis agnatis tutrices ſunt etiam ſi debitrices, aùt creditrices liberorum ſint *c*, nàm in his affectionis mater-

d *Confert. Ant. Fab. d. l. ver. oſtenditur, dicens tutelam portionẽ quãdam patriæ poteſtatis eſſe, vt qui tutor eſt nõ aliter quàm alius quidam pater temporalis ſit.*

e *L. filius fam. 9. ver. tut. de his qui ſunt ſui &c.*

f *Elem. iur. Iuſt. de excuſ. tut. in prin. l. 2. PP. de tutel.*

g *L. pupillus 239. §. munus de verb. ſignif. l. Athletæ 8. §. tutela de excuſ. tut.*

h *Elem. iur. per quas perſonas, etc. l. fin. & tot. tit. de bon. maternis.*

i *L. in copulandis 8. C. de nup.*

k *L. quia. 4. PP. de teſt. tut. §. ad cert. elem. qui teſt. tut. dari poſſunt lib. 1.*

l *§. datus elem. iur. de excuſ. tut. &c.*

m *d. §. ad certum, l. certarũ 12. PP. qui teſt. tut. &c. latè idque explic. Vveſenbecius in paratl. de tutelis.*

n *Bart. in l. iure 26. §. honoris de teſtam. tut. quem meminit Vveſenbec. d. l.*

o *Elem. iur. PP. & C. tit. de legit. tut.*

p *L. 1. PP. de teſtam. tut.*

q *§. fin. element. de adop. &c.*

r *L. 4. PP. de teſt. tut.*

ſ *L. 4. de teſtam. tut.*

t *De qua vid. in elem. iur. de Attill. tut. & in paratl. de tut. Vveſenbec.*

v *Cuiac. lib. 7. obſeru. cap. 11. et cætera de tut. curat. dandis habes apud Anton. Fabr. in d. l. tit. de tut. et ſeqq. poſt Cuiac. in paratl. PP. de teſt. tut. et in tit ſeq. PP lib. 26. et 27. vbi etiam Pacius, et Vveſenbec.*

x *L. 1. C. quando mulier tutelæ offic. &c. l. iure noſtro de teſt. tut.*

z *L. fin. PP. de tut.*

a *L. ſeq. cum auth ſeq. C. quando mul. &c.*

b *L. fin. C. quando mul. auth. ad hęc in fin. eod. tit.*

c *d. auth. ad hæc C. d. tit. quando mul. &c.*

Digitized by Google

A ternæ ratio omnem ſuſpicionem tollit *d*, id tamen intellige quam diù in caſta viduitate vixerint, contractis enim ſecundis nuptijs, vel pudore proſtrato *e*, deſinunt eſſe ipſo iure tutrices *f*, & his in caſibus, in quibus mater, & auia, à tutelæ munere refelluntur, datiuæ tutelæ locus erit *g*.

Dari autem tutores omnes poſſunt etiam inuiti *h*, ſiuè patres familias ſint, ſiuè filij familias *i*, qui in publicis muneribus, vt patres familias reputantur k, ſiuè locupletes, ſiuè pauperes ſint *l*, ſiuè bonæ famæ, ſiuè in fames *m*, ſiuè nobiles, ſiuè plebei *n*, etiam Rex, aùt Princeps *o*, dūmodo idonei ſint, & ex locis vicinis (non tamen vltrà centeſimum miliare *p*) eligantur, licet quando non po-
B teſt idoneus haberi in loco pupilli poſſit aſſumi *q*; Et cæteri omnes qui non prohibentur; Prohibentur autem vltrà fęminas, vt dixi, debitores, & creditores pupilli *r*, niſi teſtamento ſint dati *ſ*, ſimiliter qui cum pupilla litigat *t*, qui bona eius poſſidet *v*, ſicuti qui coheres cum pupillo eſt, vel ſocius, vel communitèr, cúm pupillo poſſidet *x*, qui iuriſdictioni pupilli ſubiectus non eſt *z*; Vittricus pupilli *a*, licet tamen teſtamento omnes iſti tutores dari poſſint, cum approbati à defuncto veniant, qui de liberis ſuis optimè prouidere voluiſſe præſumitur *b*, nec etiam item ſerui tutores eſſe poſſunt, quod ſecùs intelligas libertate relicta *c*, ſimili iure, qui indignitate aliqua, aut priuilegio ſunt, puta miles *d*; colonus Princi-
C pis *e*, exēpti à iuriſdictione pupilli *f*, & omnes denique ex quibus pupilli conditio deterior futura eſſet, quia pares potentioribus eſſe non poſſumus *g*, his tutela delegari, ſiuè eam committi prohibentur: vt etiam marito cura vxoris *h*.

Non ſine rursùs magiſtratus decreto tutores, vel curatores tute-

d *L. non ſolum. 67. §. de vno PP. de rit. nupt. quod etiam in liberis naturalibus procedit l. fin. C. quand. mul. etc. auth. ad hæc, C. eod. Anneia Robert. rer. indic. cap. 9. vbi latè hanc prop. examinat, et probat.*

e *Gloſ. in auth. Sacram. ad verb. contracti, Cod. quando mul. etc. per §. fin. auth. de præſt et §. ſi autem in auth. de nupt.*

f *Auth. Sacram. C. quādo mul. etc.*

g *Gloſ in d. auth. Sacram. per l. ſi quis ſub conditione de teſtam. tut.*

h *L. 3. C. de ſuſp. tut l. 1. in princ. de adm. tut.*

i *Princ. elem. iur. de ijs qui tut. eſſe poſſ.*

k *L. nam quod 14. ad S. C. Trebell. l. quippè 78. de iudic.*

l *§. fin. elem. iur. de ſup. tut. l. paupertas de excuſ.*

m *L. cui eorum, vbi Bar. et Bald. de poſt.*

n *L. decreto vbi Bart. et Bald. qui pet. tut. l. vbi de tut. dat. ab his.*

o *Bart. in l. iure §. 1. num. 1. PP. de teſt. tut.*

p *§. penult inſt de excuſ. tut. l. non ſolum 10. PP. eod. tit. l. 1. C. eod. tit.*

q *L. Diuus de tut. dat. ab his.*

r *Auth. vt hi qui oblig. ſe, etc. l. creditor 8. de tutelis.*

ſ *Doctores in d. l. creditor.*

D t *D. auth. vt hi.*

v *Bart. in auth. minoris num. 7. C. qui dare tut. poſſ.*

x *Bart. d. l. quamquam olim excuſationem non habebat, ſed dato curatore res communis inter pupillum, et tutorem diuidebatur, l. quod res 21. C. de excuſ.*

z *L. etiam municip. vbi Bart. de tut.*

a *Gloſ. in l. 1. ad verb. vittricum, C. vbi pupillus educari deb. l. 3. vbi Bald. et D. C. contr. iud. tut.*

b *L. nec in ea 22. de adult. l. fin. in princ. C. curat. furios.*

c *L. in ſeruili 7. C. qui dare tut. etc. §. 1. inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ.*

d *L. 4. C. qui iur. etc.*

e *L. fin. C. eod. tit.*

f *L. neque 5. C. eodem.*

g *L. 3. in princ. de alienat. iudic. mut. cauſa.*

h *L. 2. C. qui dar. tut. l. virum de curat. fur.*

Digitized by Google

tutelam, vel curam ſuſcipiant *i*, quod decretum non interponatur priùs, quàm tutor, vel curator non faciat inuentarium, & ius iurandum cautionemque præſtent rem pupilli bona fide tuituros fore *k*, quod limitabis in teſtamentario tutore, qui ſatisdare non tenetur, vel etiam in tutore ex inquiſitione dato *l*.

Ex dolo, lata, atque leui etiam culpa tutores teneri certum eſt *m*; Ex tutela etiam tollitur omnis facultas pupillo in ſuis bonis, cùm tutor quaſi dominus patrimonij pupilli dicatur *n*, intellige quantum, ad pupillarem prouidentiam ſpectat *o*; Quæ de tutoribus dicta ſunt etiam de curatoribus intellige *p*, nàm inter eos in his ſequentibus tantum differunt, primò, quia tutor datur impuberibus, curator verò adultis *q*, illi inuitis dantur, hi extrà litem tantùm volentibus *r*, illi perſonæ præficiuntur, hi bonis *ſ*, illi cùm vniuerſum patrimonium, iſti etiam certę rei *t*; Illi tutorem habentibus non dantur iſti dari queunt *v*; Cura verò, vel eſt legitima, vel datiua, legitima, quæ ex *l*.12.tabul. datur furioſo, & prodigo, & in ea ſunt agnati vocati *x*, vel datiua ex iuris dicentis poteſtate ſcilicet *z*, ex teſtamento autem nulla eſt, nàm teſtamento curator non datur, & datus, à prætore confirmatur *a*.

Capitis diminutione, tempore, arrogatione, deportatatione, ſeruitute, captiuitate, pubertate, remotione, atque conditione, exiſtente *b*, finita tutela cura incipit *c*, licet quandoque exiſtente tutore curator detur *d*.

Iure feudorum communi, idem, ius Rom. etiam circà feudatariorum liberos, quo ad tutores eis dādos ſeruari dicimus, ea nimirùm ſuadente ratione, quia ſemper, quod iure feudorum nihil cauetur, tùm ius ciuile Romanorum ſeruandum eſſe, etiam in feudis non ambigimus *a*.

De iure tamen Regni Neapolis ea conſtitutione vtimur, qua minoribus habentibus feudum, qui ætatis ſuæ ſuffragio iuuari non poſſunt, Balium eis dandum imperiali in-

i *L.3. § fin.de admin. tut. l.cui verum de poſtulando vbi Doctores.*
k *L.decretationibus, C. de Epiſc.aud. l.fin.§.in Prouincia, C. de cur. fur.*
l *Elem.iur.dę ſatiſ.tut. l.1.in princ.*
m *L. quicquid 7. cap. de axbit. tut.*
n *L. interdum 7. §. ſi tutor PP.pro empt.*
o *L. tutor 28.de adm. tut.*
p *Elem. iur. de curat. PP.de admin.tut.*
q *Princ.elem.de curat,*
r *§.1.elem.d.tit.de curat.*
ſ *L. in copulandis 8.C. de nupt.etiam ſi perſonam, cui bona ancillātur negletui habere nō debeat l. conſ.7. de curat.fur. §.fin. elem.de excuſ.&c. l.non tantùm 7.de tut. & cur.*
t *§.1.elem.cod.*
v *§. interdum 3.elem.de curat.*
x *§.furioſi elem.eod.l.furioſi 25.C.de nupt.*
z *Princ.elem.de cur.*
a *Princ.inſt.de curat.*
b *Elem.iur.quib.cauſ.tut.fin.l.ſi arrogati 14.de tut.*
c *L.3.§.2.3.l.4.& 5.eod.tit.de tut.*
d *L.ſolut.13.PP.eod.tit.de tut.cætera verò de tut.& curat.dandis, & eorum officio habes latè apud Cuiac.in paratl. ad tit. PP.lib.3.26.& 27.vbi etiam Vveſenbec.& Iul.Pac.& latius apud Ant.Fabr.in iur.prud.Pap.ſcientia ad tit.de tutelis,& ſeqq.*
a *Iſernia in cap.1.§.penult. de probib.feud.alien.per Frid.& in cap.1.de contr.feudi apud pares term. vbi etiam Laud.num.14.& Præpoſit.num.4. Ardiz. rubr.138. Iacob..verb. & dicti vaſalli pro dictis rebus num.25. Blan.4.de feud.1.num.116.Roſenthal.1.concluſ.20. num.13. Duaren. de feud.c.21.nu.1.& alii de quib.latè habes in noſtris feudalibus viſionib.in prim.par. rubr.2.viſion. 4. in elucidation.fol. 20.& 21.& qualiter feudatarii poſſint filiis minoribus, ſeruata forma iuris comm.feud.de tutor prouidere, latè exponit Dom. Camill. de Curte reſ.feu. cap.3.num.76.& ſeqq.vſque ad num.85.*

Digitized by Google

A indulgentia, ſtatutum legimus *b*, vndè interpetrandum hìc euenit, qualiter Balius iſte, ideſt pupillis feudum habentibus, detur.

Balium non niſi à Rege in Regno filijs pupillis feudatarij, nempè regali ſiuè imperiali remedio dari conſtat *c*, eſt autem in Regno Balius gubernator feudorum, & perſonæ feudatarij, donec cōpleuerit annos quatuordecim, vndè Balij officium finitur, dum attingit pupillus feudatarius decimumquintum annum, & hinc etiam dictus feudatarius poſt decimumquartum annum poterit, vti maior ipſe per ſe regere, & optimo marte feudum, & ſuam perſonam adminiſtrare, licet tamen læſus reſtituatur *a*.

Ex eo, quod Balius in Regno dicitur à Rege feudatarijs pupillis dari, fit exindè, quoniam Regis vices in Regno
B Exc. pro tempore Proreges gerunt, imò Regis perſonam repræſentant, & Regis Vicarij, & Locumtenentes dicuntur, imò ex ampliſſimæ commiſſionis forma conſtituuntur, alter ego, reſpectu Regis perſonæ, atque inde omnia poſſunt, atque ipſe Rex poteſt *b*; Balium in Regno nemo poteſt conſtituere, niſi Prorex, vel eius Collaterale Conſilium, quo conſtituto remittatur ad R. C. Tribunal, vt adimpleat adimplenda, & quanquam ſit in teſtamento patris relictus Balius, compellitur etiã ad præſtandam deiuſſionem, licet in teſtamentario tutore ſecùs de iure ſit *c*, ſi eſſemus tamen in magno Domino ſufficeret talis cau-

b *Cōnſt. Regni minorib. de iur. Balii.*

c *D. Conſt. Regn. minor. de iur. Balii Frecc. 2. de ſubfeud. author. 39. nu. 3. vndè dicitur inter Balium, et tutorem eã eſſe differentiam, quod Balius datur prò bonis feudalibus, et tutor prò bonis burgenſaticis, ſecundùm ea, quæ affirmat Afflictus in rubr. Conſtit. de iure Balii n. 1. licet eos æquiparet, dicens quoque eſſe duo officia, licet compatibilia in vna, & eadem perſona, poſſunt namq; duo officia per vnam, eamdemque perſonam compatibilia exerceri, licet nō regularitèr, vt latè notat Carau. tit. 2. notab. nu. 3. et ſeqq.*

a *Andreas in d. Cōſtit. Regni minorib. quem allegat, et ſequitur Frecc. d. l. num. 4.*

b *Io: Franc. de Ponte*
C *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 5. num. 2. 3. et ſeq. et tit. de diuerſ. prouiſ. 1. ad rub. nu. 3.*

c *Camill. de Curt. reſ. feud. c. 3. n. 90. et hìc examinandum eſt quod ex cap. Regni incip. feudatarius, habemus, nempè Balium abſque alia ſolemnitate Baliatum adminiſtrare poſſe, textum illum dicti cap. id non probare, verumtamen tantum diſponere, quod qui à feudatario relictus eſt Balius, poſſit abſque Regis licentia adminiſtrare, quod etiam anteà per Conſtit. Regni in aliquibus in fine prohibitum erat, verùm, quòd non teneatur ſaltem conficere repertoriu bonorum pupilli nullibi in eo tex. habetur, vndè Praxis nos hodiè docet, vt Balius, et ſi Teſtamentarius teneatur comparere, et ità Baliatus priuilegium obtinere D. R. Tapia de præſt. Reg. Cancell. n. 34. fol. 93. priùs adimpletis adimplẽda in Reg. Cam. quæ quidem adimplemẽta ſunt, vt præſtet fideiuſſionem de benè, et fidelitèr adminiſtrando iuxtà ea, quæ notantur apud D. R. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſ. vbi n. 6. notabilitèr animaduertit, quod in caſu, in quo erit Balius declaratus alicuius feudatarii, qui eſſet de magnatibus, et proceribus Regni, non tenebitur hìc ſatisdare, iuxtà valorem bonorum adminiſtrandorũ, quoniam impoſſibile eſſet talem fideiuſſionem inuenire, verum debeat taxari quantitas fideiuſſionis, quam ſemper pro ea ſumma arbitratam fuiſſe, cuius feudum eſt in redditu vnius*
D *anni, teſtatur D. R. de Marinis ad D. R. Reuerter. deciſ. 562. nu. 1. Quid autem, an Balius etiã ſatisdare teneatur, cum fuerit datus Balius aliquis magnus Princeps, vide Mormil. in Conſtit. in aliquibus num. 3. et Capyc. in inueſt. feud. rubr. feud. Balii in princip. vbi refert caſum vnius Reginæ deciſum in eius fauorem, de quò antè eum teſtatur Laudenſ. in tract. de offic. dom. §. 4. nùm, et ſi teſte Camillo de Curte d. cap. 3. nu. 88. fuerit controuerſum, an Balius teneatur ſatisdare, vel fideiuſſionem præſtare, quaſi ſit ſubrogatus in locum Regis, qui verè, et propriè eſt Balius pupilli feudatarii, hodiernis tamen moribus receptum eſt, quod omninò detur fideiuſſio, vt ſuprà diximus, et idem de Curte teſtatur num. 89. et 90. vbi praxim exponit, ex qua compellitur Balius etiam in teſtamento feudatarii datus, ad præſtandam fideiuſſionem, licet in tutore teſtamentario de iure certum ſit non eſſe obnoxium ad præſtationem fideiuſſionis; Id attamen nu. 91. limitat, ſi eſſemus in magno Domino ſufficere talem cautionem, qualis præſtari poſſet, recenſens, quod dicitur de francorum Regina, vt dixi; Notamus etiam ex nupèr relatis, Balium teneri ad confectionem inuentarii, et poſt finitum Baliatum*

Digitized by Google

cautio, qualis præſtari poſſet, ad quod confert, quod de *Regina francorum* dicitur, nempè cùm ipſa voluiſſet eſſe Balia filij ſui impuberis, *Dominus Obertus de Bobio*, tunc legens in ſtudio *Vercellenſi*, conſuluit eam non eſſe repellendam, ex eo fortaſſe, quod non haberet fideiuſſores idoneos, ſed ſufficere ſi daret, quos poſſet *d*, vndè eſt cautionem à Balio præſtandam de benè adminiſtrando non eſſe iuxtà bonorum valorem, ſed temperandam per Iudicem eſſe, maximè quando Baliatus eſſet alicuius magni Principis, vt practicatum in Curatore Principis *Biſiniani*, & Ducis *Acheruntij*, & in alijs caſibus teſtatur *Dom. Reg. de Ponte e*. A

*liatum reddere rationem, & reliqua, ſi quę ſunt, reſtituere ſecundùm ea, quæ exponunt Afflict. in d. Conſt. minoribus nu. 7. & n. 21. & ibid. Campagna nu. 11. Camill. de Curt. d. l. nu. 87. & ità de omnibus his tribus ſatisdatione, confectione inuentarii, & computorum redditione deciſũ tradit Conſil. de Bottis in d. Conſt. minoribus in cip. ſed quid de ſatiſdat. & aduertit Thor. in compendio deciſ. in ver. Balius.*

Ratio autem, ex qua ſtatutum primo legimus, quod ſi is, qui in feudo, patre mortuo, ſit pupillus, Balius ei tantùm à Rege dandus ſit, ea nimirùm videtur, quia cum minoris in feudo patri ſuccedentis ipſe Rex Balius ipſo iure ſit, non aliter, niſi ab eodem Rege, alter dictum Baliatum obtineat, & ratio, quoniã ille à Rege ſe Baliũ minoris feudatarij eſſe dicatur, vel ab eo, pupillo Baliũ dari non ab alio, ea fuit, quoniã Rex in feudis, cùm dominiũ directũ habere dicatur, propterea intereſt Regis tueri feudum, & rectè gubernari, dùm feudatarius eſt in ætate, quæ non permittit ipſum res ſuas poſſe gubernare, ne vel ex minoris ætatis incuria feudum ad nihilum redigatur, & exindè ipſe etiam Rex, vt directus feudi dominus damnum patiatur, vnde fertur quàm mira iuſtitia fundari Regni leges de Balijs à Rege dandis ſtatuentes *f*. B C

Quod diximus præterea Balium eſſe gubernatorem feudorum, & perſonæ feudatarij, ità intelligas, quod licet, vt diximus, lex de Balijs, à Rege dãdis, ratione feudi ſit inſtituta, attamen Balium, & rebus, & perſonæ pupilli feudatarij ad inſtar tutoris dari fatemur, vt rectè *Camill. de Curte* animaduertit *g*.

A Rege Balius iſte ei feudatario datur, qui quaternatum feudum poſſidet, non verò ei, qui feudum de tabula tenet, de feudo autem quaternato intelligas, ſiuè feudum quaternatum ſimpliciter, ſiuè ſecundum quid ſit *h*, illiſq; datur Balius, ſiuè patris ſuccedat mors naturalis, ſiuè ciuilis, putà ſi foriudicatus Baro pupilli pater efficiatur, item ſi eidem furor ſuperuenerit, in quibus omnibus caſibus Balius conſtitutus, tùm feudalium, tùm etiam allodialium bonorum adminiſtrator erit *i*. D

Ba-

d *Camill. de Curte d. l. num. 91.*

e *Dom. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de Baliis dandis, &c. n. 6.*

f *Regni leg. ſunt d. Cõſtit. minoribus Conſt. in aliquib. et Conſt. ſi quãdo, & duo cap. Regn. 1. incip. feudatarius 2. itẽ ſtatuimus, & poſt Andr. in d. Conſt. minorib. & alios explic. D. de Curt. d. l. c. 3. num. 85.*

g *Camill. de Curte d. l. n. 86. Immò ſecundùm dicta D. R. de Ponte Balius principalitèr perſonæ datur, ad quod commendatur conſiliũ Aretini in deciſ. 15. Reg. Cam. num. 9. & 10.*

h *Poſt Afflict. & Frecc. cit. de Curt. d. l. num. 95. & quod Baro ſuſcipiat curam gubernationis perſonæ, & bonorum filiorum pupillorum ſui ſubfeudatarij decedentis, & an etiam id proced at in feudo quaternato vid. Frecc. d. l. num. 1. et 5. Campagn. in cap. Regni feudatarius num. 9. ità quod exindè ſoli Comites, et Barones in teſtamento filiis eorum Balios dare poſſint, quando haberent feuda quaternata, Campagna in Regni cap. feudatarius num. 9. etiam ſi fuiſſet ſimplex feudatarius abſque licentia Regiæ Curiæ, Campagna ibid. num. 1. et Capyc. ſuprà cit. col. 2. verſ. Balium licet.*

i *Camill. de Curt. d. l. num. 96.*

Digitized by Google

A Baliatus autem iſte durat vſque ad annum decimumquartum completum, vndè dicitur in decimoquinto anno ceſſare, tàm in maſculo, quàm in fęmina, & in hoc eſt diſcrimen inter Balium, & tutorem, etenim in tutore dicimus finiri maſculi tutelam in anno decimoquinto ætatis, & fęminę tutelam in anno duodecimo finito, tempus autem in quo Baliatus durat 14. nempè annorum, tùm in maſculo, tùm etiam in fęmina feudataria diximus ex iure Conſtitutionis Regni determinatum *k*; In fęmina verò feudataria expirat etiam Baliatus, quando nubilis ætatis nuptui collocata fuerit, quæ tamen ſi adhùc exiſtens infrà quartumdecimum annum vidua fiat, reincidit in Baliatum *l*; Vndè etiam illud certum euenit, hodiè cùm dictum tempus Baliatus per Regni Prag. prorogatum vſque ad 18. ann. fuerit *m*, tùm ſcilicèt in maſculis, tùm etiam in fęminis, quod ſi mulier infrà dictam ætatem ann. 18. nuptui tradatur, ſicque ante completam ætatem 18. ann. nupſerit, Baliatus finitur, etiam ex diſpoſitione dictæ Pragm. & Balius cogi poterit ad reddendum computa, quia per dictum matrimonium Balij officium iàm finitum eſt, vt diximus, & adminiſtratio in maritum delata eſt, prout de iure conſt. etiam locutus cit. *Iſernia* fuit *n*.

B Quoniam Balius præthereà de iure Regni, vel eſt teſtamentarius, vel datarius, ſiuè datiuus, ſit exindè, quod legitimus nequaquam detur, vt exponit *Dom. Reg. de Ponte o*.

C Ex more, & vſu Curiæ, & *Regni Conſtit.* quæ incipit *minoribus*, Balio deberi ſalarium affirmat *Capyc. p*. Eique debetur, ſiuè relictum ſit in teſtamento, ſiuè non, quemadmodum etiam nec ei denegandum eſt, & ſi non fuerit à principio proteſtatus, quod ſecùs eſt in Tutore, vt

Nn latè

*k Regn. Conſt. in aliquibus in fin. de ſucc. ab int. et Conſt. minoribus qui ætat. de iur. Bal.*

*l Andr. de Iſern. in Cõſtit. minorum iura, Gramm. deciſ. 14. et Liparul. in addit. ad §. prætereà infeudat. Camill. de Curte in reſ. feu. cap. 3. qq. Eſcobar. de ratioc. cap. 6. nu. 17. cum ſeqq.*

*m Pragm. 2. de minoribus.*

*n Dom. Reg. Rouit. in d. Pragm. 2. nu. 2. vbi dummodò non ante 12. annum completum, Gizzius in addit. ad Reg. Capyc. Latr. in obſ. 113. n. 7. vbi per S. C. dec. recenſet in cauſ. D. Iuliæ Coppulæ, cum D. Andr. Macedonio eius Balio, cum D. Iulia nuptui tradita fuerit S. C. decreuit, quod dictus Balius redderet computa.*

*o Dom. Reg. de Ponte deciſ. Reg. Cam. 20. nu. 4. vbi latè agit de interpetratione c. Regn. incip. feudatarius, dicẽs num. 5. Balium per Regem confirmatum datiuũ dici, id tamen prætermittendum non eſt, quod tempore Conſtitutionis Regni omnis Balius à Rege dabatur, etenim, vt diximus, ipſe etiam Rex dicebatur Balius, nec poterat pater dato, quod haberet filium in poteſtate conſtituere ei Balium, verùm poſteà per cap. Regni incip. feudatarius, id fuit alteratum, dùm ex eo cautum fuit, vt poſſit pater in teſtamento filio Balium relinquere, et licet in d. c. dicatur, quod abſq; confirmatione Regis erit Balius, tamen hodiè ſemper ſolet confirmari, ex quo alia differentia intèr Tutorem, et Balium eruitur, Balius namque non poteſt eſſe, niſi datiuus, vel teſtamentarius tantum, vt optimè animaduertit Dom. Conſil. Fabius de Anna in ſuo conſ. 50. quod contrarium eſt in Tutore, qui poteſt etiam eſſe legitimus, ceſſante enim teſtamentario ſit locus legitimo, et tandem ob non exiſtentiam legitimi ad datiuum recurritur, idque notarunt cit. Dom. Reg. de Ponte d. l. et Camill. de Curt. d. reſol. feudal. cap. 3. num. 92. Balii autem à Curia de proximioribus ſtatui debent, Campagna in d. cap. feudatarius num. 3. et Balius datus alicui cenſeatur remotus, ſi ob eius abſentiam à Iudice detur Combalius exp. Dom. Reg. Reuert. deciſ. 289. num. 1. et 2. et in obſeru. num. 1.*

D *p Capyc. in cap. imperialem, §. prætereà ſi quis infeudatus, col. mihi 5. verſ. quintum notandum de probib. feud. alienat. per Frider. vbi ſcribit, quod Balius debeat habere ſalarium, victum, & veſtitum de bonis pupilli per d. Conſtit. minoribus, & ſic fuiſſe deciſum in cauſa Comitis Neocaſtri, teſtatur Præſes de Franch. deciſ. 122. id tamen verùm eſt, quod in caſu, quo pater poteſt eſſe Balius filii ſui, puta ſi fuerit filius emancipatus, S. C. ei denegaſſe ſalarium Præſ. de Franch. teſtatur in deciſ. 340. cuius memor eſt, Camill. de Curte in d. cap. 3. num. 88. iunct. quæ notantur per Mormill. in d. Conſt. minoribus num. 1.*

Digitized by Google

latè declaratur in quadam allegatione *Io: Vincentij Caualerij q.*

Balium autem vnicum eſſe conſtituendum, notandum etiam eſt, & ſi teſtator in ſuo teſtamento reliquerit fideicommiſſarios, exequutores ſuæ diſpoſitionis, vt expl. *D. R. de Ponte r.*

An autem mater poſſit relinquere Balium filio pupillo, vel etiam auus maternus poſſit nepoti pupillo Balium dare, quãdo ab ipſis feudum haberet, ſi quæratur; ſciendum eſt per ea, quæ *Camillus de Curte* notauit *ſ*, nempè *DD.* communitèr negatiuè opinatos fuiſſe, ex eo, quod prædicti non habent filios, nepoteſque in poteſtate, & propterea *DD.* conſideraſſe licitum eſſe eis relinquere Gubernatorem; At ſi pater concurreret, quod ipſe velit adminiſtrare, prælationi deferendum eſt, niſi aliqua adſit cauſa, quæ Iudicem moueat ad denegandum patri adminiſtrationem, proùt aliàs denegata fuit adminiſtratio, aùt Baliatus patri denegatus, vt ſecundùm ea, quæ *Præſ. de Franchis* teſtatur *t*, refert, laudatus *Dominus Camillus de Curte*, dicens, vnam eſſe cauſam, fortaſsè ſi mater prohibuiſſet acquiſitionem vſusfructus illius feudi patri, aùt commoditatem ex feudo prouenientem, per ea, quæ tradit *Afflict. v*; Ex quo intelligas *Campag.* affirmatiuè *x*, dicentem ad queſtionem, an auus maternus poſſit dare Balium nepoti, de Gubernatore intelligendum eſſe, ſecundùm dicta citati *Camilli de Curte z*; Et iſta ſint pro Baliatus materiæ terminis, proùt noſtra expetebat res dilucidandis, cæterà verò latiſſimè circà materiam hanc habes apud *Dom. Horat. Mont.* qui prope finem eius tractatus de regalibus, multa de Baliatus materia nectitur, ad quem me remittere congruum putaui, ne vel ab alijs latiſsimè, perdoctiq; examinatã materiã, non ſine eiuſdem maxima ſcribendi inopia reſcriberem.

Noſtra hìc igitur primi huius voluminis Dei Opt. Max. eiuſque Sanctiſs. & Immaculatæ Matris Mariæ ſemper Virginis Patrocinio adiuuante, expeditur lucubratio. Reliqua verò, quæ prò feudorum omni materia repetenda, abſoluenda eiuſdem præſidio fauente alijs infrà quatuor viſionum, cùm ſuis elucidationibus in partibus correctiùs, auctiùſq; exactiſsimèq; Typis daturum fore beneuoli Lectoris etiam fretus humanitati, ſpem habeo.

# FINIS.

*q Quæ notatur in lib. 1. diuerſ. allegat. iur. D. R. de Marin. quæ eſt 27. nu. 6. & 7. & per tot. An autem Balius ſeruire teneatur de perſona, quando bellum inciderit, & Rex elegerit ſeruitium in perſonam, exponit Mormill. in d. Conſt. n. 5. Et quid in donatiuis, an ſedere debeat in loco, vbi pupillus ſedet, & ità dare vocẽ, et præcedentiam habere exponit D. R. de Ponte in dec. 15. n. 2. cùm ſeqq.*

*r D. R. de Ponte in deciſ. 20. quem ſequitur Riccius collact. deciſ. 1382.*

*ſ Camill. de Curte reſ. feud. cap. 3. nu. 9.*

*t Præſ. de Franchis deciſ. 10.*

*v Afflict. in d. Conſtit. minoribus.*

*x Campag. in cap. feudatarius num. 16.*

*z Camillus de Curte d. loco n. 93. vbi n. 94. interpretatur queſtionem illam, numquid plures Balii dari poſſint vni feudatario pupillo, dicens, quod licet vnus regularitèr detur, & dari ſoleat, poſſe tamẽ ad inſtar Tutorum plures dari, receſens, quod refert Capycius, nempè Regi huius Regni Carolo Martello, cùm eſſet captiuus, eius pater Carolus in poſse Regis Petri de Aragonia, mortuo Carolo Primo, Auo fuit Baliatus delatus matri ipſius Caroli, et Comiti Atrebatenſi, & ſic fuiſſe duos, & Eccleſiam Romanam adiungiſſe alium, Dominum nempè Girbardum Epiſcopum Sabinenſem, idemque dicens, obſeruatum fuiſſe in ſucceſſione Ladislai Regis minoris in §. prætereà ſi quis infeudatus de prohibita feudi alienat. per Fridericum, vide citatum Dom. Camill. de Curte ibidem. An autem, & qualitèr debeatur. Baliis ſalarium, vide Capycium in inueſt. feud. rub. feud. Bal. in princ. de Franch. deciſ. 122. n. 5. Præſ. Mormil. in d. conſt. in aliquib. n. 1. & ſeq. & latè poſt alios, quos allegat Dom. Io: Vincentium Caualerium in quadam eius allegat. quæ impreſſa eſt in libro allegationum diuerſorum, &c. Collectore Domino Regente Donato Anton. de Marinis, quæ vigeſima ſeptima in d. lib. legitur.*

IN-

Digitized by Google

# INDEX
## RERVM, ET VERBORVM.


Abbas.

Abbates, Abbatiſſæ, cæterique Eccleſiarum Præpoſiti qualitèr dare poſſint in feudum,lit.C.verſ.in infimo, fol.172. Qui, & vndè dicantur,lit.A.verſ. Abbates, fol.173. Titulos in feudum dare nequeunt,& qui nàm dicantur tituli, litt.B. verſ. nàm reſpondetur, fol.eod.

Abolitio.

Abolitio delictorum, ſiuè criminum ſummi Principis tantùm eſt,lit.B.verſ.huic iuri, fol.115. Et an competat Baronibus, & quid de iure Regni litt.C.verſ. in Regno, fol.eod. Generalis à Principe emanans, Baronibus an præiudicet, remiſſiuè in alleg. litt.i. fol.216.

Abſoluendi ius.

Abſoluendi à iuramento ad finem agendi, vel excipiendi ius ſoli Romano Pontifici competit, Curijſque Eccleſiaſticis lit.A. verſ. nec Imperatoris, fol. 214. An competat Imperatori,& Romani Pōtifices ſibi attribuerint in alleg. lit.b.fol.eod.

Accidens, & Accidentia.

Accidens,quod nàm ſit,lit.D.verſ.omne in fine, fol.40. Quotuplicis generis ſint accidentia in moralibus ibid.

Actio.

Actiones, ſiuè reales, ſiuè perſonales ſint, in rebus immobilibus competentes, an dari in feudum poſſint, lit.A. verſ.actiones, fol.195.

Actuariatus.

Actuariatus officium, vide in verb.officium.

Actus.

Actus viuorum naturam imitantur, vt deſcendentes, non autem aſcendentes ſibi ſuccedant in alleg. lit.q.fol.91.

Adhoa.

Adhoa in Regno Neapolitano loco ſeruitij ſucceſſit, nec debetur, niſi promittatur, litt.B. verſ. quod quidem in fine, fol.140.

Adoleſcens.

Adoleſcentibus ætatis veniam tribuendi ius de maioribus eſt regalibus,lit.A.verſ. ſimilitèr, fol. 213. & cuius ſit vis datio veniæ ætatis in alleg.lit. v. fol.eod.

Ædificia.

Aedificia ſuprà ſtatutam altitudinem extructa, vel quæ defendi nequeunt, tempore belli, ſeù alia vrgente neceſſitate dirui poſſunt in alleg. litt.n. fol.241.

Aer.

Aer, & aqua profluens in feudum, an dari poſſint,lit.B.verſ.iure Ciuili, fol.196.

Allodium.

Allodium quid ſit, & vndè dictum, litt. D.verſ.optima, fol.55. & litt.C. vērſ.allodium, fol. 56. Bona allodialia feudis opponuntur litt.D.verſ. omnia, fol.55.

Angaria, & Angarius.

Angariæ vox vndè,litt.A.verſ. Angaria fol.265. Communitèr quid ſint Angariæ, litt.A. verſ. communitèr, fol. eod. Præſtandi onus, plauſtra, vel naues, ſi

aliciui Vniuerſitati ſit indictum, quæ Vniuerſitas quibuſdam ex Ciuibus impoſuit, qui plauſtra, vel naues amiſerunt, an damnum hoc ab Vniuerſitate ſit reſarciendum in alleg. litt. s. fol. eod. Sunt de regalibus minoribus ſicuti perangaria, & ſine priuilegio, vel aſſenſu non tranſeunt, & an operetur in his temporis lapſus, litt. A. verſ. angaria, fol. 266. Per immemorialem, ſeu centenariam præſcriptionem probantur, litt. B. verſ. tandem, fol. eod. An probetur inſtrumento, teſtium depoſitione, vel vetuſtate in caſibus, in quibus Baron. licitè ſeruitia perſonalia à ſuis vaſallis exigunt, in alleg. litt. x. fol. eod. vide in verb ius angariarum.

Angarius vide in verbo vaſall. Angarius.

Annui redditus.

Annui redditus dari an poſſint in feudum litt. B. verſ. eiuſdem, & in alleg. lit. i. fol. 194.

Appellari.

Appellari poteſt à ſententijs latis in nundinis ad Regias Aud. & M. C. V. non verò ad Baronem litt. A. verſ. ex eo, fol. 225. Nequit à Camera Imperiali, lit. A. verſ. ius ſimilitèr in fine fol. 221. Nec à ſententijs præfecti Prætorij lit. B. verſ. quemadmodum, fol. eod. An poſſit ab Imperatore ad Summum Pontificem in alleg. litt. r. fol. eod. Et an ab Imperatore malè informato, & inſtructo ad eundem ad meliùs ipſum informandum ibid. in fine.

Aqua.

Aqua profluens, vide in verbo Aer.

Archidux.

Archiduces Auſtriæ ſunt intèr Duces dignitate elati, & à quo originem habuerint, lit. B. verſ. ad Archiducatum, fol. 68.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus Capuanus tempore Caroli Magni, Cancellarij inſignia exercebat Doctoratos per Collegium iterùm examinabat, ac multoties à Collegio approbatos reprobabat in alleg. litt. t. in med. fol. 213.

Argentariæ.

Argentariæ regalia fiſci ſunt, & quid earum nomine comprehendatur, lit. C. verſ. Argentariæ, cum ſeq. fol. 268. & in alleg. lit. a fol. 269.

Argumentum.

Argumentum à feudo ad emphyteuſim, etiam in dubio validum eſt, lit. A. verſ. eruitur in medio, fol. 18.

Arma.

Arma, & inſignia agnationis originem, atque familiam arguunt. lit. D. verſ. indè ipſa, fol. 244. Talis quis præſumitùr, quale nomen, & inſignia gerit in alleg. lit. S fol. eod. Prioris Domini deleri poſſunt per nouum ſucceſſorem in feudo alienato lit. B. verſ. aduertendum, fol. 245. vide ius concedendi arma.

Armanniæ.

Armandiæ, ſeù Armanniæ ſunt de regalibus minoribus, & quæ nàm ſint, lit. C. verſ. Armanniæ cùm ſeq. fol. 245. & lit. A. verſ. quidam cùm ſeq. fol. 246 Quatenùs referantur ad regalia fiſci, litt. B. verſ. Armannias, fol. eod. An reputanda pro mobilibus, vel immobilibus, litt. C. verſ. dixi, fol. eod. vide in uerbo ius Armanniæ.

Aſſenſus.

Aſſenſus in obligatione officij præſtatur difficiliùs, quàm in obligatione feudi in alleg. lit. g. fol. 243. Quæ quantitas ſit ſoluenda pro Regio aſſenſu in officiorum venditione in alleg. lit. p. fol. 244.



Digitized by Google

# INDEX.


Athæi.

*Athæi, & apoſtatæ in feudum accipere nequeunt; & qui dicantur, lit.C. verſ. ſecundò, fol.182.*

Athenaſia.

*Athenaſia quid ſit, vide in verbo feudum quaternatum.*

Auguſta.

*Auguſta vide in verb. Regina.*

Aurum.

*Auri, argentique, ac aliorum metallorum fodina ipſo proprietatis iure, an ſint de regalibus, & ſi in priuatis locis inueniantur, lit.A.verſ.ad quæſtionem, cùm ſeq. fol.269.*

Auctoritas.

*Auctoritas Tutoris in rebus pupilli immobilibus alienandis ſufficiens non eſt, ſed Iudicis, ſiuè Prætoris decretum cùm cauſa cognitione requiritur, litt.C. verſ.dicas in fine, fol.157.*

Baliatus, & Balius.

*Baliatus quouſque duret, tàm in maſculo, quàm in fœmina, lit.A. verſ. Baliatus, fol.281.*

*Balius de iure Regni, vel eſt teſtamentarius, vel datiuus, non tamen datur legitimus, lit.B.in fine, verſ.quoniam fol. eod. Deberi ſalarium declaratur, lit. C. verſ. ex more, fol. eod. Vnicus conſtituendus eſt, licet Teſtator in ſuo teſtamento reliquerit fideicommiſſarios ſuæ diſpoſitionis exequutores, lit. A.verſ.Balium, fol. 282. Dandi ius filijs feudatarij intèr regalia annectitur, & ad ſolum Regem attinet lit.B.verſ.ad regalia, fol.275. Idem de iure Regni lit.C.verſ.de iure, fol.278. & lit. A.verſ.Balium, fol.279. Quid ſit Balius ibidem, & lit.A. verſ. ratio, fol.280.*

*An poſſit conſtitui à Prorege, vel eius Collaterali Conſilio, lit.B. verſ. ex eo, fol. 279. In quo differat à Tutore in alleg. lit.c fol.eod.*

*An poſſit adminiſtrare abſque alia ſolemnitate, ſi ſit datus à feudatario in allegat. lit.b fol.eod.*

*An teneatur ſaltem conficere inuentarium d.lit.b. vbi praxis hodierna adducitur.*

*Si ſit teſtamentarius ſatis dare, an teneatur, ſi ſit de magnatibus, & proceribus Regni, d.lit.b.*

*Quod hodiernis moribus receptum ſit omninò ſatisdare teneri, inuentarium conficere, ac rationem reddere ibidem in fine.*

*Datur ſolum habenti feudum quaternatum, non verò de tabula, lit.C.verſ.à Rege, fol.280.& in allegat lit.h.fol.eod.*

*An mater, vel auus maternus filio, vel nepoti pupillis dare poſſint Balium, & quando, lit.A. cum ſeq. verſ.an autem, fol.282.*

Banditus.

*Banditus, ſeù proſcriptus in feudum accipere non poteſt, & quarè lit.A.verſ. quarto, fol. 183. An nobilitatem amittat, & omnia alia iuris priuilegia in allegat. lit.v.fol.eod.*

Baro.

*Barones per prius Capitanei vocabantur & imperium non habebant, & à quo Rege fuit eis communicatum. Titulum non habent, nec locum in ſedendo, lit.A. verſ. ad Barones, fol. 69. Dicuntur Regij officiales, & concedunt ſaluum conductum, ibidem circà finem. Pendente appellatione indulgere non poſſunt, ibidem in fine. An ſint correlatiui Baro, & vaſallus in allegat.lit.g.fol.eod. Si infeudarent Caſtrum, an eſſet illud quaternatum, vel planum, lit.B. verſ.feu-*


*dum*

Digitized by Google

*dum in fine, fol.124. Subinfeudare an valeant lit.C. verſ.circà fol. 125. Quid cum aſſenſu Regis, vel Proregis, ibidem fol.126. Quid in excadentijs, ibidem in medio, & lit.B.verſ.Barones, fol. 155. Excadentias locare non poteſt, niſi eo modo, quo antiquitùs locatæ fuerunt, d.verſ.Barones. an poſſint iuriſdictionem pignorare abſque vaſallorum conſensù, vel demanialia in feudum concedere, aùt certas terras locare, ſiuè in perpetuum concedere, vel plantentur cùm onere, vt certa portio reddatur in fructibus, in alleg.lit.t.fol.eod. Quid veniat ſub nomine excadentiarum lit.D. verſ.tandèm fol. 174 vid.in verb.excadent.*

*Dignitatem conſimilem habent, cùm Comitibus in alleg.lit.n. in fine, fol. 211. In Regno Neapolitano, an poſſint delictorum gratias facere pœnaſuè commutare, lit. C. verſ.in Regno, fol.215. Feuda inhabitata, an poſſint habitationibus implere, ibiquè vaſallos inſtituere, aùt Caſtrum ædificare abſque Regis beneplacito, lit.C. verſ.& quantum, fol.174.*

*Baronis appellatione, an veniat iuriſdictio criminalis, in alleg.lit.o.fol.22. Eo appellante à denegata vaſalli remiſſione, committitur cauſa vni ex Regijs Conſiliarijs, ſecùs appellante vaſallo, in allegat. in d. lit.o. An poſſint mercatum inſtituere, vid.in verb.mercatum. An, & quando cogere poſſit vaſallum, qui ad habitandum riuit in alia Terra, tùm Baronis, tùm demanij, vt ad ſuam Terram redeat, in allegat. litt.u. fol.265.*

Bellum.

*Bellum iuſtum, quod nàm dicatur, & quot cauſæ copulatiuæ requirantur, litt.A. uerſ quod autèm, & lit.D.verſ.& quidem, fol.235. & lit.A. uerſ.ſecundò cùm ſeq.fol.236. & lit.C.uerſ.3.fol. 237. Exempla referuntur iuſti belli ex Sacra Hiſtoria lit.A.uerſ.ſimilitèr, fol.236. Quæ nàm fuerunt belli cauſæ, lit.C.uerſ. cumquè, fol.235. An hodiè ſit neceſſarium, & permiſſum d.lit.C fol. eod. Apud Aethnicos ſcriptores tres cauſæ iuſtæ belli gerendi recenſentur, lit.B. uerſ. apud ſcriptores, fol. 237. Et quot cauſæ particulares recenſeantur à Patre Ludonico Molina, d.lit.B.uerſ.Ludouicus, fol. eod. An requiratur, quod bellum parti aduerſæ denuncietur, lit.B. uerſ.ultra, fol.238.*

*Pro tuitione rerum ſuarum omni iure eſt permiſſum, lit.C uerſ.iure, fol. 237. Publicum in Regno ſi mouerit Comes, Baro, Miles, & quiſuis alius capite plectendus eſt, in allegat.lit.x fol.234. Si ſit iuſtum, omnes ſubditi obedire tenentur ſuperioribus, illud indicentibus, lit.B.verſ.præterea, fol.238. Si ſit dubium, an ſit iuſtum nec nè, Conſilio prudentum eſt declarandum lit.A.verſ.licet, fol.239. Redditur ratio lit.B.verſ.ea nimirùm, fol. eod. An vaſallus ligius belli iniuſtitiam allegare valeat, lit.C.verſ. non approbandum, fol.eod. Si ſit iuſtum, an liceat Principi infidelium auxilio vti, lit. D. verſ.cùm ergò, fol.eod.*

*Semper eſt iuſtum, quod contrà infideles per fideles indicitur, & quarè lit.B.verſ. ſemper, cùm ſeq fol.240. Semper eſt iniuſtum indictum ab inferiori Principe, niſi de mandato Principis indicetur, lit.D.verſ.cùm igitur, & ſeq.fol.eod. An de conſuetudine induci poſſit contrarium in allegat. lit.f.fol. eod. An liceat in bello iuſto fugam ſimulare, tractatus, & conſilia hoſtibus occultare, lit.C.verſ.in bello, fol.241. In quo differant bellum, & prælium, lit.D.verſ.tandèm, fol.eod.*

Bona.

*Bona allodialia vid. in verb. allodium. Committentium crimen læſæ Maieſtatis, ipſo iure dicuntur quæſita Fiſco, quo ad dominium, & poſſeſſionem, & illis ab eo occupatis, ac in alium translatis, nulla præcedente ſententia condemnatoria, ſuperueniente deindè Regio Indultu, reſtituenda non ſunt, lit. A.verſ.benè verùm in medio fol.263. An requiratur ſententia declaratoria in allegat.lit.t. fol.eod.*

*Hoſtium, quæ in prælio capiuntur, iure gentium capientium ſiunt lit.D. verſ. cum igi-*

Digitized by Google

igitur, fol. 237. Et quomodò id intelligendum ſit lit. A. verſ. ſimili modo, fol. 238. Et quid ſi non capiantur in bello, ſiuè in acie belli, in alleg. lit. C. fol. 240.
Quæ ob maris tempeſtatem peruenerunt ex nauibus, & perſonis hoſtium, pertineant ad Regem, non verò ad capientes, in alleg. lit. L. in fine, fol. eod.
Bona vacantia, ſiuè decedentium abſque hærede fiſco deuoluuntur, lit. A. verſ. ad fiſcum, fol. 258. Et verſ. bona ibidem; & quæ ſint iſta bona vacantia, d. verſ. bona ibidem.
Bona indignis ablata, fiſco applicantur, idque eſt ius intèr minora regalia, lit. A. verſ. ob Dominorum, fol. 260. Et qui ſint indigni ibidem, & quando à Fiſco vindicari poſſint lit. A. verſ. bona, fol. 261. Bona relicta incapacibus penès concedentem, remaneant, nec datur locus Fiſco regularitèr, niſi ſpecialiter concedantur, ibidem.
Bona ob delictum confiſcantur, eſtque ius intèr minora regalia, lit. A. verſ. ſimili iure, fol. 261. Et ob quæ delicta, lit. A. & ſeq. verſ. in bonis, fol. eod.
Bona damnatorum, & proſcriptorum, an & quando Fiſco applicantur, lit. A. & ſeq. verſ. quod tamen, fol. 262. & vid. in verb. damnati.

Cadauer.

Cadauer vid. in verb. homicidium, & in verb. occiſus.

Camera.

Camera quid ſit, vide in verb. feudum de Camera.

Capitanei.

Capitanei Regis, uel Regni ſunt in medio gradu concedendi feudum, & dicuntur qui ab Imperatore, uel Rege feudum habent, & uulgò Barones dicuntur, litt. B. uerſ. in gradu, fol. 153. Hodiè in Imperia Romano Germanico, qui nam ſint ibid. litt. C.

Capitulà.

Capitula extraord. feud. uid. in uerb. paralippomena.

Capitulum.

Capitulum, Sede uacante poteſt in feudum bona Eccleſiæ concedere, litt. C. uerſ. quæ de Prælatis, fol. 172.

Carolus V.

Carolus V. & Rodulphus II. de anno 1577. leges ueſtiarias promulgarunt, & quæ nam ornamenta DD. conceſſerint in alleg. litt. i. fol. 212. & uide in uerb. DD.

Caſtrum.

Caſtro conceſſo in feudum iuriſdictio uia publica non uenit, & quare litt. C. uerſ. ex quo, fol. 248. Caſtro, uel oppido, aut Territorio ſimplicitèr in feudum datis, an eius iuriſdictio data quoque cenſeatur, lit. D. uerſ. huius autem, fol. 186. Et litt. A. uerſ. ad quod cum ſeq. fol. 187.
Caſtrum, ſiuè Caſtellum nomen eſt Vniuerſitatis, & quem locum denotet lit. B. uerſ. Caſtrum, fol. 188. Et Caſtro cum iuriſdictione expreſſè conceſſo, an ueniat mixtum Imperium lit. b. uerſ. dubitandum, & lit. C. uerſ. non idem, d. fol. 188. Eodemque conceſſo munitiones omnes pro perpetua Caſtri cuſtodia conceſſæ intelliguntur, litt. C. uerſ. Caſtro, fol. 189. Item Molendina, agri fructus, &c. in alleg. litt. i. la 2. fol. eod.

Cauſa.

Cauſa quomodo decidenda, uide in uerbo ius.

Cenſus.

Cenſus à feudo an differat litt. D. uerſ. quemadmodum, fol. 53. Et litt. B. uerſ. quod autem, fol. 54.

Cle-

Digitized by Google

# INDEX.

Clericus

*Clericus feudum accipere an poſſit. lit. B. verſ. porrò fol. 180. Et quid iure Regni Siciliæ, lit. A. verſ. iure noſtro, fol. 181. Et num trahantur prò feudalibus bonis coràm Iudice Sæculari, ibid. Et qualitèr requiratur, cùm Clericus in feudum accipit, quod Dominus eius conditionem non ignoret, lit. B. verſ. aduertendum, fol. eod.*

*Clericus an feudum antiquum retinere valeat in alleg. lit. s. fol. eod.*

*Clericus quotieſcumque eſt Reus, iudicandum eſt iuxtà ius Canonicum, quotiès erit Actor, & laicus reus, ſecundùm ius ciu. lit. D. verſ. ego tamen, fol. 18. & 19.*

*Clerici de bonis Patrimonialibus fedum dare an poſſint litt. B. verſ. Clericos, fol. 152. Antè Vrbanum II. poterat conſuetudine induci, vt Clericus non ſolitus in feudum dare, poſſet in feudum concedere, in alleg. lit. l. fol. 152.*

*Clerici non admittuntur ad bellum exercendum, & quare lit. C. verſ. perſonæ, fol. 241.*

Collationes.

*Collationes extraordinariæ, quæ ad fœliciſſimam regalis numinis expeditionem imponuntur, intèr regalia annumerantur, lit. D. verſ. collationes, fol. 266. quæ hodiè communi vocabulo collectæ vocantur, ibid. in lit. A. fol. 267.*

Collectæ.

*Collectæ ordinariæ, quæ dicantur in alleg. lit. l. fol. 267. Et quæ extraordinariæ ibid. Qui nàm ſint caſus neceſſarij, in quibus collecta ordinaria indici poſſit, in alleg. lit. p. fol. eod.*

*Collectarum onus in Regno mixtum eſt, & nec intèr onera regalia, nec perſonalia annecti poteſt, litt. A. verſ. onus, fol. 267. Et an poteſtas imponendi collectas alijs Principibus inferioribus abſq; Imperatoris, Regis aſſenſu, vel cōceſſione cōpetat, lit. B. verſ. an autem, fol. eod. Et quid accedente conſenſu maioris partis ciuium, vel eorum, qui Ciuitatis cœtum repræſentant, lit. B. verſ. accedente, fol. eod.*

*Collectarum onus ab Vniuerſitate impoſitarum per Aes, & libram pro ſoluendo Aere alieno, num dici debeat perſonale, in alleg. lit. m. fol. 267. Et an mutatione perſonæ mutari dicatur, ibid.*

*Collectæ, & tributum, quæ ſoluuntur per Aes, & libram, durare non poſſunt, ſi res peruenerit ad perſonam priuilegiatam, & immunem, ibid. in fine.*

*Collectæ an debeantur ex feudis quaternatis, & fructibus eorum, & quid de feudo plano, & non quaternato, in alleg. lit. r. fol. 268.*

Comites.

*Comites à comitando dicti ſunt, & poſſunt in feudum concedere lit. A. verſ. Comites, fol. 168.*

